¶ Centesimoseptuagesimonono, reseruatum est principi doctorare, & ratio nota. vt per Moder. taurin. in. l. ij. ff. de origi. iur. super vers. fin. col. iiij. numero. dlxxvij. & sequen. Aret. in. §. respōsa. in fin. institu. de iure natur. Et quod hec que videmus solennia in vniuersitatibus, & studijs generalibus introducta, quibus concessum est, talem gradum concedere, vt Perusie, bononie, & in alijs publicis gymasijs videmus, dicendum est, primitus accedēte voluntate Principis fuisse, & ex priuilegio eius, vt ibi not. et latius in. §. hec autem tria. in proemio. ff. colum. j. & ij. ante fi. post Abb. in. c. tue de cleric. non resident. declarans not. quod imperator in iure ciuili tantum auctoritatem designandi doctorem dare potest. post Felyn. in. c. per tuas. col. ij. de maior. & obed. Moder. Bononien. in repetitione auct. habita. colum. ix. C. ne filius pro patre. Papa vero in iure canonico, & sacra pagina, non iure ciuili, secundum firm. in suo repertorio, in verbo, doctor; licet contrarium dicat seruari. Et in Papa forte est verius, cum habeat superioritatem ad imperatoreꝫ, vt supra late suo loco diximus. questio. l. & in. d. §. hec autem tria. per. d. Mod. quomodo ecclesia in doctoribus se intromittat. post Ioan. Fabri, & Aret. in. §. responsa. institu. de iure natur. cum scientia ciuilis ad ecclesiam non spectet. c. super Specula. ne cleric. vel Monach. ibi not. ponunt columna tertia in princip. Et facit ad hunc casum, quod dixi supra casu. xvij. & casu. xl. & cxxx.

¶ Centesimooctuagesimo, erigere studium approbatum, in quo iura, & scientie legi possint, & doceri. patet in proemio. ff. in. §. hec autem tria. vbi moderni taurin. in not. columna prima ponunt late, post Barto. de quo dic, & vide, vt ibi no. Et de limitationibus precipue in medicis. quod ipsi medicinam vbiꝗ legere possunt, Nicol. de Neapol. in. l. sed & reprobari. §. amplius. colum. ij. ff. de excusat. tut. inferens in hoc esse deterioris conditionis legistas. Et perusie, patrie mee, Ubertus de Cremona fuit de primis, qui ibi erexit cathedran per priuilegia Bonifacij, ita dicit Bal. audiuisse a maioribus suis, in. l. prima. C. de priuileg. dot. nu. x. in fin. dicens quod ob id libenter allegat dictum Ubertum. illud sciendum est, pro heretica damnatum fuisse etiaꝫ olim opin. vuicleff. et

seq

seq. dicentiũ studia gñralia vana gentilitate, in ecclesiam introducta, ⁊ tantum etiam prodesse; quantum diabolus, sic collegia graduationes, ⁊ magisteria, vt patet in concilio constant. sessione. viij. xxix. articulo illius, ⁊ late nouissime per fratrem Alphon. de castro, in libro aduersus hereses. lib. xij. in vbo studia gñalia.
¶ Centesimooctuagesimoprimo, reseruatum est Imperatori soluere, seu tollere infamiam, quam mulier incurrit, nubendo infra annum. §. que vero. versiculo dicimus. in auct. de nuptijs. ibi solui Imperatoris littere iubentis. ⁊. §. nos autem miramur. ad mediũ ibi, vt supplicent Imperatori, ⁊ ibi simpliciter equalem, ⁊ que dicam infra in sequent. casu. ⁊ hunc casum declara, cum sine filijs priores nuptie fuere, quia si filij fuerint, tunc solum rescriptum non sufficit, vt dicitur ibi, ⁊ dixi infra sequen. questio. principali. casu. lxij. per dictum textum. ¶ Centesimooctuagesimosecundo, remittere penas, quas incurrit mater, que relicta filiorum tutela, contra sacramentum non petito tutore, nec redditis rationibus, ad secundas nuptias transit. text. not. in. §. nos autem miramur, ibi vt supplicent imperatori, in auct. de nuptijs.
¶ Centesimooctuagesimotertio, ꝙ post calendas ianuarias. die. xxx. pro salute principis vota suscipiant. tex. no. in. l. si calumniet. ff. de verbo. sign. que qualia essent, ⁊ qualiter, ibi moder. scribunt, ostentantes huiusmodi loco leges. ⁊ que. s. casu. lvj.
¶ Centesimooctuagesimoquarto, reseruatum est principi, vt causam, que ad se remissa fuit, inferior etiam ordinarius, nisi ei remittatur, audire nõ possit etiam de ꝯsensu partium. text. not. cum glos. fina. secundum communem intellectum, in. l. ad Imperatorem. ff. de appell. ⁊ que supra dixi, casu. lxij. Et dic de materia. d. l. ad imperatorem. vt per Bar. not. in. l. ad principem. ff. eo. gl. ⁊ doc. in. c. l3. de offic. deleg. Perus. late in. c. cu3 cessante. de appel. car. iij. Deci. in. no. q. in. c. interposita. §. ille. col. fi. in prin. de appe. vnde alias not. Inno. in. c. cum in terra. de const. ꝙ, vbi imperator manum apponit omnibus alijs est impositũ silentium. Bald. pro no. in. c. j. §. ad hec. col. iiij. de pace iuram. firm. Curt. Jun. cons. cl vij. presupponitur. colum. iiij. in fine.
¶ Centesimooctuagesimoquinto, in curia principis cessat presumptio iusti timoris. tex. vbi Bart. Bald. Paul. ⁊ Sal. notant in. l. j. C. de his qui per met. iud. Sed aduertendum, quia ide3 videtur in qualibet curia eius, qui potestate, ⁊ iurisdictione preditus est. l. fin. in princi. ff. de eo quod metus caus. ⁊ que not. glos. j. in. l. iij §. quesitum. ff. si quis caut. ⁊ in principe. ego do bonu3 tex. solitarium, in. l. probatorias. C. de diuers. off. libro. xij. ibi, manu nostra subscriptis, ⁊ nostro arbitrio prestandis, ita vt nullus dolus, aut fraus possit annecti. ⁊ ibi glos. notat, nullum dolum posse committi cum principe, nec ambitionem ⁊c. Et notat Bal. per illum tex. in. l. rescripta. C. de precib. imper. offer. colum. ij. Et vbi princeps, ibi securitas, ⁊ nulla formido, nisi vana, que non patrocinatur, vt no. Bald. in. d. l. j. C. de his, qui per met. ⁊ que not. in. l. j. ff. ad. l. iul. de ambit. Quod limitandum forte videtur, nisi sint ea ad que subditus non tenebatur, quia presumerentur metu facta, etiam cum principe. glo. no. Bald. in titulo de pace constan. in verbo pactiones. cum qua post Ange. ⁊ Ancha. consil. consuluit collegium nostrum perusinum, Annis elapsis pro illustrissimo duce grauine. M. D. xxxj. Et que Hyppol. no. dcxlv. aduertant. Et sic predicta procedent, quando principes alijs auctorizatur, secus cum ipse contrahit pro se, vt supra. Item vbi est defectus citationis, non presumitur pro Principe. Decius consilio. dxliij. serenissimus. colum. penult. post Abba. in. c. j. vltimo not. in fine. de caus. poss. ad limitat. not. per Cyn. in. l. rescripta. C. de precib. imper offe. ⁊ per. d. glos. pactiones. quod princeps sicut priuata persona potest metum inferre, ⁊ impressionem. in not. questio. tradit Lauren. calcan. cons. li. licet columna prima.
¶ Centesimooctuagesimosexto, reseruatum est principi arbitrari circa sacramenta militie, ⁊ auctenticas scripturas cum memorialibus, ⁊ agentibus in rebus, in casu. l. probatorias. C. de diuers. offic. lib. xj. ⁊ que argumento illius tex. in not. questio. Rota decis. ccxxxv. nota quod in priuilegijs, in antiquis.
¶ Centesimooctuagesimoseptimo, reseruatum est imperatori dare licentiã consularibus viris gerẽdi consulatum per annum, mõ de quo in. l. pen. in prin. C. de consul. lib. xij. ibi impetrato videlicet principali iudicio. facit supra casus. xvj.
¶ Cẽtesimooctuagesimooctauo, rñdere, cu3 quis damnatus ad mortem eius roboris, vel artificij sit, vt dignus populo Romano exhiberi possit, quia imperator est consulendus. tex. est not. ⁊ sing. licet vulg. in. l. ad bestias. ff. de penis. per quem text. Veron. etia3 scribit, cautela sua. ij. Rom. no. dcxvij. potestas. Moderni Bononien. no. dcij. ex delicto. facit. l. cum de nouo. ⁊. l. humanum. C. de. ll. scilicet, ꝙ in nouo casu imperator cõsulitur, quod declara, vt per deci. in. l. fi. j. no. C. de pact. ⁊ in. c. intimasti. i. no. de appel. ⁊ supra, casu. lvij. ¶ Centesimooctuagesimonono, dare licentiam tutori, vel curatori alibi domiciliũ transferre. not. tex. in. l. idem vulpianus. §. fi. ff. de excul. tut. quod notandum est, quia alias, alijs videtur licitum ad libitum mutare domicilium, ⁊ eius locum, licet originis non. l. assumptio. cum glos. ff. ad Municip. l. eius qui. §. fi. ⁊. l. nihil. ff. eod. glos. fin. in. l. v. ff. de captiuis, ⁊ postlim. reuers. l. iuris ordinem. in fin. C. de iurisd. om. iud.
¶ Centesimononagesimo, reseruatum est concedere clausulam summarie simpliciter ⁊c. ⁊ ea vti, quia solus princeps potest, non alius, etiam nec legatus de latere sine speciali commissione. nota. per Aret. in. §. preterea. institu. de except. vj. colum. xxiiij. casu. versicu. ⁊ aduertas. allegat glo. sing. in. c. fin. de rescript. in. vj. sed est in. c. fi. de heret. in. vj. Et ego do consociam in clemẽ. sepe. de verbo. signifi. in verbo mandamus. post illum text. Moder. Bononien. no. cij. clausula. Abba. in. c. j. extra, de rescript. in principio. cum plena additione ad eum. Deci. in. c. pastoralis. in princip. nume. vij. de appellat. Cassad. in titulo, de rescript. decis. vltima. no. questi. de qua infra ad finem huius casus. Lap. nota. allegat. cij. ante finem, in no. fi. quod nec etiam ipse partes possunt concedere in compromissis, nisi in totum prorsus sit ab initio ordini iudiciaro renunciatum post glo. in. c. fi. de re iudic. in. vj. Et Specula. vbi ibi, secus si sit in procedendo hec clausula adiecta. in sententiã do tamen sit dictum, quod de iure sententietur, ⁊ quod solus princeps ponat hanc clausulam summarie ⁊c. Rot. not. decis. cccxxix. nota quod si in commissione. in antiquis. An aute3 inferior a principe, de consensu partiu3 causam possit committere cum hac clausula. Rot. remittit decis. dxliij. vtrum valeat. in eisdem. Et addo his, Modernos Hisp. in commentar. super regulis cancell. in regula de subrog. collitig. q. vij. num. vij. qui dicunt, ꝙ in priuationibus, ⁊ alijs causis criminalibus, puta iniuriarum, quando agitur criminaliter, non datur clausula, ꝙ summarie ⁊c. quia interest partis propter penam tallionis, sed in causis ciuilibus datur summarius processus, licet soleant cassari illa verba sola facti veritate inspecta, nisi ex fauore, ⁊ de clausula simpliciter, ⁊ de plano, supra casu. cxxvij. illud incidenter not. est ꝙ vbi prima commissio habet, ꝙ summarie procedatur, causa est summaria, nedum in prima, verum etiam in secunda, ⁊ tertia instantia, ita obseruatu3, ⁊ obseruari in rota roma. ait Cassad. in titulo, de prescript. decis. viij. fuit, ⁊ in decis. vltima, idem doctor ponit quedam in materia, not. precipue ꝙ ⁊ hec clausula detur etiam in quacunq3 causa, etiam prophana, ⁊ iniuriarum, ⁊ sic contra. d. Hispan. item ꝙ sufficit dictum fuisse, ⁊ summarie, sine ⁊c. item ꝙ potest apponi, etiam si pars nõ petierit, item ꝙ licet petierit solum ꝙ summarie, signatura tamen addit ⁊c. que notanda sunt ad intelligentiam huius clausule, ⁊ ꝑ stilo signature. ¶ Centesimo nonagesimoprimo, nouum collegiũ instituere, nam non potest inconsulto principe nouum collegium institui. l. iij. ff. de collegijs illicit. glos. i. in capitu. finali. de religiosis domib. extra, de omnibus autem religiosis sectis Christianis, ⁊ de omnibus militibus ab ecclesia comprobatis, cũ nominibus, ⁊ origine, ⁊ annis institutionum, ordinate habetur in quodam libello, de religiosis sectis. vj. volum. tract. char. xciiij. sed text. in. d. l. iij. dicit, vel senatusconsul. auctoritate, vel cesaris, facit capitu. ecclesia. xvj. q. i. ⁊ que supra, casu. xciiij.
¶ Centesimononagesimosecundo, citare per edictum illum, qui nunquam personaliter fuit citatus, vt ipsum ita arctet, quod faciat eum haberi pro vero contumace tanquam personaliter citato, nam non potest nisi princeps, vel de ipsius expresso mandato, ⁊ quod etiam vltra hoc concurrant alia, de quibus no. per Pau. de castro, vbi infra, ita signanter declarat magistraliter. Paul. de Castro in. l. ad peremptorium. col. fi. ante finem. ff. de iudic. versi. sed quando. ⁊ vers. dicas ergo. post clemen. j. de iudic. ⁊ dicto loco no. Paul. declarat, quomodo, quando, ⁊ qualiter citatio per edictum fieri potest pro menti tenendo, quia possunt facere bonorem, ⁊ quod pauci sunt, qui bene intelligant. ⁊ cum Paul. de Castro simpliciter transit Decius, cõs. ccccclx. viso puncto. iiij. dubio. Bart. tamen in extranag. ad reprimendum. in verbo per edictũ, in princip. dicit de iure ciuili conuenire ordinarijs, ⁊ delegatis a principe, ⁊ non alijs, sed de iure canonico non posse fieri, nisi de sola commissione Pape. per. d. clemen. j. ⁊ notat prima additio ad Rot. decis. ccxxiij. si committatur. in nouis. Pau. de castro dicto loco, not. clare declarat. Quando autem citatio per edictum in curia decernitur ob non tutum accessum, in quibus, ⁊ quot locis exequi debeat, ⁊ nouissime per Cassad. in titu. de dolo, ⁊ contum. decis. j. regula. Et ibidem ad finem, late remissiue de materia ⁊ pre

cipue an sit speciale in papa, ⁊ quid, ⁊ in quibus casibus alij possint, post Fely. in. capitu. quoniam frequenter. §. porro. i. ⁊. ij. colũ. cũ seq. vt lit. non contest. ⁊ per eundem Cassad. in. d. titulo, de materia citationis per edictum, nouissime decis. ij. iiij. v. ⁊ seq. presertim, an decreta contra vnum arctent alium, etiam si adsit clausula, omnesq; alios ⁊c. et an debeat legi, ⁊ affigi, ⁊ quomodo, ⁊ quãdo, quo tempore, ⁊ qualiter, ibi videndum late. ¶ Centesimo nonagesimotertio, reseruatum est ei, vt in omni sacramento fidelitatis Imperator ipse nominatim excipiatur. §. fina. in titulo, de prohib. feud. alien. per Federic. in vsib. feud. facit. l. fina. ff. qui satisd. cogan. cum simil. Deci. tamen alias in consi. cclxix. colum. iij. in fi. ⁊ consi. cclxxi. ij. col. in prin. dicit i not. questionibus. d. §. fin. habere locum etiam in rege in regno suo, ⁊ sic per consequens in omni alio simili, eadem ratione. ¶ Centesimo nonagesimoquarto, dare licentiam muto, ⁊ surdo faciendi testamentum. l. si mutus. ff. de testam. de quo hodie dic post glo. ibi, vt late in. l. discretis. C. qui testamen. fac. pos. ¶ Centesimo nonagesimoquinto, reseruatum est Principi cogere pretorem, vel consulem, vel similes heredes institutos, ⁊ grauatos de restituendo, vt adeant, iuxta remedium tituli ad senatusconsul. trebellia. tex. est in. l. ille a quo. §. tempestiuũ in fine. ff. ad trebellianum. ¶ Centesimo nonagesimosexto, estimare beneficiũ, ⁊ gratiam, quod, ⁊ quam concessit ipse iam defuncto quasi viuenti, quem modum eius esse velit, not. text. in. l. neratius, in fin. ff. de regul. iur. facit. l. ex facto. ff. de vulg. in princip. ⁊. c. cum venissent, de iudic. declarando vt ibi late per Deci. ⁊. l. vltima. C. de. ll. ¶ Centesimo nonagesimoseptimo, dare licentiam ducendi aquam per viam publicam sine incommodo publico. l. seruitutes la grande. §. pen. ff. de seruit. titulo generali, dicit glo. vel senatus, per. l. ij. ff. de flumin. adde casum supra. xciij. ⁊. xciiij. ¶ Centesimo nonagesimooctauo, principi scribi debet a iudice, qui aliquem vt nocentem damnauit per sententiam, si constat postea de innocentia, quoniam ab executione debet abstinere, ⁊ principi rescribere, quia ipsemet iudex sententiam suam immutare nõ potest. ll. vulg. tex. est not. in. l. j. §. fi. ff. de quest. ⁊ scribit Decius in regula, ⁊ si nihil, in prin. ff. de reg. iur. ⁊ facit. l. diui fratres. ff. de penis. quod declaratur not. per eundem dicto loco, ad finem nisi innocentia esset notoria, quia tunc non est opus superiorem consulere, vt quia fuit cõdemnatus pro Titio occiso, ⁊ apparet illum viuere, post Are. ⁊ Fely. et de dicto. §. fina. in not. casu, infra casu. ccxxxiiij. ⁊ Bart. in. l. ab executore. ij. col. ij. q. ff. de appella. ⁊ facit. l. acta. §. j. ff. de re iudi. ⁊ que infra, casu. ccxcvj. ⁊. ccc. ¶ Centesimo nonagesimonono, reducere ad profanum rem sacram, seu deo dicatam, ita not. tradit Dyn. in regula, semel deo dedicatum in. vj. post. l. continuus. §. pen. seu antepen. secundum nouam impressionem. ff. de verb. oblig. de quo hodie, quia ad pontifices spectant he res, dicenduz est, vt supra, casu. clxxvj. quia eius est soluere, cuius ⁊ ligare, ⁊ nihil tã naturale ⁊c. ⁊ contrariorum eadem est censura ⁊c. ⁊ text. in materia nostra, in. c. ad hec. de relig. dom. cum glo. not. ¶ Ducentesimo, reseruatuz est Principi, vt in quo loco ipse moratur, in eo nõ licet morari ei, q a militia missus est ignominie causa, tex. notabi. in. l. ij. §. ignominie. ff. de infam. siue in vrbe moretur princeps, siue alibi, vt per illum tex. notat Dyn. in regula, quod ob gratuz, de regul. iur. in. vi. ante finem, vbi enim Princeps, ibi Roma, vt late de illo tex. dixi in singularibus meis, secundum ordinem impressum, in singul. text. ciuil. xiiij. vbi Papa, ⁊ supra dixi. q. xxxv. nu. ix. ⁊ que infra, casu. ccxv. ¶ Ducentesimo primo, concedere pretori ex magna causa, vt minorem restituat aduersus libertatem. l. si ex causa. §. fina. cum. l. seq. ff. de minor. dic vt ibi not. ⁊ in. l. illud. ij. ff. de appel. ¶ Ducentesimo secundo, solus Princeps restituit aduersus sententiaz eius, qui vice eius cognouit. l. aduersus, in fi. C. si aduers. rem iud. de quo dic vt ibi per Bar. ⁊ Scrib. ⁊ in. l. fi. C. vbi, ⁊ apud quem. ¶ Ducentesimo tertio, solus princeps dat auctoritatem dandi mutuo aurum fiscale alicui. l. ij. C. de his qui ex public. rat. lib. x. sub penis de qbus ibi, ⁊ facit casus supra. cvij. ⁊ que Deci. in not. q. consi. cccclxxiij. queritur, col. fi. ꝙ nec officiales possunt pecuniam communis in propriam vtilitatem conuertere, ⁊. l. minime. C. de suscep. ⁊ Archi. lib. x. ⁊ que Bar. in. l. j. C. de Aur. pub. eod. lib. vbi tenet, ꝙ lucrum debet esse publicum, de quo dicendum est, vt late Deci. consili. sexto.

¶ Ducentesimo quarto, licet multi habeant ius reuocãdi domũ, si conueniantur, vt in. l. ij. §. legati. ff. de iudic. capi. fina. cum gl. de dilat. l. si legatus. ff. ad treb. Rot. decis. lxxij. nota ꝙ vbi aliquis, in antiquis, ⁊ per Doct. in dictis locis, tamen si Princeps committit causa laicorum actorum, siue reorum presentiuz in curia sua auditoribus suis, ⁊ sui palatij, non habent communiter ius reuocandi domum, ita testatur not. rota, in papa committente, decis. dxcvj. dominus vrbanus in antiquis post Host. in. c. fi. de foro cõpe. idem Rota. dcxviij. dic ꝙ illi, in eisdem pro communi stilo, ⁊ obseruantia palatij, ⁊ rote, ⁊ idem. dcxxix. nota ꝙ si illi, in eisdem, quod licet dicant in papa, eadem ratione erit idem in Imperatore, ⁊ principe, per ea que infra, in fine horum casuum dixi, ⁊ notandum est ad magnam declarationem. d. l. ij. §. legatis, cum concordan. ⁊ ideẓ in Imperatore esse, vbi ipse est. patet ex not. per Bal. in. d. §. legatis, ⁊ per Abb. in. d. c. fi. col. antepen. ad medium.

¶ Ducentesimo quinto, reseruatum est Principi, sicut dare immunitates, ⁊ exemptiones a prestationibus, ⁊ solutionibus, pro terris, vel capite hominis, vt supra dictum est, casu. cxl. ita imponere pro terris, vel capite hominis functiones sine probatione, ⁊ auctoritate principis non licet, nec diminuere, ⁊ si fiat, reducitur ad pristinam functionẽ, tex. not. in. l. immunitas. C. de agric. ⁊ censiti. libro. xi. cum glo. ⁊ facit regula vulg. contrariorum est eadem dispositio, ⁊c. que ⁊ supra, casu. xx. ⁊ seq. ⁊ casu. cxl. supra allegato.

¶ Ducentesimo sexto, dici potest reseruatos esse oẽs casus principi, in quibus ipsemet ligauit sibimet manus, volens suum rescriptum in eis non valere, (de quibus infra dicemus late seq. q.) naẓ si vult omnino disponere in illis, in contrarium potest, si expresse ⁊ specialiter illis legibus, ⁊ constitutionibus deroget, vt infra declarabimus in. d. seq. q. ad fi. versi. notandum tamen est.

¶ Ducentesimo septimo, reseruatum est principi, ꝙ ecclesie, que regulariter sunt immunes, ⁊ exẽpte ab omnibus impositionibus, muneribus superindictis, ⁊ alijs huiusmodi prestationibus, ⁊ solutionibus sordidis, teneantur tamen ad canonicam illationem, quam repentina sarcina aduenitie necessitatis proposuit, vt dicit tex. not. in. l. placet rationabilis. C. de sacrosanct. eccle. Jac. butr. ⁊ Bald. exponit, ibi, id est propter subitum aduentum principis, glo, vero in verbo, canonicam, exponit, id est, vt quia filius nascit̃ principi, vel facit filium militem, vel facit nuptias, vel aliter, vt ibi per glo. ⁊ doct. ¶ Ducentesimo octauo, gesta per falsum procuratorem in audientia principis non ratificantur per principalem dominum, licet alias sic, vt habetur in. l. licet. ff. de iudicijs, ita not. dixit Bal. in. l. falsus. C. de furt. ij. colũ. in principio, allegat not. per Innocen. in. c. ex parte decani, de rescrip. argumento. l. fi. C. de his que a non Domino, ⁊ propter vitium subreptionis, que valde detestabilis est in auditorio principis, sed cauendum, quia. d. Abb. in. c. nonnulli. §. j. colum. iij. in princip. extra, de rescript. dicit hanc solennem limitationem, Bald. ⁊ Innoc. ad. d. l. licet, ⁊ alia iura, que dicunt gesta per falsum procuratorem posse rata haberi, non videre veram, ⁊ predicta iura non admittere hanc restrictionem, ⁊ Fely. in. d. §. j. col. iij. ampliatione, dicit dictum Bald. in. d. l. falsus, communiter non teneri, quia iura generaliter loquuntur, dictum tamen Bald. tenet etiam Socy. alias in regula, gesta. clxv. iij. fallentia, ⁊ Jas. in. l. iij. §. si procurator. ff. ꝙ quisq; iur. colum. ij. dicit, ꝙ dictum Innocen. procedit quo ad commodum, ⁊ vtilitatem ratificantis, vt rescriptum principis impetratum a falso procuratore non possit ratificari, sed quantum ad damnum, ⁊ ad hoc vt ratificans incidat in penam sic. ⁊ ꝙ ita ibi loquitur tex. quẽ ait singulariter not. pro limitatione dicte regule Innocen.

¶ Ducentesimo nono, reseruatum videtur principi, vt licet alias petita restitutione in integrum aduersus sententiam, ea pendente non fiat executio. l. si causa cognita. C. de transact. l. defendente. ff. de auctorita. tutor. rubric. ⁊ nigr. C. de integr. restituit, postul. ne quid nouit fiat, tamen quando est sententia Principis secus, secundum vnum intellectum Innocen. ad illum text. in capi. suscitata, de restitu. in integr. extra, refert, ⁊ tenet Bald. in. d. l. si causa cognita. iij. not. in. d. nigro. C. ad finem, ⁊ licet Abb. in. d. capitu. suscitata. iij. colum. ad finem, illum intellectum Innocen. ad illum tex. non teneat, non tamen dictum in se videtur impugnare, immo videtur fundatum ratione clara vltra eos, de qua in illo text. scilicet, ꝙ vbicunq; presumptio est contra petentem restitutionem, ꝙ malitiose id faciat, non differtur executio recepta cautione, vt in illo tex. que conclusio ad eum communiter tenetur, vt ibi Abb. d. iij. colum. in fine, testatur post tex. ibi, in versicu. ne vero, sed presumptio malitie differendi maxima videtur aduersus sententiam principis, argumento. l. vnice. §. fina. ff. de offic. prefect. preto. igitur ⁊c. et facit pro Innocen. ⁊ Bal. auct. que supplicatio. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de precib. Imp. offeren. vnde cogitandum, ⁊ Soci. etiam alias in regula, restitutione. cccxlvi. j. fallentia, simpliciter tenet cum Innocen. in. d. capitu. suscitata.

¶ Ducentesimo decimo, ferre sententiam generaliter sine scriptis licet in quibusdam tantum casibus, alijs etiam, Alb. de rosi in aucten. nisi breuiores. C. de sent. ex periculo recit. facit casus. xviij. supra, dum dr̃ posse procedere omisso quodlibet ordini iudiciario,

ciario, iunctis notatis in.l.prolatam.C.de senté. & interloquut. & .S.dixi, casu.cxliij. ¶ Ducentesimo vndecimo, princeps debet sibi magis cauere ab omni re illicita, & reprehensibili, q̃ alij, & quamplura sunt licita alijs, q̃ ipsi principi, ita ex illo tex. post glo. notat Bald. in.l.pen.ff.de hered.instit. dicens ea verba debere scribi literis aureis. Et ita cordi affixit presens inuictissimus imperator Carolus.v. semper Augustus pariter & obseruat, ob quod altissimus, semper direxit, & diriget gressus suos in viam pacis, veritatis, & victorie, & que dixi infra casu.ccxciiij.

¶ Ducentesimo duodecimo, compaternitas non videtur posse contrahi per procuratorem de stricto iure, secundum Bart. in.l. gallus.§.forsitan.ff.de liber. & posth. cum quo ibi Jas. ad finez, ait communem. Aret. in.§.illud.instit.de nupt.colum.iij. & in.§.mulsis, in fine.instit.de libertinis. Rom.not.liij.quero.fallit tamen in principe secundum Bal.in.l.vnica.§.ne autez, colum.iij C.de caduc.toll. Sed cũ ibi Bal. plurali numero vtatur de principibus, late principes capere videtur, etiam post imperatorem, iuxta tex. & glo.in clemen.j.de baptismo, & .S.casu.cxlvij. licet cõsuetudo generaliter etiam in omnibus, id admiserit hodie, vt per Bald. dicto loco, & Areti. que etiam secundum Areti. in.d.§.illud.potest defensari. ¶ Ducentesimo decimotertio, sententia lata a principe ira, seu furore ducto in criminalibus, non statiz debet mãdari executioni, sed differri per.xxx.dies, vt dicit post illum tex.gl. not.in. c.cum apud.xj.q.iij.vbi alias regula est in contrarium, vt in.l.cũ reis.C.de penis. Sed iudicio meo idem a fortiori esset dicendum in alio inferiore sententiante, ira, & furore, a maioritate rationis, iuncta.l.respiciendum.ff.de penis, in principio. & quia precipitatio nouerca est iustitie.clement. pastoralis.§.verum, de re iudic. & que prudenter monet Rota decisi. dcclxj.sciendum, in antiquis. & .dcclxxiij.dic & .dccxcij.sciendum, & .dccccv.nota, in eisdem. & p hoc casu allegatur.l.si vindicari.C.de penis, quem ad id pro mirabili, & notando a consiliarijs principis, auroq; pingendo notat Martin.laud.in tracta.de consil.principum.not.vj. adducens simile, quando aliquid irrationabile mandat, vt debeat ei rescribi. c.si quando, de rescriptis, & in imperatore.§.si quis autem, in aucten.de mand.princip.cum gl. & de.d.l.si vindicari. Veron. cautela.ij.colum.ij. ¶ Ducentesimo decimoquarto, in principe promissio fine causa intelligitur animo donandi, cum proprium eius sit donare.c.primo, de donat.extra. & Rom.not.dcxliij. Nobilitas. dicit, q̃ nobilitas inducit presumptionem donationis, & q̃ nobilitas cognoscitur ex largitione.post.l.filius.ff.de dona. & .S.dixi.q. ciiij.nume.vj. Sed in alijs donatio regulariter non presumitur, et vbi possit cadere alia leuis presumptio, & potius presumitur error, q̃ donatio, vt late congerit Dec.in.l.cuius per errorem.ff.de regul.iur. & in consil.ccclij.colum.lib.ij. & consi.fi.eod.libr.iij.col. sed ista ratio nobilitatis, que id facit, arguit esse debere idẽ in quocunq; nobili, etiam post principem supremũ, licet in eo multo magis, fallit vbi ex presumpta donatione enormiter lederetur, vt colligitur de mente Jo.and. post Inno.in.c.grandi.ad finem, de sup.negligen.prelat.in.vj.vbi in princip. etiam ponit notabilia dicta de liberalitate, magnanimitate, & magnificentia, cuius Rex Francie, vt audio, est maximus obseruator, necnon Reuerendissimus, & illustrissimus Dominus, dominus Alexã. de farnesio.v. cancellarius. & pariter Reuerendissimus, & Illustrissimus Dominus, dominus Guido ascanius Sfortia.S.R. Camerius, domini mei obseruantissimi. & .S. Sanctit. non degeneres ex carne nepotes, quos Deus semper felices seruet.

¶ Ducentesimo decimoquinto, reseruatum est generaliter principi, vt nullus ignominiosus possit stare in loco, vbi imperator moratur, vt vbi ipse est, ibi Roma. ita not. Ange. per illum text.in.l. ij.§.ignominie.ij.de infam.ff. & que.S.casu.cc. Sed cauendum videtur, quia.d.§.ignominie, in misso militia infame, non generaliter in quolibet infame videtur loqui, facit tamen pro dicto generaliter, quia licet infamis possit esse procurator alias.§.fi.insti. de except.not.in.c.fi.v.q.iij.tamen secus si sit procurator principis, vt per Rom.in not.dcccv.tu babes, post tex.singu.in.l.nemo prefectus.C.de dignit.lib.xij.facit, quia infamibus porte non patent dignitatum, regula iuris, in.vj. & princeps, & imperator, fons, & caput est omnium dignitatum. Limitarem hoc dictum Ange. quatenus generaliter loqueretur, nisi compareret coram principe ex necessitate, vel in alijs casibus, de quibus alias in simili, de excommunicato legitur, in.c.primo de rescrip.in.vj. & in.c.intelleximus, extra, de iudicijs, & vtrobiq; per doctores.

¶ Ducentesimo decimosexto, procurator principis non potest esse vilis persona, nec infamis, sed dicitur in dignitate constitutus, vt.S.proxime dixi, post Roma.nota.dccccv. tu scis, licet alterius sic, vt.d.§.fi. & glo. & Bar.in.l.prima.§.hoc edicto.ff.de postulando. & .S.casu.cxxvj. ¶ Ducentesimo decimoseptimo, reseruatum est principi, vt interrumpat prescriptionem contra se inceptã per solam suam protestationem, licet alias iudex adiri debeat, & querelari, vel aliter, vt in.l.ij.C.de annal.except.ita not. secundũ vnũ intellectum notat Inno. & Joan.and.in.c.nihil.de prescrip.extra vbi Abb.dicit.iij.col.in princi.esse in se lecturam notabilem, & verissimam, & dicit doct.communiter approbare. Sed cauendũ est, quia in papa loquitur, & assignata ratio per Abba.procedit, scilicet, quia papa non habet superiorem, coram quo possit comparere, etiam nec episcopum loci rei, cum sit eo maior. Que ratio cessare videtur in imperatore, qui papam in superiorem recognoscit vt late.S.vidimus.q.l.immo etiam episcopo subest imperator in spiritualibus, vt ibidem dictum fuit ante finem late. vnde videtur in imperatore magis seruanda dicta.l.ij.C.de annal. except. iuncta.l.digna vox.C.de.ll.cum simi. & .ff.eod.l.princeps. & ideo Fely.in dicto.c.nihil.colum.penul.post medium.ij.fallentia, dubitat de dicto Abbatis ibi dicentis lecturam Innoc. posse seruari in principibus de facto non recognoscentibus superiorem, quia scilicet nemo sit, qui non recognoscat saltem papam, etiaz in temporalibus. Unde cogitandum, vt late dixi in dicta.q.l.supra.

¶ Ducentesimo decimooctauo, licet credatur magis vni testi tabellioni, quam alteri non tabellioni, vt tradit Bald. post glo. ibi, in aucten.sed cum testator.C.ad.l.falc.col.iij. Et est glo.not.in.§. si vero absunt.in auct.eod.titulo, quam singula.ait Rom.not.ccclx.duo testes, & Anto.sicul.in not.in verbo testes.incipiẽ.duo testes.fallit tamen in principe, cui magis creditur, quando tamen non ageretur de facto suo, ita dicit And.de isern.in.c. sancimus, in titulo, quo tempore milit.in vsibus feudo.facit tex. in.l.iij.§.tu magis.ff.de testib.ibi.alias dignitas, & auctoritas, & que congerunt Bonon. Moderni in not.cxiij.vulgatum. & . cclxxij. notissimum. & .ccccl xxxviij.dignitas. & per.§. facit tex.not.in.c. nobilissimus. xcvij.distinct. & clemen.j.de proba.cum simi. Et cum and. de iser. vt.S.Deci.tenet consi.ccccxlv.in casu col.v.

¶ Ducentesimo decimonono, quando princeps vendit aliquam rem, seu alienat.emptor est statim securus, nec potest ab ipso euinci, sed habet locum.l.bene a zenone.C.de quadrien.prescrip.que.l.quando locum habeat magistraliter, vide per Abbatem, in excellenti consilio.iij.ij.libro.iiij.char.prima, columna, Fel.late in.c. que in ecclesiarum, de consti.numero.xxvij. Rom.not. dccxxxvij. & .dcxij.lex bene. Areti.post Fabr.in.§.fin.instit. de vsucap.ad fi. prima columna, & per Deci.in not.q.cõsi.ccclvij.in casu.ij. dubio per.iij.col. & .ccccxlv.in casu.xij.col.ante finem, lib.ij. & per Soci. in regulares aliena.ccc xlj. & per Curt.iun.consilio.clxxiij. in causa, columna penult. & consi.clxxxv.colum.pen.lib.primo.

¶ Ducentesimo vigesimo, illud, quod dependet a sola potestate principis, reputatur impossibile apud nos.l.idem iulianus.§.constat.de leg.j.l.iiij.in prin.ff.de fideicommis.lib. Bar.in.l.fi.colũ. iij.in prin.C.de sent.pass. & per.d.§.constat.in not.q. Lap.allegat lxvij.ij.col. & .v. & allegat.xcij.iiij.col.in princ.cum vulg.que nota sunt, quod verũ est, nisi princeps de facili soleat, vt est bonus text. in.d.§.constat.in fine tex.cum gl.in.l.qui cum maior.§.j.ff.de bonis libert.per Deci.in.c.j.col.prima, ante finez, extra de fid.instr. Ant.sicul.in not.in verbo facere, cum simi.que clara sunt. Pau. de cast.in.l.continuus.§.cum quis.ff.de verb.obli. & alij.

¶ Ducentesimo vigesimoprimo, princeps omnem dilationem legalẽ abreuiare potest, et sine causa. Jmol. & alij in.c.ex ore. de his que fiunt a maior.part.cap.iuncto.c.ij. de conces.preb. docto.in. l.ij.ff.de re iud. & in regula indultum.in.vj.vbi.q̃ alias alij regulariter nõ.facit.S.casus.xviij. & repetitum.j.casu.cclxxiij.

¶ Ducentesimo vigesimosecundo, princeps potest alteri stipulari.glo.not.in proemio decreta.in verbo seruus, licet alias alij nõ regulariter.ll.vulg.licet & multe alie dentur fallentie, ad dictaz regulam.vt per glo. & docto.in.§.si quis alij.instiut. de inutil.stip. & in.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo.obligat. non tamen videtur idez econtra, q̃ subditus, vel vassallus stipuletur domino suo, vt dicit Bal.in.l.prima, vlti.col.C.per quas personas nob. acq. versi.venio ad vltimam regulam declaran.vt ibi.

¶ Ducentesimo vigesimotertio, quando seruitium debet prestari principi, non potest fieri per substitutum, nisi de volunrate principis.ita not.tradit Bal.in.c.j.§.fi.colũ.pen.in titulo, episco.vel Abb.in vsibus feud.per tex.in.l.si quis.C.de murilegul.li.xj. dicitu la.ij. & comprobari potest vltra eum, quia quos eligit imperator, industriam eorum videtur eligere specialiter, argumento.l. vnice.§.fina.ff.de offic..prefect.pretor. ergo non substituunt.lege inter artifices.ff.de solut.cum vulga.forte tamen dictum notab.

Bald. posset limitari, nisi daret filium substitutum, quia ea videtur regula, vt vbi quis per alium seruire non potest, possit per filiũ proprium Aret. in §. fi. in fine. instit. de vsufruc. Rom. not. dcl xij. ille. vbi reputat singula. Et dicit Bal. ita fecisse papie. per tex. in l. sciendum. §. legati. ff. de legatio. Bonon. Moderni not. clx. & q̃ in not. ccccl viij. habens. Sed Fel. in c. fi. §. is autem. col. fi. de off. delegat. dicit, ꝙ est speciale in d. §. legati. Et Rome obseruatur, ꝙ cubicularij, & alij officiales. S. D. N. per substitutum non possunt inseruire. ¶ Ducentesimo vigesimoquarto, imperator facit de ciue forensem propter suum delictum, Bal. not. in l. si quis filium. C. de libe. preterit. Sed ibi Bald. in fine, de statuto, not. non de imperatore. vnde dic, ꝙ facit pro hoc dicto. l. ij. C. de agent. in rebus, libro. xij. & que. s. dixi, casu. cxvj. & text. in cle. pastoralis. §. ac alias, ad fi. de re iud. arguendo a speciali. ¶ Ducentesimo vigesimoquinto, donatio facta a patre filio non tꝫ regulariter. l. j. & ij. C. de inoffi. donat. l. j. §. si pater. & l. si pater. ff. pro donato. cũ vulga. fallit in rege. vel imperatore donante filio auctoritate regia, vt not. tradit Bal. in titulo, de pace iuram. firm. §. item sacramẽta, col. pen. ver. ij. vtrum, facit. l. filius. §. j. ff. de donat. & scribit Jaso. & tenet post Rom. & Alex. in prelud. feud. col. vij. in prin. & cõprobat. ¶ Ducentesimo vigesimosexto, vbi imperator, ibi Roma. l. ij. §. ignominie. ij. de infam. ff. & ibi omnes notant. Bal. in l. ij. §. legatis. ff. de iudi. Abb. in c. fin. de foro compet. col. antepen. & que. s. late dixi. q. xxxv. num. ix. vbi videndum, facit tex. not. in l. prima. §. Romam. C. de veter. iur. enucl. Et vbi est Rex, ibi regnum, & territorium, And. & Bal. in c. primo, quibus mod. feu. amitt. post Cyn. & Jac. secundum decis. Neap. cclxv. illustrissime. vj. col. in prin. num. l. in not. q. de qua. s. q. lvij. ¶ Ducentesimo vigesimoseptimo, reseruatum videtur imperatori, vt cum coronatur, liberet prefectum vrbis ab omnibus debitis, iuxta dictũ bar. in l. prima, in princi. ff. si quis testamẽto lib. esse iuss. fuerit. de quo tamen dicendum est, vt dixi. s. q. xxx. & xliij. vbi videndum nouiter aliter. ¶ Ducentesimo vigesimooctauo, vbi instrumentum publicatur, vel exemplatur citatio partis regulariter requiritur. doc to. in c. fi. de fide instrum. Soc. in regula, vbi. j. fallit vbi exemplatio instrumenti fiat de mandato principis, & auctoritate ordinarij, quia non requiritur citatio, ita traditur in regul. Soci. clxxxv. penult. Fallent. instrumenti. post Host. in c. peruenit. de fideius. & ibi Jmol. vltima col. Hoc dictum de potentia principis, videtur verum, cum non teneatur seruare formam iuris, vt. s. diximus, casu. xviij. & exemplo soli sumpto de mandato principis creditur, vt j. q. seq. casu. lxxiij. ad finem. ¶ Ducentesimo vigesimonono, potest tollere citationem si vult ex causa, glo. not. in l. antepe. ff. ex qbus caus. ma. Bal. not. in l. cessante. C. quomodo, & quando iud. & in l. nec causas. C. de app. Curt. senior ꝯsi. xx. col. ij. sepenumero decis. Neapo. in not. q. torture. deci. cccxcj. fuit dubitatum, col. ij. quia citatio non est de iure naturali propter se, sed propter defensionem, vt not. dicit. Bal. in l. executorẽ, col. xij. versi. modo facio quendam volatum. C. de exec. rei iud. bon. tex. in c. inter quatuor. de ma. & obed. de quo tamen dicendum est, vt per doct. post text. in clem. pastoralis, de re iud. Deci. ꝯsi. dxviij. pro resolutione colum. ij. ad finem. post Bal. & Abb. & que Deci. no. in rub. de appel. extra, col. vij. & in ꝯsi. cxxv. col. ij. ante fi. ꝙ in processu principis, citatio non requiritur, & ꝙ valet sententia principis ꝯ subditum, parte nõ citata, post Bald. vbi ibi. & idem in consil. ccccx. in causa. col. iij. lib. iij. ante finem. & consi. cxcviij. col. ij. ꝙ de plenitudine potestatis procedit parte non citata. post Host. Jo. an. Anto. de but. & Jmol. & de exemplatione instrumenti, quando citationem partis requirat, dixi late in l. sancimus. C. de diuers. rescript. & Rot. decis. x. in nouis, & s. casu preced. & Hippol. bonon. in l. ꝯ vnoquoqꝫ. ff. de re iudic. nume. liij. v. fallentia, vbi pro, & contra cõgerit, & latius numero. x. & seq. vbi per. ij. col. cumulat, & tenet de iure ordinario principem citationem non tollere, sed ex causa posse, & de plenitudine potestatis, scilicet contra subditum naturaliter, alias non. post Soci. not. & profunde, in materia cumulans, & tenet sententiam principis latam sine citatione nullam esse. Bal. in l. fin. per illum tex. C. de ll. Ang. & Abb. in d. c. pastoralis, vbi Deci. d. consi. ccccx. col. ij. & dxliij. col. iij. dixi. j. q. seq. casu. lxxxij. vbi etiam videndum. & vt Soci. & Hipp. cum. d. declaratione de subdito naturaliter, Curt. senior consi. xx. colũ. iij. ad finem. alias autem generaliter Cassan. consi. j. v. parte. nu. xiij. tenet pro communi principem non posse etiam de plenitudine potestatis in non citatum, quia citatio scilicet, est de iure naturali, post Fel. in c. cuꝫ olim. de iudic. Moder. Hisp. in commenta. super regulis cancel. in compend. vtriusqꝫ signature, nu. lxxj. dicunt ꝙ scilicet, nec per papam, nec per alium principem citatio tolli, nec suppleri potest, post Moder. Marian. Fel. Jnn. & omnes, vbi ibi, quia est de iure naturali, & diuino. sic illi, alij, aliter vt supra.

¶ Ducentesimo trigesimo, inquiritur ex officio, vbi queritur de iuribus principis. l. penult. & final. C. de bon. vacant. lib. x. Jnno. & Jo. and. in c. ad nostram. ij. de iureiur. Soci. in regula. cxcvij. in dex petitus, ad finẽ, & regula. cc. iudex ex officio. iij. fallentia. vbi dicit communiter teneri. & Franciss. de parma in tractatu de priuilegio fisci. j. q. prin. iiij. casu, id ponens in causa fisci. & lix. casu. & lxi. Bal. in l. si quis, in fin. ff. de custod. Reorum. & in l. j. col. ij. C. de heredi. vendit. per l. missi. C. de exact. tribut. lib. x. & per l. j. C. de natur. liber. iuncta dic tu. l. fiscus. la. j. in fine. ff. de iure fisci. cum no. j. casu. cclxxj. ¶ Ducentesimo trigesimoprimo, reseruatũ est principi, ꝙ licet non sit exemplis iudicanduꝫ. l. nemo. C. de sententi. glo. in l. de quibus. ff. de ll. fallit, nisi sint exempla principis, imperatoris, aut pape, notat Abb. in c. in causis, de re iudi. & est tex. ibi. facit. c. verum. de iureiuran. extra, gl. not. in c. fi. xx. distin. tradit Soci. in regula. ccxxv. legibus. j. fallentia. facit. l. & hoc. ff. de hered. instit. §. illud. instit. de adopt. bonus text. in l. j. in fine. ff. de constitut. principum. ibi. sine exemplo, a contrario sensu. bon. tex. in l. cum querebatur. ff. de ver. sig. ibi secunduꝫ hoc Titus imperator pronunciauit. Sed alias Deci. aliter q̃ Abb. dicit, in rubrica extra, de rescript. ii. col. & considerat, licet predicta non alleget. his adde etiam que supra, casu. clx.

¶ Ducentesimo trigesimosecundo, allegare potest. l. abrogataꝫ, & correctam. Soci. tradit in regula. ccxxx. Lex abrogata. iiij. fallentia. allegat in argumentum. l. ij. §. pen. C. de constitu. pecun. sed alia ratione resolui potest ille text. vt patet ex his, que dicto loco Soci. ponit, & Bar. in l. fi. ff. de fals. Alex. in l. j. v. not. C. qui admitti. facit bonus tex. in c. vt inquisitionis. de heret. in vj. & p Decium late in c. primo, de constitu. prima lectura, colũ. iiij. in fine, & sequen. ¶ Ducentesimo trigesimotertio, coram principe conuenitur quis etiam durante magistratu, secundum Soci. in regula. ccxlix. magistratus secunda fallentia. licet alias non regulariter. l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. l. pars. ff. de iud. illa ratione quia solutus est ll. Que ratio, considerata plenitudine potestatis, hoc, & multa alia decidit, & continet.

¶ Ducentesimo trigesimoquarto, licet sententia contra sentẽtiaꝫ non teneat. l. j. C. quando prouoc. nõ est necesse. Fallit in sentẽtia criminali consulta cum Principe. Soci. tradit in Regula. sententia contra sententiam. ix. Fallentia. allegat. l. fin. ff. de quest. Sed est. l. j. §. fina. ff. de questio. de quo tex. videndũ est. s. in casu cxcviij. & Bar. in l. ab executore. col. ij. ff. de appel. ij. q.

¶ Ducentesimo trigesimoquinto, sententia contra ius expresse lata non valet. l. si expressim. ff. de appell. cum vulg. Fallit in sententia imperatoris, que lata contra ius valet. ita Angel. sentit not. in l. j. in prin. ff. de Ferijs. ij. col. in fi. refert, & tenet, Soci. in Regula. ccliiij. sententia contra ius. xij. Fallentia.

¶ Ducentesimo trigesimosexto, sententia lata de nocte regulariter non tenet. Bar. & Doct. in l. non minorem. C. de transact. Deci. testatur communem in c. consuluit. post. illum text. de officio delegat. penult. col. fallit. in curia principis, in qua cõsuetudo contraria inoleuit, cum in ea plus procedatur hodie in tenebris, q̃ in luce, vt docet experientia, & specialiter tradit Joan. Andr. in addit. ad Specul. in titulo, de sentent. §. iuxta. col. iij. ad finem, vers. sed nunquid. ad finem addit. sed ibi Jo. Andr. late loquitur de curiis regum, & multorum principum. & Socin. in fallentia. ij. ad regulam. ccclix. sententia regulariter. alias autem collatio beneficij etiam de nocte fieri potest. Abb. in c. primo de clandestin. despons. Dom. post Archid. in c. si tibi absenti, columna prima, de prebend. in vj. eodem modo & resignatio, vt in not. quest. scribunt Modern. Hisp. in comment. super regulis cancel. in regula de infirm. resign. questio. xxxviij. ad finem.

¶ Ducentesimo trigesimoseptimo, princeps per rescriptum concedit, vt testes producantur etiã post dicita testificata, si ex certa scientia vult derogare. c. fraternitatis, de testib. extra, cum concor. ita not. tradit Spec. in titulo, de resti. in integ. §. vlti. colũ. ij. in fine. Soci. in fallentia. xxxij. in regula. cccciij. testes publicatis, cõprobatur ex his, que. s. casu. xj. xvj. & xxxij. cum simil. vulga. alias multas fallentias etiam ad dictam regulaꝫ posui late, in cautelis meis iudiciorum, cautela. xliij. testes, vbi videndum.

¶ Ducentesimo trigesimooctauo, dispensat vt infamis, vel alius criminosus admittatur ad testimonium. Spec. in titul. de teste. §. primo, col. viij. ad fi. ver. sed queritur. Et vltra eius allegationes ibi, probatur ex precedẽtibus, & casu. s. lix. & lxxxij. & clxxxj. Et facit. c. primo, de testib. in vj. & c. licet Heli. ante finem, extra, de simon. cum glo. in verbo indifferenter. & que per Jas. in l. prima. C. de summa

de summa trinit.col.x.et seq. Et cum Spec.simpliciter tenet Soci.in regula.ccccxv.testes infames.ij.fallentia.licet corrupte citet.

¶ Ducentesimo trigesimonono,concedere saluum conductum,et securitatē bannito.l.relegati.ff.de penis,et tetigi.§.ij.casu.de quo dicendum est,vt per Bar.in.d.l.et decisio Neapol.iiij.aduocatus,in not.q.an aduocatus fisci sine speciali mandato domini regis possit saluum conductum bannito dare,dicit per omnes tentum,rebelli a principe,vel ex crimine lese maiestat.securitatem dari non posse,nisi ab eo,et contraria loqui,quando delinquens esset bannitus ab illo iudice,qui daret securitatem,quia tunc etiam ex causa inferior a principe posset,vt ibi late congerit post Bartol. Bald.Imol.Ange.Ias.et Alex.vbi ibi. Et per Reuerend. do. Gregor.magalott.episcopum clusinum in suo opusculo de saluo conductu.j.parte,colum.iij.impresso diebus proximis post mortem suam,opera,et cura magnifici,ac prudentis viri domini benedicti de valentibus de treuio,procuratoris fiscalis,de quo dixi.§.casu.ccxlvij.et princeps potest non solum temporalem,sed etiam perpetuum saluum conductum concedere,vt sentit Bar.in.d.l.relegati.et Vital.in tractatu clausu.in clausula,nihil inno.secur.pēd. Nell.in tractatu,de banni.xv.q.in.j.parte.ij.temp. Et dictus episcopus dicto loco,prima ampliatione,vbi etiam ponit,quid differt tunc,a remissione.et etiam potest sine alia causa,ex sola voluntate,iuxta glo.singul.et ibi Bar.in.d.l.relegati.licet non debeat,vt late idem episcopus dicto loco.ij.ampliatione.et dixi in singul. meis,impressis glo.ciuil.xxvj.iustam causam. Et Moderni in tracta.de virtut.iuram.lvij.casu,in fine.Bal. vt.§.quod solus princeps securitatem dat,nisi ex causa iure expressa,in titulo,de pace const. in prin.col.prima,in fi.super verbo dispensationem.

¶ Ducentesimo quadragesimo,imperator potest de iure Ciuili mandare executioni pactum nudum,quod regulariter deeo non parit actionem.ll.vulgar.vt not.tradit Ioannes de imola,in capitulo que in ecclesiarum,de constit.decisio Neapo.cxx.lata,ad finem.Moderni in rubrica,de verbo.obliga.

¶ Ducentesimo quadragesimoprimo,solus princeps sententiam propriam corrigendo,interpretatur.Barto.notanter in.l.ab executore,columna secunda.ij.q.ff.de appellat.per tex.in.l.prima,in fin.ff.de questi. Alij non.l.iudex postquam.ff.de re iudic.et ibi Imol. decisio.Neapol.ccxv.sexdecim,ante finem.

¶ Ducentesimo quadragesimosecundo,licet dominus,et vassallus iudicentur ad paria regulariter,vt late congerit decisio Neapol.solenniter decisio.cclxv.illustrissime,in princi.tamen inter ceteras not.declarationes,est quod licet vassallus si delinquat in dominum perdat vtile dominium,ita et econtra.c.primo,qualiter domi.proprietat.priuetur.in vsibus feud. Non habet tamen locum istud econtra,quando dominus est princeps nō recognoscens superiorem,quia si delinquit in vassallum,non tamen perdit feudū,vel regnum,ita nota.concludit Luc.de penna in.l.in sacris.C.de proxim.sacro.scrin.libro duodecimo,circa finem,mihi,est columna penultima et fina.in princi.Bal.in dicto.c.primo,decisi. Neapol.not.dicto loco.ij.colum.iij.fallentia,quod est not.dictum,et loquitur Luc.de penna,in rege,et quando nollet vassallo iustitiam ministrare,vel alias aliquas culpas committeret,ob quas bene vassallus priuaretur,sed vide gl.in.c.ceterum,de iudic.

¶ Ducētesimo quadragesimotertio,statur verbo principis,si est dubium,an bellum sit iustum,vel ne,quantum ad excusationē vassalli prestantis opem.xxiij.q.j.c.qd culpatur.And.in.c.j.in prin. quibus mod.feud.amitt.et in.c.j.hic finitur.l.corrad.decis. Neapol.cclxv.illustrissime,colū.vj.in princi.nume.xlix.facit.§.cviij.q. sed.d.c.quid culpatur.generaliter de rege loquitur.

¶ Ducentesimo quadragesimoquarto,princeps,et non inferior ab eo,potest facere expectatiuam de feudo,vel alio iure a tertio possesso,argumento.c.proposuit.de ɔces.preb.et ne captāde.eod. tit.in.vj.et.c.ij.relatum,et ex tenore,extra,eo.de quo tñ dōm est,vt in tex.et doct.in tit.si de feud.fuerit contr.inter dom.et agna.in.§. moribus,et decis.Neap.not.in not.q.decis.ccxcj.fuit.

¶ Ducentesimo quadragesimoquinto,reseruatum est principi,quod expulsus per violentiam ab illo,qui habet priuilegium ab eo,non potest agere possessorio recuperande,quia dicitur expulsus autore magni pretoris.Rota Neapol.decis.ccclxi.monasterium,col. iij.ad finem,allegat not.Bal.in ɔsi.ccxcv.ad euidentiam.lib.iij. et Alb.in.l.si de vi.vltima col.ff.de iudic. Et illā regulam,quod princeps non tenetur seruare ordinem iuris,de quo.§.late casu.xviij. Sed cauendum est,quia contra hoc reseruatum videtur tex.in.l. meminerit.C.vnde vi.vnde dicendum est de ea,vt per scriben.ibi. et.d.decis.Neap.not.vij.col.num.xxxv.et.Deci.nouissime,in consil.cxcj.col.final. Et de spoliato autoritate iudicis quando reintegretur,late Deci.consi.cccclix.visis,col.penul.li.iij. Rot.decis. xlvj.in antiquis,et.lxxi.in eisdem.

¶ Ducentesimo quadragesimo sexto,concedere ecclesie habere feudū,quia de iure cōmuni eius non est capax,nam diceretur peruenire ad manus mortuas,decis. Neapol.in not.q.per hoc dictum arguit.d.decis.ccclxi.col.iij.numme.xvj.et col.penul.ad fin.per.c.j.§.j.de alie.feud.in vsib.feud. quod tex.loquitur,quando in perpetuū ecclesie daretur in feudū.vnde nunquam esset reuersurum ad dominum etc.qui text.fallit,cum princeps dat,vt.d.decisio declarat.d.col.penul.post Andr.

¶ Ducentesimo quadragesimoseptimo,creare procuratorem fisci.Rota Neapol.decis.ccclxvj.in pleno,col.prima,per.l.prima. ff.de offi.pcu.Ces.facit casus.§.ciij.et sic in vrbe Roma,per Clemen.vij.ponti.maxi.fuit creatus procurator fiscalis,magnificus dominus Benedic.de valentibus de treuio iur.doctor solertissimus,et integerrimus,opere,et sermone potentissimus,vt et.§.dixi,casu.ccxxxix.vir vniuerso orbi,et vrbi notus,et charus,magne autoritatis apud Clemen.vij.et presentem Paulum.iij.pont.opt. max.ac omnes.S.R.E.Cardi.apud quos pridem etiam,calumniantium malignitatibus,ac fraudibus conculcatis,vt aurum in fornace,se eisdem,et purgatum,et chariorem reddidit.

¶ Trecentesimonono, imperator est consulendus, cum quis Judex iudicium duxerit esse referendum, ⁊ nihil inter partes pronunciet. l. j. C. de relatio. in principio. ⁊ que. §. casu. lvij. Rome, vt audio, cum causam remittit quis ad cancellariam, papa dat alium iudicem speciali iussione, ⁊ rescripto. ¶ Trecentesimodecimo, si preses prouincie aliquem deportandum in insulā putat, id annotare debet, ⁊ condēnare, ⁊ scribere principi, vt estimet, an eius sententia sit sequenda, ⁊ interim ille stat in carcere, not. tex. in. l. inter. ff. de interdict. ⁊ releg. §. j. glo. in. l. j. C. de relatio. ⁊. l. j. in princi. ⁊ §. j. ff. quando appel. sit. ¶ Trecentesimo vndecimo, venatio licet alias iure ciuili, cuilibet permissa videatur, vt per glo. in. l. diuus. ff. de seruit. rustico. predio. ⁊ iure gentium. l. j. ij. ⁊. iij. ⁊. l. in laqueū. ff. de rerum domin. §. ferre, ⁊. §. seq. instit. de rerum diuis. ⁊ arguēdo a speciali, q; clericis prohibetur, ergo alijs secus. c. j. ⁊. ij. de cleric. venat. extra. Hodie tamen videtur venatio de reseruatis principi, quia sicut sunt piscationes. c. j. que sint regalia, ⁊. §. dixi, casu. xxviij. ita ⁊ venationes, quoniam videntur equiparari, ⁊ paria esse, vt. ll. §. allegatis, ⁊ gl. in. d. l. diuus. Et specialiter videtur text. in titulo, de pace tenend. ⁊ eius viol. §. nemo retia. vbi tex. ait generaliter, nemo retia, aut laqueos, ⁊c. ad capiendas venationes tēdat, nisi ad vrsos, apros. vel lupos ⁊c. Et sic per illū tex. alias in terminis arguit Deci. in cōsi. cxcvij. in casu, in principio. tandem col. ij. ante finem, contra tenet, ⁊ negat ius venandi esse de reseruatis principi, immo per dicta iura. §. dicit esse de iure gentium omnibus commune, in not. q. Et ad illud de piscationibus respōdet, verum de illis ex quibus princeps percipit publicos redditus, imponendo vectigalia, alias non, post Aluarot. ibi, ⁊. §. tetigi dicto casu. xxviij. dicens postea idem Deci. dicto loco, preterea, posito q; sit de reseruatis principi ius venandi ⁊c. ⁊ transit ad aliam solutionem, ⁊ non respondet ad dictum. §. nemo, qui generaliter loquitur, nisi intelligat vt de piscatione. §. Ego dico q; posset etiam responderi, q; ibi sit speciale in locis, vbi esset facta pax, ⁊ periculum esset violationis eius, ponderando rubri. sub qua est. d. §. vt alias scribentes dicunt vno modo de. §. fi. seu penult. eodem titulo, vbi furto. v. solidorum suspenditur, contra auctē. sed nouo iure. C. de seruis fugit. ⁊ in corpore vnde sumitur, vt per Jas. late in. §. ex maleficijs. instit. de actio. colum. j. ad finem post Ange. et fact. l. fin. in fine. ff. de re milit. Quid dicendum. durum profecto videtur dicta iura, que iure gentium, ius venandi concedunt omnibus generaliter, restringi, ⁊ corrigi, per dictum. §. nemo, cum. ll. correctio sit euitanda, ⁊ alias notat Anto. butr. post Host. ⁊ Jo. in. c. non est. de decim. col. j. q; princeps non potest prohibere venationem, ⁊ q; si facit statutum, q; nullus possit venari in tali loco non valet, quia dicitur inferre violentiam, quam decis. pro singul. ponit Deci. in dicto consilio. cxcvij. colum. prima, post Gui. pap. etiam vbi ibi, ⁊ bonus tex. in. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniur. ⁊ tetigi. j. sequen. q. casu. xcij. que notanda sunt contra barones Romanos, ⁊ edicta dominorum ciuitatum, ⁊ locorum. Ob predicta ergo cogitandum est. Bene verum, q; bonum esset omnibus abstinere a venatione, tum quia artem nequissimā canones appellāt. Et q; quia Esau peccator erat, venator erat, in. c. qui venatoribus cum capitulis sequen. lxxxvj. distinct. ideoq; nunquam in scripturis sanctis aliquem sanctum venatorem legimus, vt dictis capitulis. Et specialiter inueni in veteri testamento, sacerdotibus ꝓhibitum comedere omne morticinum, ⁊ captum a bestijs de auibus, ⁊ de pecoribus, vt patet Ezechiel. xliiij. in fine. Tum etiam quia admonet nos sapiens illa ⁊ moralis podij Floren. oratoris egregij facetia, in suo libello facetiarum, venationes huiusmodi non priuatis, sed maximis viris conuenire, alioquin dementie signum esse, ⁊ leuitatis, stercoris, ⁊ vrine, balneis, ⁊ piscina purgande, vt ille refert. de iure tamen ciuili, legatum venatoribus, vel ꝓ venationione ad ciuitatis honorem esse dicitur ⁊ valet, text. not. in. l. ciuitatibus, cum glo. ff. de leg. j. licet ibi forte de venatione publica in ciuitate loquatur, vt Rome fit in tempore carnispriuij, ꝓ qualibet regione, de tauris, vrsis, ⁊ apris, ⁊ simil. quod facit pro Reuerendo episcopo cesenen. christoph. spirito viterbiensi viro doctissimo, ⁊ summi ingenij, referendario Apostol. toti Curie notus, ⁊ comes. ¶ Trecentesimo duodecimo, in arduis ad principem recurri debet. l. cum de nouo. l. humanum. l. ll. ij. in fine. C. de. ll. ⁊ que supra dixi late, casu. lvij. declaratur id verum in subsidiū, quando iudex cause resolui non potest a se ipso, quia tunc secus, vt late Deci. in. l. fin. C. de pact. i. not. ⁊ Bald. in. d. l. cum de nouo. dicit q; inter litigantes per iudicem cause, sed inter vniuersos debet dirimi per conditorem, ⁊ tunc habet vim. l. generalis. idem Deci. vt supra in. c. intimasti. de appellatio. primo nota. post text. ibi, ⁊ text. in dicta. l. cum de nouo. in fin. dicit, necessaria est tam suggestio iudicantis, quam sententie principalis auctoritat. ⁊c. Et in interpretatione constitutionis dubie. d. l. ll. ij. in fine. C. de. ll. facit capi. cum venissent. de iudic. c. ordinarij. §. si vero. de offic. ordinarij. in. vj. c. inter alia. de senten. excommu. l. ex facto. la grāde. post principium. ff. de vulga. Alexan. in. l. quia personale. ff. solut. matr. Et in interpretatione gratie, vel concessionis facte a cōmunitate confirmate a principe, late, ⁊ nota. per Deci. consilio. cclxij. columna secunda, in principio, ⁊ columna fin. q; spectet ad principem, non ad communitatem amplius, ⁊ tetigi supra, in. d. casu. lvij. Et interpretatio principis ius facit quoad omnes, glo. not. in capitulo primo, de postula. prela. in verbo interpretatio. in fine. Et facit dicta. l. ll. ij. cum concord. ⁊ supra, casus. ccxciij. ⁊ cclv. ¶ Trecentesimo decimotertio, vbicunq; est dissensio dominorum, ad principem spectat concordia, ⁊ pro ea se intromittere. glo. not. in. l. ll. ij. C. de. ll. in verbo obscurius, in fine. Facit supra casus. xlj. dum ibi diximus reseruatū principi cogere ad pacē, vel concordiam. Et ita obseruauit sanctissimus pont. Paul. iij. presens optim. max. anno preterito nicee. vt dixi infra fin. questio. ⁊ supra in proemio huius operis sui summa bonitate, ⁊ prudentia. dando nobis eam, quam mundus dare non potest, pacem.

¶ Trecentesimo decimoquarto, creare vicarium reseruatum videtur principi de iure ciuili, alij enim magistratus ab eo creati nō possunt. §. nulla, in auct. de defens. ciuit. §. eos, in auct. de manda. princip. §. nulli in auct. vt iudic. sine quoquo suffrag. ⁊ in auct. vt nulli iudic. in principio. Alex. in rubrica. ff. de offi. eius, cui mand. columna penulti. Soci. secum pro communi in. l. prima. ff. quis, ⁊ a quo. numero. iiij. de quo tamen, ⁊ quid in prefecto, ⁊ alijs iudicibus late per Alexan. in dicta penulti. colum. ⁊ ibi alij scribētes vbi etiam dixi legendo Rome, ⁊ que supra dixi. qō. cvj. in principio. episcopus autem de iure canonico de plano creat vicarium, vt per Alexan. dicto loco. ⁊ iura vulgaria sunt de eo, ⁊ vicarius imperialis habet plenissimam potestatem, Cardi. consilio. cxxv. respondeo, columna prima, ⁊ dixi supra questio. cvj.

¶ Trecentesimo decimoquinto, q; iudei dicantur serui imperatoris, vel regis in regno suo. Archidiac. no. in. c. qui sincera. xlv. distinction. vnde trahitur ad not. q. q; infantes iudeorum baptizari possunt a principe inuitis parentibus etiam, de quo late rot. Neapol. decisio. clj. serenissimus, ⁊ tetigi supra. q. lviij. in fin. item dicta ratione scribit Archid. dicto loco, in princip. q; princeps dictos paruulos tanq; mancipia sua potest alijs dare, vel vendere in seruitutem inuitis parentibus, dū tamen id non faciat propter compellendos hoc modo parentes ad fidem, ⁊ est notabile dictum, assignandum legistis incognitum communiter, licet vsu nunq; viderim ego cōprobatū, ⁊ Rome precipue pontifex nō videtur id facere. Et ideo Card. Alexan. in dicto. c. qui sincera, in princip. dicit q; papa id nō dz permittere fieri sine iusta causa, ⁊ late de ꝓdictis ponit, ⁊ an sint serui iudei principū christianorum, quod vr sequutus Oldrad. consilio. lxxxvij. queritur an princeps, Alb. in rubrica. C. de iudeis, per. c. ⁊ si iudeos, de iud. Et illud Genes. ix. c. maledictus Chanaan seruus seruorum sit fratrum suoꝝ declarans Alex. d. loco, col. ij. in prin. q; iudei sunt serui largo mō, respectu subiectionis, nō seruitutis, de qua in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. ⁊ iure, que priuat bonis, ⁊ omni statu. Nō est tñ presentis indaginis, ⁊ sunt dicta secundum Card. dicto loco, que solent multum a doctoribus commendari, ⁊ multos in errorem deducere.

¶ Trecentesimo

¶ Trecentesimodecimosexto, reseruatuz videtur principi dicta ratióe posse expellere iudeos, & saracenos de regno suo, & eis bona auferre, vel aliam molestiaz inferre (licet priuata persona nó) ẽm Old. not. consi. lxxxvij. queritur. s. allega. & refert mandatuz executioni, per Constan. ẽm Hosti. in c. consuluit. eo. tit. de quo late videndum est etiam per Alex. in. d. c. qui sincera. j. col. & seq. & Old. dicto loco, qui demum, vr declarare id verum, cum ex eis imminet christianis periculum, vel scandalum, ẽm Innoc. in. c. q super his. de voto. sed vbi quiete viuerent, & non esset scandaluz, non videtur, ꝙ Papa deberet id precipere, nec suadere principibus, per nota. in. d. c. ꝙ super his. Et qꝛ de his, que foris sunt nihil ad eum. c. gaudemus. de diuor. & post Old. & Hostié. addo late Semi. consi. xcvj. pro huius col. pen. & seq. & audio, ꝙ annis preteritis per presentem christianissimum imperatorem Carolũ quintum contra iudeos fuit executum in quadam eius prouincia, in qua immoderate excrescebant, & extorquebant, & bene fecit, executus enim fuit vim, & effectum iuramenti, quod prestare deberet a principio contra iudeos, cum eligitur, vt supra dixi. q. xxxvj. ad fi. & vtinam ita rome, & vbiqꝫ obseruaretur.

¶ Trecentesimodecimoseptimo, inuestire de feudis principum, & illis, que vulgariter apud eos van lhen vocantur, soli imperatori, vel regi, Roma. in Impe. promouendo reseruatum est specialiter, vt specialiter cauetur in bulla aurea Caro. iiij. Ro. imp. supra per me relata, in. q. viij. añ fi. cap. xxvj. & supra tetigi. q. xc. ad fi. ¶ Trecentesimodecimooctauo, reseruatum est imperatori, ꝙ ad eius curiam duntaxat appelletur, denegata iustitia in curia trium archiepoꝛum electoꝛum, magunt. Treueren. & Colon. vt statuit Carol. iiij. Roma. impe. in eius bulla aurea, supra per me relata dicto loco cap. xlij. & facit. s. casus. cliij. per. l. precipimus. §. sane. C. de appel. electores enim illustres vocantur, etiam per Carolum quartuz in dicta bulla sepe, vt in ea videre fas est.

¶ Trecentesimodecimonono, inquisitio licet regulariter formari non possit, nisi precedat infamia. c. qualiter, & quando. ij. de accusa. extra Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo inquisitionem, & talis etiam que generet scandalum, vt per Deci. consi. clxx. col. ij. et. clxxxix. col. fi. quando tamen emanat de principis conscientia, non est necesse, quod constet de fama contra inquisitum. not. Bal. in. l. nullus. C. ad leg. iul. maiesta. post no. per Innoc. in. c. cum oporteat. de accusa. quod Alex. declarat verum, qñ affirmat ad notitiam sibi deuenisse, & assertiue dicat, in consilio. clxxx. in causa. col. fi. in prin. lib. ij. & idẽ Deci. in. d. consi. clxxxix. col. fi. in prin. & consi. cclvj. col. fi. & facit ad hunc casum, ꝙ supra dictum est, casu. xliij. vbi est, ꝙ Imperatoꝛ, & pnceps, iudicat ẽm conscientiam. In regno autem Francie, ait Luc. de penna in. l. fi. C. de bo. vacan. lib. x. col. iij. in nullo crimine priuato posse procedi ad inquisitionem. ¶ Trecentesimouigesimo, serui regulariter non torquentur in criminalibus, etiaz contra dominos, fallit pro salute principis, in crimine maiestatis, & fraudati census. l. j. C. de questio. canonizata. xij. q. ij. c. questionez. ¶ Trecentesimo uigesimoprimo, dare obsidibus vsum toge Romane, vt ciues se habeant, & ab eis possint heredes institui. l. sed si. ff. de iure fisci. & que supra casu. cclxxx. et. cclxxj. ¶ Trecentesimouigesimosecũdo, reseruatum videtur principi restituere Senatorem remotum ob turpitudinem ad originalem patriam, tex. no. in. l. filij. §. senatoꝛ. ff. ad municip. cum glo. ad quod, & que supra dixi not. ca su. cxxv. & Barto. post Dy. in. d. §. filij. no. illum tex. ꝙ si aliquis Abbas eligitur in episcopum, & postea remoueat̃ ab episcopatu ob suam turpitudinem, non recuperat Abbatiam, nisi specialiter impetret, & est notabile dictum. ¶ Trecentesimouigesimo tertio, muros publicos reficere non licet, nec instaurare, sine licẽtia principis. l. restaurationi. vbi glo. & Bar. C. de diuer. pred. li. xj. & que supra casu. xcij. sed. l. sacra. §. fin. ff. de rerum diuis. addit vel presidis. ¶ Trecentesimouigesimoquarto, reseruatũ est pncipi concedere, ꝙ canon alicuius fundi Dominici, vel templorũ non soluatur. l. fi. C. de fund. patrimon. l. fi. C. de fund. rei priu. libro. xj. & per glo. in. l. comperit. C. de prescri. xxx. anno. quod dic & declara, vt per Bar. in. d. l. fi. ad fin. & j. dixi. q. sequenti. casu. xcviij. ¶ Trecentesimouigesimoquinto, quemadmodum papa concurrit cum omnibus alijs prelatis in potestate, & iurisditione idem etiam in imperatore, in quo sunt omnes thesauri dignitatũ reconditi. Bal. in. c. j. in prin. quis dicatur Dux, vel Comes, iõ potest infeudare res non solum sibi immediate subiectas, sed ẽt omnes alias mediate tantuz subiectas, prout in papa alias not. Bal. in. c. j. circa princ. qui feu. da. pos. Abb. consi. lxxxiij. j. lib. & tradit Cur. iunioꝛ late cons. clvij. difficultas. col. iij. ad fi. & seq. vbi videndum, & confirmat, quoniam apud Cesarem sunt omnes iurisdictiones, vt supra late, casu. xvij. & refert Hippol. alias in libello suo de dignitate imper. col. pen. imperatorem posse infeudare castra Lombardie allegat solum Cardi. Alexand. in. c. ij. de natura feu. quodqꝫ ibi responder ad quedaz contraria, que adduci possent, & vide infra ad fi. h. q. ¶ Trecentesimouigesimo sexto, reseruatum est principi cognoscere, & esse iudex in causa propria. l. proxime. ff. de his que in testa. delen. de quo dicendum est, vt supra late. q. xcj. & supra casu. vj. ¶ Trecentesimouigesimoseprimo, licet scriptura vna de alia faciens mentionez non probet nisi illa relata exhibeatur, auc. si quis in aliquo. C. de edend. cum simil. Tamen fallit in scriptura principis, que facit fidem de alia scriptura, ad quam se refert, licet illa non exhibeatur, glos. in. c. si romanoꝛum. xix. dist. vnde si Papa firmat puilegia alicui alias data, probantur ea priuilegia, dato ꝙ originalia non producantur, de quo per Deci. not. in. d. auc. si quis in aliquo. in fi. vbi videndum, quoniam istud dictum videtur inclusum cum illo, ꝙ dicta auct. non habet locum, vbi persona que refert, habet auctoritatem de nouo disponendi, vt per Scrib. in. d. auc. & Deci. d. loco vbi & alij notant. ¶ Trecentesimouigesimooctauo, videt̃ etiã reseruatum principi non recognoscenti superiorem, posse prohibere exercitui non hostium, vel alicui sibi odioso forte ingressuz, & meatum in regnum suum, notat & tenet Luc. de penna in rubr. C. de lit. & itin. custodia. in princi. lib. xij. post And. de iser. in lib. feud. que sint reg. in rub. quod notandum est, qꝛ sepe isti Duces, & principes negant transitum (quẽ dicunt passum) militibus cõgregatis, odio, vel amore, precibus, vel precio, vt notum est, & iõ de more videmus licentiam peti. ¶ Trecentesimouigesimonono, terminus prorogatus in odiosis, non videtur idem cum primo, vt no. Bal. in. l. si a te. C. de pac. inter emp. & ven. licet secus in fauoꝛabilibus. l. sed si manente. ff. de precar. cum si. de quibus late Deci. & moder. vbi infra, declaratur tamen id verum, quando a partibus fit prorogatio, secus si a principe, qꝛ tunc etiam in odiosis terminus prorogatus non dicitur proprie nouus, ita in no. q. tradunt Moder. Hispa. Gomes. in cõment. super regulis cancel. in regula. de trientali. q. xxj. ad fi. post not. per Are. in. l. filius a patre. §. j. ij. no. ff. de lib. & posthu. qui dicit, ꝙ actus iteratus per superiorem sine facto hominis, etiam in odiosis, non facit nouum actum, & addo Deci. de illo. d. Bal. dubitare per rationes Areti. dicto loco in. c. de causis. iij. col. limitat. de offi. de leg. vbi late etiam post alios de materia prorogationis, & late dixi in. d. l. sed si manente. & etiam dicte rationes forte non magis concludunt in principe, ꝙ in quolibet ordinario, licet dicti Moderni in principe loquantur. ¶ Trecentesimotrigesimo, reseruatum videtur principi, & imperatori, ꝙ licet omnimodam supremam iurisdictionem alicui de aliquo castro, terra, vel loco, concedat, maiorem tamen semper apud se iurisdictionem, & potestatem, retinet, vt in papa in not. q. tradit Caldi. consil. iij. titulo. de preben. argu. c. dudum. de preben. & c. quamuis. ij. eo. titu. in. vj. Franc. cur. consi. lxiiij. col. v. & per ea in no. q. de Imperatore infeudante alteri loca de corrigio Ducis Mediolani, & ab eo totaliter eximente ꝙ possit. Rot. Roma. alias determinauit, vt dixi. s. ad fi. huius. q. ver. illam tamen, vbi videndum. & si etiam hodie in huiusmodi concessionibus semper soleat ad cautelam apponi clausula, saluo iure imperij, seu imperialis culminis, & simi. vt sepe vidi. In alijs autem inferioribus secus videtur forte, argu. c. super. ij. §. verum. & §. seq. de offi. dele. & c. quamuis. eo. tit. in. vj. & per Bar. & Scribentes in. l. j. ff. de dam. infe. cum simi. & que supra casu. cccxxv. ¶ Sciendũ tamen est circa iaz dicta, ꝙ licet ea sint reseruata imperatori, & principi, vt supra, idem tamẽ generaliter videtur dici posse in regibus, ac omnibus alijs dominis tenentibus locum imperatoris in terris suis, nec recognoscentibus superiorem, in quibus, que in imperatore tradũtur locum habere videntur, vt colligitur ex late cumulatis per Alex. in. l. centurio. col. vj. ff. de vulg. & pup. in not. q. & supra dixi, casu. xiij. in fi. & Cur. iunioꝛ consi. j. col. ix. libꝛ. ij. & in ciuitatibus talibus pro cõmuni opi. ꝙ habeant iura principis, Deci. consi. cccvlij. col. ij. & ibi in specie in ciuitate Florentie, post Bar. & Abb. ac Fely. & in eadem, & Pisis, Bar. in. l. hostes. ante fi. ff. de cap. & generaliter in ciuitate non recognoscente superiorem, vt habeat locum principis, Deci. arguit consi. ccccij. quod est primuz consilium, lib. iij. in princi. idem consi. dxxviij. pro resolutione. in prin. arguendo in Lucana ciuitate. & in ciuitate Ianue late, consil. dxxxiij. col. ij. in prin. post Bart. Roman. & Abb. & in terris Tuscie, que de facto imperatorem non recognoscunt in materia legitimationis, idem consi. lv. col. ij. in prin. & cccvij. col. ij. vt etiã late dixi supra. q. liij. vbi videndum de ciuitate Senaruz, & alijs

 Bar. in. l. acta. §. j. ff. de re iud. in no. q. et Dec. consi. dlxxx. que ritur. col. j. in ciuitate Senarum, et eius consilio generali, et in rege in regno suo, et in quolibet non recognoscente superiorem, latissime Ant. sicu. per multa not. dicta in trac. de pote. reg. q. xlv. quod scilicet, sint monarcha in regno suo, et idem. q. xlviij. et in sequ. multis, ac precedentibus questionibus ibidem, et q. xxij. vbi etiam de Duce Venetorum, et q. xxj. ad fi. de Duce Mediolanensi dixi. S. q. liiij. ¶ Illam tamen plenitudinem potestatis, ac supremam preeminentiam nemo habet, nisi ipse princeps vere, vt nota. dixi supra in. d. q. liiij. ad fi. versi. vnde ad rem. Ubi videndum est, et illa bis addenda, et econtra, et ideo Dux Mediolani, licet dicatur supremus princeps, et non recognoscat superiorem, non potest tamen decretum condere in derogationem imperialis potestatis, vt not. Cur. senior consi. clvij. nu. xxxij. lib. j. facit etiam, quia reges in regnis suis successerunt loco prefect. pretor. et sic non in locum imperatoris omnino, per not. in. l. j. ff. de offi. prefe. pretor. Curt. iunior in no. q. consil. clxxiiij. in causa. col. pen. et consi. clxxxv. colum. pen. lib. j. princeps enim licet alicui plenam potestatem concedat in aliquo loco multo tamen maiorem penes se retinet, vt alias tradit in papa Calde. consi. ij. in tit. de preben. argu. c. dudum. et c. quamuis. de prebend. in. vj. et Franc. cur. consi. lxiij. col. v. per quam rationem voluerunt alias domini de Rota Roma. impe. Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolani erexit, et omnimodam infeudandi iurisdictionem Duci tradidit maiorem apud se iurisdictionem, et potestatem sicut in Papa retinuisse. Adeo quod potuit Federicus impe. eius successor loca de corrigio Duci subiecta alteri infeudare, et illa a iurisditione Ducis totaliter eximere, prout fecit, vnde potest cum quolibet concurrere, vt post multa consilia per Brun. Astens. consi. xlvij. post Bal. in. c. j. quis dicatur Dux, testatur episcopus Somes. in trac. expectatiuarum, nu. x. que notand. sunt, et tetigi supra casu. dxxv. et cccxxx. et facit not. dictum Bal. de quo dixi supra. q. cj. nu. iiij. vltimo tradit Fely. pro not. in. c. cum nobis. ij. col. in prin. de prescrip. extra post Bar. Bal. et Alex. quod signum ad cognoscendum, que sunt de reseruatis principi est, quando sunt talia, super quibus inferior statutum non potest condere, item dici potest generaliter etiam, quod omnia que sunt reseruata Pape, sint in temporalibus reseruata imperatori, quoniam dicta in Pontifice, eadem ratione habent locum in temporalibus in imperatore, et not. Bal. in. l. rescripta. C. de preci. impe. off. col. ij. refert Deci. et tenet consil. dlxxxvij. viso puncto. col. j. Et dixi supra. q. xcj. nu. iij. q. cxv. ad fi. de reseruatis autem Pape, multa vide per Moder. in tract. benefi. iiij. parte. q. vlij. in glo. in. c. sicut. de excel. prela. et in. c. quod translationem. de offi. leg. et Rota decis. lviij. in nouis, et. cclxxxv. et alibi in locis vulg. que nota sunt. et nouissime quedam in materia beneficiorum, per episcopum Senen. in comen. super regulis cancel. in regula de triennali. q. xxxj. col. ij. et. iij. ¶ Scire autem reseruata Principi, vtile est propter multa, precipue, quia in generali legatione non veniunt. c. quod translationem. de offi. leg. Ang. in. l. si queramus. ff. de testa. Marti. laud. in trac. de lega. princip. no. vltimo. l. j. et. ij. cum glo. et doc. ff. de offi. eius. cum si. que multa sunt. Quod declara, vt in. d. c. quod. et per Ro. no. consil. lix. ad discutiendam. ij. dubio. et per Deci. in. c. pastoralis. col. ij. de appel. et in consi. cxcvij. in casu. in prin.

¶ In quibus casibus imperator ligauerit sibi manus, adeo vt etiam proprium rescriptum reijciat, et non admittat, notanter plenissime vltra omnes ex toto iuris ordine cumulati casus, et quidam, in quibus etiam si vellet nequiret. casus. cv.

¶ Reuerendissimus dominus, dominus Hieronimus de chinutijs Cardinalis Senensis sapientissimus, vir omni laude dignus, et quo tempore, et cur creatus Cardinalis, post casum trigesimumsextum.

¶ Reuerendissimus dominus, dominus Joan. maria Card. de monte similis, eodem loco.

¶ Clausula non obstante tali lege tollit illam legem derogatoriam in contrarium plena, et vltra omnes notabilis cumulatio ad finem. q. versi. notandum tamen est. nu. 2.

¶ In reliquis, quilibet casus sit pro summario.

¶ Questio. cxj.

Centesimoundecio quaero

In quibus casibus imperator liget sibijpsi manus, adeo vt etiam proprium rescriptum reijciat, et non admittat, et quidem aliquo studio, et labore pariter ex toto corpore iuris, et etiam de his, que non possit, si vellet. Aliquos casus quandoque obseruaui, ligat enim sibi manus, et reijcit suum proprium rescriptum quandoque imperator. ¶ Primo in casu. l. arriani. in fi. C. de hereti. vt scilicet, non valeat beneficium aliquod impetratum ab hereticis, vt possint, vel in loco publico conuenire, vel in curijs, vel edificare ecclesias, vel militare, vt ibi patet, facit infra casus. lxxxviij. ¶ Secundo, prohibet rescriptum contra formam statutorum, per senatusconsulta, sub pena tertie partis patrimonij, ambitus, et infamie, not. tex. in. l. vnica. C. de senatus. quod nota contra nostros procuratores Perusinos, qui semper supplicant contra statuta Perusina. ¶ Tertio, prohibet in dilationibus dandis debitoribus non prestito fideiussore de soluendo in termino, no. tex. in. l. vniuersa. C. de preci. imp. offe. de quo dicendum est, vt ibi per glo. et Scribentes, et Bonon. not. ccexlj. ille. ¶ Quarto, supplicare plusquam semel aduersus sententias prefecti pretorio. l. si quis. C. de precib. impe. offe. ¶ Quinto, reijcit rescripta contra ius alterum ledentia. l. rescripta. C. e. et infra casu. lxiij. cum seq. et. lxxxvj. ¶ Sexto, de iure ciuili prohibet supplicari, lite pendente. l. j. C. vt lite pende. et in auct. in medio litis non fieri sacras ius. in rubro et nigro, precipue. §. j. de qua tamen regula dicendum est, vt alias late per do. Deci. in. c. vt debitus. de appella. v. col. et consilium collegij nostri Perusini in notabi. casu. in allega. Cap. lxxxviij. col. fi. c. causamque. j. de testi. cum gl. in verbo nouiter. c. fi. extra vt lite penden. et que not. in. c. non ita. ij. q. vj. et per Rot. decis. cix. si reus. post prin. in nouis. in not. q. et declaratione Bal. in. l. j. in fi. C. de relation. Curt. iunior consil. clxxiiij. col. ij. in causa vertente, vbi ait comunem valere rescriptum lite nondum contestata, non facta mentione de litis pendentia. ¶ Septimo, prohibet, et reijcit rescriptum, post appellationem omissam, et sic contra rem iudicatam sub pena nullitatis, et infamie, vt in rubro et nigro, et. l. fi. C. vt lite penden. l. fi. in prin. de error. aduocat. l. causas vel lites. C. de transa. l. fi. C. sen. rescin. non pos. Pau. de cast. pro not. signat in. d. l. fin. C. vt lite pend. et pro nunquam obliuiscendo, et de eo cum quadam noua limitatione, scribit Pet. Gerard. not. xx. sicut, facit casus. lxj. infra bon. tex. in. c. exposita. de arbi. limitat no. Deci. in regula res iudicata. ff. de reg. iur. nisi precise aliter constaret de mente Principis, nam posset etiam rem iudicatam tollere, quia est ius quesitum de iure ciuili, vt ibi late. et Abb. in. c. qualiter et quando. de accusa. ij. col. et que supra dixi. q. xcviij. ¶ Octauo, vbi est mendacium. l. et si legibus. C. si contra ius vel vtili. public. et infra. xj. casu. ¶ Nono, vbi est contra ius generale, et vtilitatem publicam. l. fina. C. si contra ius. ¶ Decimo, reijcit rescriptum sine die, et consule, tex. glo. et doc. in. l. si qua. C. de diuers. rescrip. canonizata. in c. si qua. xxv. q. ij. ¶ Undecimo, si non habet clausulam, si preces veritate nitantur. l. fi. C. de diuer. rescrip. licet de iure canonico secus, quia subintelligitur, vt ibi per glo. et doc. vbi videndum est. ¶ Duodecimo, si tollat transactionem legitimam. l. causas. C. de transac. et que supra. vij. casu. et infra. lxiiij. et seq. et not. in. l. si quis maior. C. eo. post tex. ibi. ¶ Decimotertio, rescriptum impetratum pro venia etatis, a masculo minore. xx. annis, vel femina minore. xviij. non seruata dispositione. l. ij. C. de his qui veniam etatis impetr. vt ibi not. in fi. illius. l. ¶ Decimoquarto, si rescinderet gesta in minore etate, ratificata post. xxv. annum. l. ij. C. si maior factus. ¶ Decimoquinto, si concederet Monopolium. l. vnica. in prin. C. de monopol. quod limita not. vt per Scribentes, et Deci. in. c. significante. de appe. ad fi. vbi omnino videndum, ad declarationem. d. l. j. et per Bar. in. l. fi. col. pen. ff. de colleg. illic. et Bald. in. d. l. j. ¶ Decimosexto, si nuptias concedat, quia nuptie rescripto peti non debent, sed a consensu puelle sub magnis penis, de quibus in. l. j. C. si nup. ex rescript. glo. j. in. c. insinuante extra, qui cleric. vel vouen. Mart. laud. in trac. de princip. nota. dxlv. non debent. et facit infra casus. ciiij. ¶ Decimoseptimo, si incestas nuptias permittat. l. ij. C. eo. et ibi Saly. tex. et gl. in. c. nullus. xxxvj. q. ij. ¶ Decimooctauo, si concederet tempus ad deliberandum super adeunda hereditate vltra annum vnum, non valet rescriptum, not. tex. in. l. fi. §. sed quia quidam. C. de iu. delib. ¶ Decimonono, si sepius dictam dilationem ad deliberandum concederet, quia semel, et non sepius eam peti concedit imperator dicta. l. fi. §. semel enim. ¶ Uigesimo, reijcitur si quis in initij cause impetraret rescriptum, vt mitteretur in possessionem rei alicuius iuris ordine pretermisso, sub pena, de qua ibi in not. tex. in. l. meminerint. C. vnde vi, secundum vnum intellectum, vel quod aliquis deberet statim restituere possessionem, secundum alium, vt per glo. et Scriben. in. d. l. et facit. c. j. extra vt li. pend. et no. per glos. et Scriben. in. l.

in.l.iuste.ff.de acqui.pos. ¶ Uigesimoprimo, si confirmaret alicui violentam possessionem, tex. multum notabilis in.l. auctoritate.C.vnde vi. qui tex. est declarandus, vt ibi notanter per Saly. & do. Deci. post eum csi. clxxxv. in vltimis allega. col. ij. ¶ Uigesimosecundo, si innouaret possessionis statum, eo quia reus tamen absente non conuento scilicet nec citato, not. tex. in.l.fi.C.si per vim vel alio modo, que lex, qualiter a.d.l. meminerint differat ibi Bar. vide, & not. per glo. in rub.C.si per vim. ¶ Uigesimotertio, si concederet, quod vnus ex correis insolidum obligatis conueniatur tantum pro parte.l.ij.C.de duo.re. & ratio, vt ibi glo.fi. quia per id tolleret ius alterius, iuxta.l. quotiens.C.de preci.impe.off. sed cauendum est, quia text. in.d.l.ij. dicit, non debeat, non autem dicit non possit, vnde est materia.q.de qua.s. vidimus late.q.xcviij. ¶ Uigesimo quarto, si concederet facultatem cudendi pecuniam priuato viro, not. tex. secundum vnam lect.C.de fal.mon. & ibi Bar. & Jas. in.l. ex hoc iure. vlti. not.ff.de iusti. & iu. & dixi.s.q. preced. casu.xxviij. ad fi. ¶ Uigesimoquinto, si denuo alicui munus reiteraret sub pena etiam.l.iul.de ambitu.l.vnica.ij.rnso.C.ad.l.iul.de ambitu.

¶ Uigesimosexto, prohibet supplicare illos, qui rumpunt, vel vsurpant ageres nili preter fas, preterquam morem antiquitatis, vel qui fuerunt conscij, & consortes, vt in.l.vnica.C.de nili ager.non rump. & ibi glo.fi.no. dicit, quod de alijs fluminibus de equitate idem posset dici, & cum ea pro not. Ant. sicu. in not. in verbo frequentia post med. ¶ Uigesimoseptimo, reijcit rescriptum, nec prodest si accusantibus per calumniam, & fallaciter daret abolitionem, siue simpliciter, siue generaliter, not. tex. & ibi Saly. in.l.pen.C.de calum. ¶ Uigesimooctauo, si rescinderet testamentum iure perfectum, tex. no. in.l. si testamentum.C.de testa. Mart. laud. in trac. de priuil. no. xxij. priuilegium, post Archi. facit.§. disponat. in auct. de nup. & casus.s.xxxij. & de.d.l. si testamentum. quia text. ibi dicit non opus. An posset tamen, videnda sunt que late scribit post Scrib. ibi do. Deci. csi. ccclvij.ij. et.iij. col. & consi. cccciij.iij. col. in fi. & seq. post Fulg. in.d.l. si testamentum. & facit casus.lxiij.j. in hac.q. & Deci. per.d.l. si testamentum. in no.q. an posset iuri fideicommissi preiudicare legitimando, quod non sine causa. consil. dlvij. accurate. col.ij. subscribens Hormanotio deto. & alij dixi.s.q.xcviij. & per.d.l. si testamentum. Calc. cons. viij. in causa. col. viij. in fi.c. non liceat.xj.q.iij. ¶ Uigesimo nono, reijcitur rescriptum, si daret immunitatem naui capaci duorum millium modiorum, qua eam excusaret, & subtraheret a publicis vtilitatibus, pena publicationis nauigij.l.iubemus nullam.C.de sa.san.ec.la.j. que lex de verbo ad verbum est etiam in.l.ij.C.de naui.non excusan.lib.xj. & que.j. casu.xlvj.et.cj. & Jas. per illum tex. in.d.l.iubemus.in.l. si ex toto.de lega.j. in prin. col. pen. nu.xj. quod priuilegium immunitatis non includit casum guerre, vel publice vtilitatis, & si includeret, non valeret per illum text. post Bal. & que Ueronen. cautela.lxij. quia priuilegium. ¶ Trigesimo si episcopo repulso ab episcopatu ob delictum commissum in rempublicam rursus daret ipsum episcopatum. not. tex. in.l. quicunque.C.de episco. & cle. & que.j. casu.xlv. ¶ Trigesimoprimo, si concederet alicui ex agentibus in rebus peruertere ordinem militie, atque stipendia. not. tex. in.l.ij.ff.de offi. magist. offi. quod nota contra hodiernos milites nostros. ¶ Trigesimosecundo, reijcitur rescriptum principis etiam motu proprio factum, quod obligato adhuc cohortalibus obsequijs regimen prouincie, vel cingulum militie, dignitatis ve concederet. not. tex. in.l. si quis.C.de offi.rec.prouin. & valde nota. est ille tex. in quo sumi videtur argumentum, motum proprium non habere vim clausule specialis derogationis legis id prohibentis. & tamen cum tali clausula specialiter illi legi derogante rescriptum teneret, vt.j. videbimus, in fi. istorum casuum, facit gl. sing. in.l. vnica.C.de colla.dona.lib.x. & no. glo.iij. in.l. omnis.C.de aquedu. sed non presentis indagationis, facit tamen tex. singu. in.l. predia ibi, etiam si Imperator sponte donauerit.C.de locat. prediorum. lib.xi. et que de illo tex. infra dicam, casu.lvij. qui autem essent cobartales, ponit gl. in rub. & nigro.C.de cobartal.lib.x. & ibi nouissime moderni mediolanens. scilicet, hi qui in domestica militia alicuius cohortis essent, & quod a re militari sumpta fuere nomina inter palatina officia, veluti, decani. ¶ Trigesimotertio, prohibet supplicari, quod referendarij sacri Palatij sint vltra octo, vt in auc. de referendar. sacri Palatij.§.j. ante finem. hodie de referendarijs nouissime scribit episcopus gomes. super regulis Cancell. in compend. vtriusque signature. nu.xxvj. & seq. & qua de causa prio institutos, & quot in gratia, & iustitia, & de obligationibus eorum, vbi videndum est de eis late. ¶ Trigesimoquarto, reijcitur, vbi traheretur causa ad aliam prouinciam, quam in qua actor, & reus sint, & in qua facta est obligatio.§. si igitur fuerint. in auc. vt omnes obediant iud. de quo tex. dicendum est, vt ibi per glo. & Bar. & in.§. si vero quisque.eo.ti. & in rub. illius tituli, ibi nullo excepto per priuileg.

¶ Trigesimoquinto, si permitteret milites, aut federatos aliquos alicui habere in suis domibus, aut possessionibus pro proprijs vtilitatibus pena grauissima, & habentibus, & militibus adiecta vt in.§.j. & §. nemo. in auct. vt neque miles, neque federatus &c. sed vide que.s. diximus preced.q. casu.cxxi. per.l.fi.C.de erog.mili. ann.lib.xij. post medi. ¶ Trigesimosexto, si esset rescriptum sine annotatione questoris, & secundum formam. not. tex. & communiter ignorati, in auc. vt diuine iussiones subscript. hab. gloriosi. questo. in rubro & nigro, & glo. not. ibi in verbo iussionibus, dicit.i. priuilegium, in quo aliquod iubet, vel concedit in fauorem. Sed in commissionibus causarum forte aliud, vt obseruari in curijs videmus, Bar. tamen ibidem aliter tenet, vt ibi per eum scilicet, vt de iure idem sit per illum tex. in rescripto causarum commissarum. Mart. tamen laud. alias in trac. de priuileg. not.xxxiij. in caustro. post Spec. vbi ibi, dicit hoc non seruari de consuetudine. & apud.S.D.N. Paulum tertium presentem Pontificem optimum, maximum in priuilegijs & gratijs tale officium videtur tenere reuerend. dominus, do. Hieronimus Cardinalis de Ghinutijs, Senensis, iustitia, prudentia, integritate, omni denique virtute preditus, ac exornatus, qui profecto eternitate magis scriptorum aliorum, quam meorum, illustrari mirum immodum mereretur, propria enim virtute, suique proprio splendore, ita nitescit, radijsque corruscat in illo sacrosancto. S.R.E. Senatu, vt eo dignissimus, sub Paulo.iij. Ponti. habitus fuerit anno preterito. Hic connumerari potest, & reueren. do. dominus Jo. maria de monte, Archiepiscopus Sypon.S.R.E. Cardinalis, qui locum.v. cancellarij quandoque tenens, vtriusque iuris consultiss. eloquentia, liberalitate, ac corporis dotibus illustris, sacrosancti collegij Cardinalium splendor est, potens opere & sermone. ¶ Trigesimoseptimo, si concedat ciuitatibus bona vacantia.l.j.C.de bonis vacan. do. Benedi. cap. consil.xlij.pen. col. in fi. & que.s. diximus preced.q. casu.ciij. ¶ Trigesimooctauo, si innouaret canonem taxatum, & solitum in releuatis, donatis, translatis, vel aderatis possessionibus, vt est tex. & glo.fi. in.l. vnica.C.de colla.dona.lib.x. vbi no. glo.fi. non valere rescriptum etiam proprio motu, & glo. & doc. in.d.l. vnica. qui sint.s. dicti termini. ¶ Trigesimonono, si rescriptum concederet immunitatem imperator, reprobat.l. vacuatis.C.de decur.lib.x. & l. quicquid.C. de vecti. & commis. cum simil. facit tex. not. in.l. munerum.§. patrimoniorum.ff.de mun. & hon. ad fi. ibi, qui priuilegio aliquo subnixus est, nec Pontifex excusatur. & que in preced.q. casu.cclij. & seq. & casu.cxl. ¶ Quadragesimo, si aggregaret curiales ex origine, scilicet quia sint ex patre, vel auo curiales diuersis officiorum & actuum priuilegijs curie preiudicantibus, no. tex. in.l. omnes.C. de decur.li.x. ¶ Quadragesimoprimo, reijcitur rescriptum principis, quod obnoxios curie liberaret. no. tex. in.l. quotienscunque.C.de decur.eo.lib. & facit.l. curiales qui se se.eo.tit. ¶ Quadragesimosecundo, si daret immunitatem a comparatione, vel transuectione specierum ad necessitates illiricanas, id est quando imperator, dicit ibi glo. exercitum ducit in prouinciam illirici, id est in Sclauoniam, idem & si alibi text. cum glos. in.l.j.C.de quibus muneribus.lib.x. ¶ Quadragesimotertio, si daret excusationem ab angarijs, perangarijs, vel plaustris, vel quolibet munere, vel a solitis ministerijs, in felicissima expeditione principis. not. tex. in.l.ij.C.de quibus muner. eod.lib. ¶ Quadragesimoquarto, si daret excusationem a murorum constructione, seu comparatione frumenti, vel aliarum specierum, vbicunque opus exigeret. no. tex. in.l.fi.C.eo. quod nota pro tempore penurie, quando ciuitates faciunt abundantias, vt annis preteritis prudentissime obseruatum fuit Perusie, precipue in sterilissimo ann. M.D.xxxij. & Rome, & Bononie. ¶ Quadragesimoquinto, si permittat alicui exercere officium, in quo semel deliquit. not. tex. in.l. si quid.C. de suscepto. & archa.lib.x. & facit casus supra.xxxj. post.l. quicunque.C.de epis. & cle. & per regulam.d.l. si aliquid. Bar. ibi, in not. Ant. sicu. in no. in verbo tabellio. & Mod. Bonon. not. dcxiij. tu scis, & que in apparitore. tex. not. in.l. quicunque.C.de diuer. offi. lib.xij. & que casu.lvj.j. & que supra casu.xxx. & j.lxij. ¶ Quadragesimosexto, si nauem tyberianam habenti daret priuilegium, vt non agnosceret onus reipublice necessarium in competentibus, & solitis obsequijs.l. vnica.C.de nau.tibe.lib.vj. & que casu.xxx. supra. ¶ Quadragesimoseptimo, si originario colono priuilegium daret, quia eo non obstante domino, vel feudo est reddendus.l. originarius.C.de agri. & censi.eod.lib. ¶ Quadragesimooctauo, si concederet alicui loca ad sacrum dominium pertinentia, quo ad proprietatem, que censum soluebant.l.ij.C.de fund. & sal.rei domi.lib.xj. Sed bene visus tex. ibi, videtur submouere, quando per

obreptionem impetraretur, vt ibi in tex. patet. Alias sequeretur ꝙ donare etiam leuia patrimonialia non posset imperator contra conclusa supra suo loco. q. ciij. nisi dicas, ibi ita presumi, quia alias, cui dubium subreptionem vitiare. l. fi. C. de diuer. rescript. l. ⁊ fi. ll. C. si contra ius vel vtil. publi. l. cum vero. §. proinde. ff. de fideicom. li. cum si. ¶ Quadragesimonono, si permitteret alicui transferre fundos patrimoniales, limitrophos, vel saltuenses, q per tractum orientis sunt positi, siue dempto, siue saluo canone, sub pena librarum centum auri, tex. in. l. nulli. C. de fun. patri. lib. xi. ⁊ glo. ibi notat illam. l. esse localem. qr alia dominia, ⁊ possessiones saluo canone, possunt alienari, fm glo. ibi late, dic vt infra casu. xcviij. ¶ Quinquagesimo, si permittat ascriptitijs militare l. fi. C. de fugit. colon. eo. lib. ¶ Quinquagesimoprimo, si concederet alicui vendere dominicam possessionem, dempto canone, vel ipsum canonem pena celebranti talem contractum palatino scilicet officio. l. pondo auri. l. fi. C. de fun. priua. lib. xi. ¶ Quinquagesimosecundo, si remitteret dicto casu. d. penam incursam dicto palatino officio, vt in. d. l. fi. in fi. ibi vel penam palatino remittat officio. ¶ Quinquagesimotertio, si excusaret a functionibus in superindictis titulis. l. fi. C. de priuileg. dom. Aug. lib. xi. ⁊ superindictum quid sit, per glo. ⁊ scribentes in rub. C. de super indic. lib. x. ⁊ supra. q. preced. casu. xx. ¶ Quinquagesimoquarto, si concederet, ꝙ agentes in rebus sub non suo principe conuenirentur, vel actus consuetos tractari a sacratissimo Ceru senatus sub non suo iudice. l. ij. cum glo. C. de princi. agē. in reb. li. xij. ¶ Quinquagesimoquinto, si remoueret priuilegia concessa castrensianis, ⁊ ministerianis principis in. l. fi. C. eo. lib. eo. qui quales essent, ibi Moder. Mediola. declarant, restituentes magis latine dici de castrensibus ministris. ¶ Quinquagesimosexto, si permitteret apparitori ob culpam, vel negligētiam in officio cōmissam damnato ad aliquam militiam aspirare. not. tex. in. l. quicunq;. C. de diuer. offi. lib. xij. ⁊ que. s. casu. xlv. quod facit contra istos balios, nuncios, seu cursores damnatos quandoq;, ⁊ que infra casu. lxij. ¶ Quinquagesimoseptimo, si predia domus ipsius principis semel iure perpetuo, alicui collata, ad alium transferret, etiam motu proprio, vt est tex. not. in. l. predia. C. de locat. pred. ci. lib. xi. ⁊ que. s. dixi casu. xxxij. ⁊ per. d. tex. in. d. l. predia. not. dictum Bal. ꝙ quando princeps reuocat etiam motu proprio illud, quod seruare tenetur, fingitur circumuentus. ita ꝙ cōtrarium probari non potest, vt late, ⁊ not. casu refert, ⁊ scribit. d. Deci. consi. cclxxxvj. in causa cōitatis. col. fi. bo. tex. in. c. cū oliz. de re iudi. ⁊ idem in consi. ccxcij. ⁊ pro tenui ad fi. eo. lib. ⁊ que late idem scribit in. l. nemo potest mutare. ff. d reg. iu. ad fi. que notanda sunt pro declaratione, ⁊ materia. c. si motu proprio. de preben. in. vj. ¶ Quinquagesimooctauo, si permitteret ius aque ducende ad priuata loca, ex aqueductu palatij adriani. l. omnis. C. de aqueduc. lib. xj. post principiū. ¶ Quinquagesimonono, reijcitur rescriptum principis in quo militibus procuratorio nomine experiri concederet. §. fi. insti. de excep. ¶ Sexagesimo, si concederet patribus in dignitate constitutis spurios filios ex concubinis vilissimis pro legitimis habere. l. j. post princ. C. de natura. lib. de quo dicendum, vt in. §. fi. in auc. quib. mod. natu. effi. sui. ⁊ glos. ij. in. d. l. j. ¶ Sexagesimoprimo, si concederet appellare a literis relationis facte ipsi principi, quibus semel quis consensit non appellando. not. tex. in. l. fi. ff. quando appel. sit. in fi. ⁊ faciūt dicta. s. in. vij. casu. ¶ Sexagesimosecundo, si militi, qui ob contractum conductionis alienarum rerum prohibitū sub pena priuationis militie ipso iure, vt in infra alleganda. l. concederet regressum ad pristinum statum, seu gradum, qr scilicet ad eum, nec beneficio imperiali est regressus, not. tex. in. l. fi. C. de loca. §. scituros. ⁊ facit. s. casus. lvi. xlv. et. xxx. ¶ Sexagesimotertio, reijcitur etiam rescriptuz principis, ⁊ sacri apices permittentes moderantibus prouincias, donationes recipere, vel emptiones quarumcunq; reruz mobilium, vel non, preter eas, que ad alimoniā vel vestes pertinent, ⁊ edificationes, not. tex. in. l. vnica. ad med. C. de contractibus iudi. ⁊ no. in. l. non licet. ff. de contrahen. em. existentibus autem in vrbe, secus, vt supra preced. q. casu. clxxj. ¶ Sexagesimoquarto, si rescinderet donationem rite factam. l. si donationem. C. de reuoc. dona. ⁊ per eum, Deci. in no. q. consi. cccclxviij. superiore anno. iij. col. lib. iij. facit casus. xxviij. supra. ⁊ que ibi dixi, ⁊ infra seq. casu. ⁊. l. cum te. C. de don. ante nup. que. s. casu. xij. ¶ Sexagesimoquinto, si rescinderet emptionē perfectam, re tradita, ob preciū non solutū. l. in ciuile. C. de rei vend. ⁊ que supra dixi proximo casu, ⁊. l. de ꝯctu. C. de rescin. ven. ⁊ Deci. per illum tex. consi. dlviij. in causa in prin. ⁊ consil. dxcij. in causa. ad fi. sentiens, ꝙ idem in donatione in solutum. ¶ Sexagesimosexto, si cogeret aliquem liberare a potestate sua sibi constitutum in potestate. l. nec auus. C. de emancip. lib. facit supra casus v. ¶ Sexagesimoseptimo, solum rescriptum imperatoris non sufficit in quo infamiam remitteret transeunti mulieri ad secunda vota, infra annum, si fuerint filij ex prioribus nuptijs, qr vlterius requiritur, ꝙ vltra hanc impetrationē rescripti, vt ex eo vtilitatem consequatur, ⁊ alijs penis liberetur, filius ex priore matrimonio mediam sue substantie partem donet pure, sine aliqua conditione, vt late, ⁊ no. legitur in. §. que vero. versic. dicimus. in auc. de nup. alias si non fuerint filij ex primo matrimonio, solum rescriptum sufficit, vt in. d. §. legitur. ⁊ dixi supra in preced. q. casu. clxxxj. post dictum tex. no. ¶ Sexagesimotertio, non valet rescriptum, quo ascriptitio colono si clericus efficeretur inuito domino prorsus exemptio, ⁊ imunitas concederetur, nisi iuxta formam. l. quisquis censibus. in fi. C. de epis. ⁊ cleri. ¶ Sexagesimo nono, non valet rescriptum, vel priuilegium principis, licet eius sit suprema auctoritas, quo concederet credi testi, qui non vidit, vel non audiuit, vel malam rationem dicti sui reddat, nisi exponat malam, non concludentem de necessitate, verisimiliter tamen vt egregie no. Bal. in. l. si non speciali. C. de testa. ante fi. illa clara ratione, qr naturalis ratio per imperatorem mutari non potest, licet possit fingere, ⁊ presumere. ¶ Septuagesimo, non valet rescriptum, nec mandatum principis, nec aliquo modo valere potest, quo statueret iudici, ꝙ faceret iniustitiam, etiam si papa esset, qui mandaret, nedum imperator, quoniam continet peccatum, cui etiam papa subijcitur, Bar. no. in extrauagā. qui sint rebelles. in glo. pen. ad fi. ⁊ per eam in Papa, ita in no. q. tradit Deci. consi. clxxv. in causa falsitatis. col. ij. ad fin. immo nec lex, nec statutum valeret id continens, no. Ang. in. l. fi. C. sen. rescin. non pos. alleg. Inno. in. c. que in ecclesiarum. de consti. refert ⁊ tenet Deci. consi. ccclxj. omissa. col. pen. post princ. etiam si adesset clausula non obstante, vt idem tradit consi. ccccx. in causa mota. col. iij. seu. iiij. ad fi. ⁊ in consi. dxxviij. pro resolutione. col. ij. in fi. post Bar. in. l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. ad fin. post Ang. ⁊ Inno. vbi Deci. dicto loco. ⁊ idem ꝙ. l. iniusta ⁊ nutritiua peccati, non valet, ⁊ de ratione, late episcopus Gomes. in commentar. super regulis cancell. in regula, de triennali. q. xi. numero. x. post Bal. Host. aug. S. Thom. Hisp. ⁊ Esay. x. c. vnde ꝙ talē. l. ita latā fraudibus, ⁊ dolis licet circumuenire. post Pau. Bal. ⁊ modern. in. l. j. in principio. post illum tex. C. de caduc. tollend. et idem Deci. vt supra. con. dxliiij. serenissimus. col. iij. ad finem. Ant. sicul. in not. in verbo, princeps, in fine. post Innocē. Bal. Joan. And Barba. vbi ibi. Mart. laud. in tractat. de priuileg. no. xliiij. nō valet. Et ꝙ idem si rescriberet, ꝙ non reddatur iustitia. ¶ Septuagesimoprimo imperator non potest cōmittendo causam suspecto iudici tollere recusationem, saltem si est suspectus propter inimicitiam illa ratione, quia in effectu committere causam inimico, est ꝙ faciat iniustitiam, ita not. consuluit Deci. consi. clxxv. in causa falsitatis. col. ij. ad fi. lib. j post Abb. ⁊ Domi. vbi ibi, ⁊ seipsum. in. c. cum inter. de excep. ⁊ que. s. dixi precedenti casu. ⁊ in Papa, vt supra post Abb. ⁊ rationes, idē Moderni de selua galli in trac. de benefic. iij. parte. q. viij. casu. xxj. in causis scilicet precipue in quibus non haberet plenariam ptātē. ¶ Septuagesimosecundo non valet rescriptum, seu ordinatio, ꝙ ipse non sit animal rationale, vel ꝙ sit solutus legibus nature, Bal. in. l. ij. x. col. C. de serui. ⁊ aqua. Fely. in. c. j. de consti. ix. columnа. v. declaratione, vbi no. decis. ⁊ alleg. comprobat, ⁊ Deci. in c. j. de proba. in prin. ⁊ hoc casu non valet, nec potest, si vellet, facit, qr naturalis iustitia eradicari non potest, not. Bar. in. c. que in ecclesiarum. de const. col. iij. ver. sed nunquid statutum, Deci. refert ⁊ tenet in. d. consi. dxxviij. col. fi. in prin. ⁊ in. d. cōsi. dxliiij. col. iij. in fi. ¶ Septuagesimotertio, non valet rescriptum, vel ordinatio, qua princeps hodie, cum eligatur ab electoribus, vt. s. suo loco visum est eligeret sibi successorez, qr illa electio refertur ad tempus, in quo non est amplius imperator, prout in Papa alias no. Abb. in. c. accepimus. ff. de pac. vbi ait ita esse cōmunē opinio. post glos. not. in. c. his omnibus. seu. §. sub. c. apostolica. viij. q. j. ⁊ eam ait singula. And. sicu. in rub. de testa. colū. j. extra Fely. in. c. j. de consti. vij. col. ⁊ tetigi. s. cvj. ⁊ faciunt que infra. q. cxiiij. nu. iiij. ⁊ que. j. casu. xciij. ⁊ imperium hodie successione non deferri, Bal. not. in tit. de pa. constan. in verbo diuina. respond. ad tex. ibi, qui contra videbatur, vnde nec filius primo genitus imperatoris est imperator eo defuncto. d. c. venerabilem. §. eos. de elec. vbi Cardi. iij. no. Archi. ij. immo nec per electionem de eadem stirpe plures eligi deberent, ne successio hereditaria videretur, fm Ancha. not. dicto loco, ⁊ col. v. licet bene olim succes-

sione

1 Quero, † an iperator obligeꝛ ciuiliter? Fely. in. c. j. col. iij. de prob. ⁊ seq. post multa, pro ⁊ ꝯ ꝯcludit verius esse principez obligari ciuiliter, ⁊ naturaliter precipue per. l. j. §. j. cum. l. seq. ff. de offi. procur. Cesar. ⁊ per. l. bene. C. de quad. pres. inducendo fortissime, vt ibi per eum. d. Deci. in. d. c. j. col. j. dicit cōmuniter teneri principem ciuiliter nō obligari, ⁊ hāc opi. late defendit itemqz, ⁊ contrariam ꝙ sic, ⁊. ij. col. ante fi. ait articulum esse disputabilē. in. ij. ad fin. cōcludit (vt cessent ꝯria) principem, ⁊ naturali sola astringi efficaciter. ego alias in questionibus meis examinaui latissime hanc questionē ad vtraqz, per plura, ⁊ multa fundamenta vbi videnduz forte fas erit qñqz, ⁊ vltra multas rōnes, ⁊ argumenta. pro parte affirmatiua stādo in iuribus solum est. l. digna vox. C. de. ll. ibi legibus alligatū profiteꝛ. l. cuz hēdes. C. q test. fa. pos. ibi ius cōe cū ceteris hz imperator, cū heres instituiꝛ, vel Augusta. ⁊. l. ex hoc iure gentium. ff. de iusti. ⁊ iure. iuncto. §. ꝙ vero naturalis instit. de iure natu. ⁊. §. singulorūz. instit. de rerum diui. iuncto eo ꝙ not. Jas. in. l. fina. in princi. C. de iure delib. cū his que. ſ. ꝙ fiscus, ⁊ imperator equiparanꝛ. ſ. qō. cx. casu. clxxj. item per. c. pro illoꝝ. de prebē. ⁊. c. ideo. xxv. q. j. ⁊. c. iustū. ix. di. itē qꝛ pena esset si nō posset obligari ciuiliter cū vult arg. l. his q. C. ō apostat. ⁊. l. moris. ff. de pen. ⁊. l. si mulier. i. ff. ad ve leia. ibi alioquin nemo cum feminis contraheret pro parte negatiua tex. in. c. ideo. §. his ita respondeꝛ, scilicet sancta Roma. ecclesia, ius, ⁊ auctoritatem canoibus i partitur, sed eis nō alligatur. itez differentia debet esse inter obligatū, ⁊ ius, quo quis obligaꝛ. ll. vulg. sed iperator est lex ipsa ciuilis animata in terris. §. fina. in auc. de consul. ergo ⁊c. item Deus leges ipsas subiecit imperatori. d. §. fi. quō ergo ipse eis subiacet, ⁊ per multa alia de qbus in. d. q. latissime dixi defendendo vtraqz partē. tandem in solutione post multas declarationes ciuilis obligationis, qualiter ⁊ quō ꝯsideretur, ⁊ quot modis, tenui principē. ll. ciuiliter nō obligari precise sed in ꝯtractibus sic, ⁊ ita cōiter ait seruari Pau. de ca. in. d. l. princeps. de. ll. ff. precipue illa rōne, qꝛ cū ꝯbit princeps vꝛ ꝯsiderari vt priuatus non vt princeps ⁊ duz princeps dicit. ll. sumus alligati ⁊c. rñdeꝛ ꝙ nō ꝓprie ⁊ precise, qꝛ rūpit si vult. c. proposuit de concessio. preben. cum concor. ⁊. d. l. princeps. ⁊. l.
2 digna vox. de. ll. ff. de cod. ⁊. §. fi. in auc. de cōsulib. † vnde non est proprie obligatio, vbi libertas esse potest, ⁊ nō precisa necessitas insti. de oblig. in princi. Bal. no. in diuinosuo ꝯsi. Scismat. col. j. ad fi. vbi ēt subtiliter declarat obligationē pluribus modis capi posse. ⁊ tex. in. d. c. ideo. pe. col. ad fi. ibi oportet ergo primā sedē (vt diximus) obseruare ea que decernenda mādauit nō necessitate obsequendi, sed auctoritate impartiendi, ⁊ hec pro nunc in hac questio. breuiter perstringendo, sufficiant.

SVMMARIVM

1 De priuilegijs imperatricis, seu Auguste coniugis.
2 Imperatrix Augusta varijs modis vocatur.
3 Imperatrix quomodo incedat in processionibus.

Questio. cxvij.

C Entesimodecimoseptio

1 Quero, † de priuilegijs imperatricis, seu auguste ꝯiugis dic vt hr̄ in. l. ꝑnceps. ff. de legi. ⁊ in. l. qō principi. cū. l. seq. ff. de leg. ij. Jac. alua. in titulo quis dicatur Dux, vel comes in prin. viij. col. ad mediuz, in vsib. feud. ⁊ alias tex. not. in l. fiscus. i. in fine. ff. de iure fisci, dicit quodcūqz igitur priuilegium
2 fisco cōpetit, hoc idē Cesaris rō habere soler ⁊ auguste. † Alias appellatur regina pijssima, in. l. penul. C. de do. inter vi. ⁊ vxo. venerabilem augustā vocat in. l. ij. C. quibus numer. lib. x. ⁊. §. fi. instit. de vsucap. Serenissima augusta in inscriptione. l. bene a zenone. C. de quadrien. presc. ⁊ tetigi. ſ. q. ij. pijssima augusta. l. neminē in principio. C. de decurio. libro. x. domina an vocetur ab impe
3 ratore. ſ. vidimus. q. lxij. in principio. † In processionibus incedit post Imperatorem, secundū quod supra diximus. q. lxv. in fine nobis autem pro nunc hic de imperatore ipso, hec vidisse, ⁊ tractasse sufficiat.

SVMMARIVM

1 In quibus casibus, ⁊ quando, ⁊ qualiter, ⁊ a quibus committaꝛ crimen lese maiestatis.
2 Hostis, infidelis, ⁊ rebellis imperij qui dicantur.
3 Officiales imperatoris offendens an incurrat crimen lese maiestatis, ⁊ quando, ⁊ seq.
5 Scientia sola an puniatur in crimine lese maiestatis, ⁊ quando, ⁊ nouiter, sustinetur opinio Bar. ⁊ seq.
7 Accusare, ⁊ prodere crimen differunt.
8 Crimen lese maiestatis non incurrit non subditus, ⁊ quid si soluz est subditus ratione feudi, ⁊ seq. ⁊. 11.
10 Clericus episcopus quando incurrrit crimen lese Maiestatis imperatoris.
12 Hostis principis potest est subditus, vel non.
13 Filij in crimine lese maiestatis puniuntur in bonis, sed an in beneficijs ecclesiasticis.

14 Frater

14 Frater pro fratre, nec nepos pro auo, nec pater pro filio, i crimine lese maiestatis tenentur.
15 Iussus a principe, vt suspectus discedere a ciuitate, et certa confinia seruare si non seruat, an lese maiestatis teneatur.
16 Legatus cesaris an possit iubere alicui sub pena le. ma. quod non est.
17 Crimen lese maiestatis, et perduellionis quid differant.
18 Falsificans monetam cõmittit crimen lese maiestatis.
19 Magi, idem.
Strige, et incantatores qua pena tenentur.
20 Sindicatus. l. violans reus est lese maiestatis.
Crimen lese maiestatis cõmittitur contra papam legatum de latere, vel eius rectorem. nu. 4.
21 Electores Imperij faciunt reos lese maie. conspirantes in eos.
22 Iudex negligens vindicare crimẽ priuati carceris, vel paganos incidit in lesam maiestatem. et seq.

Questio. cxviij.

1 Centesimodecioctauo Quero, † in quibus casibus dicatur offendi imperator, et quando dicatur committi crimen lese maiestatis, primo dic vt. ff. et C. ad. l. iul. maie. per totum precipue. l. j. ij. iij. et seq. et insti. de public. iud. §. publica, et vbique late doc. et ordinate circa. xxj. casus, et vltra per dnm Franci. lucanũ. de Parma, in tracta. suo de priuilegio fisci. in capite, qualiter, et quo mõ cõmittatur crimen lese maiestatis, vbi videndum, et in tex. et glosis bar. in extrauagan. ad repri. vbi declaratur etiam quomodo in crimine lese maiesta. procedatur, et per Alexan. in not. questio. consil. xiij. consideratis his. libro. vj. et per Modernos bononienses, in l. j. C. ad. l. cornel. de fica. numero. v. et sequentibus, et in. l. de minore. in princip. colũ. j. et. ij. ff. de questio. per Deci. in nota. q. Ducis Mediolani, consi. cccc x. iuxta col. penul. ad fi. libro. iij. Benedi. capra consilio. cvij. in fine. et per Veroneñ. consi. penul. post medium. Deci. consi. lxiiij. in prin. et. lv. not. ponit in materia criminis lese maista. Marti. laud. in libello suo de crimine lese maiest.
2 per Hyppo. in nota. questio. consi. j. † et generaliter quis dicatur Hostis infidelis, et rebellis, dictis locis, et reassumit Deci. post Abb. et alios, in. c. sane. iiij. not. de offi. deleg. el. ij. Bal. in. l. nihil. C. de vind. libert. et in. l. ij. C. de fal. mone. Moderni. Hispani in §. rursus. numero. xxiij. instit. de actio. col. xvj. post Jaso. ibi Deci. consi. dxliiij. col. j. seriose hic tantum tangendo magis quotidiana, et vtilia.
3 † Principaliter illud frequenter dubitari põt, an si officiales, et ministri per ipsum imperatorem positi in locis offendantur, incurratur crimen lese maiesta. siue contra eos molliatur aliquis vel machinatur dolo malo etc. tex. vñ. quod sic in. l. j. ff. ad. l. iul. maiestatis ibi quo quis magistratus populi Rom. qui ve imperium, potestatem ve habeat, occidatur, et. l. quisquis. in principio. C. eodem canonizara. vj. q. j. et glo. dicit, siue militent in armata militia, siue inermi ad latus Principis, et bonus tex. in extraua. qui sint rebelles, ibi contra nos, vel officiales nostros, in his que ad cõmissum eis officium pertinent rebellando, et ibi glo. Bar. in verbo rebellando post prin. not. declarat intelligi de illis officialibus imperatoris qui principaliter, et directo pro eo sunt legati, vel vicarij, sic quod si quis rebellat contra rectores per ecclesiam romanam positos in partibus suis, sit locus illi constitutioni, et cum Bar. ibi Deci. consilio. cccc x. in causa col. fina. libro. iij. in nota. questio. vbi ẽt quod non omnis, qui non obedit principi reus est lese maiestat. sed tunc demum si insurgit contra eum. post Bal. cõsilium not. vbi ibi. Et que dixi infra nu. xvj. Et in vicario imperatoris, et his, qui iuxta eius latus sunt. Hypol. Bonon. consilio. j. numero. xx. et seq. post eum Saly. Ang. nell. et Albe. in. l. j. C. ne quis in sua causa. col. iiij. pulchre dicit, quod qui ledit magistratũ populi Romani, et sic per consequens hodie imperatoris incidit in crimen lese maiestatis. Et rationem allegat vltra dictam. l. quia in quolibet magistratu representatur persona imperatoris, sicut persona domini in seruo. l. si pamphilo. ff. de op. legat. facit. §. seruis. inst. de iniurijs. cum similibus. l. dominum. C. eodem. facit. l. j. §. omnia. C. de veter. iur. enucl. cum simi. et not. additio Alexã. ad Bar. in. l. hostes. ĩ. allegata. col. penul. in verbo, quero quid si ciuitas, et refert, et tenet cũ Alb. dictus. d. Franci. d. loco. col. iij. ad fi. ver. itẽ curãdo cõprobãda per simile, quia si vasallus offendatur dñs vñ offensus, post Bar. Bal. Inno. et Alb. vbi ibi, et cũ bar. in. d. gl. rebellãdo, vt. s. Alex. consi. xiij. col. ij. in princi. s. allegato
4 † et predicta vera videtur, cũ in his que ad statum imperij spectat, quod officiales machinatio est, vt per tex. et Bar. vbi. s. vnde secus, si quis esset rebellis officiali principis non propter ipsum principẽ, sed propter ipsum officialẽ, vt not. declarat Bar. in. l. hostes. penul. col. ff. de cap. ver. circa predicta quero, et quod Papam, vel eius legatũ de latere, vel rectorem cõmitti crimen lese maiesta. late scribit Pet. de ancha. cõsi. cclxxvij. ex predicta. j. q. et not. q. j. dubio.
5 † Sola aũt cõsciẽtia an puniatur in crimine lese maie. si quis non reuelauerit, argu. quod sic, in. l. vtrũ. ff. de parricid. et vñ tex. in. l. quisquis. C. ad. l. iul. maie. versus finẽ, et ibi doc. et Bar. in. d. l. vtrum Marti. laud. tracta. de crimine lese maie. not. xij. sola. sed Moderni bonoñ. nouissime in dicta. l. vtrum in principio declarant nota. quod ex simplici scientia, quis non incurrat crimen lese maiestatis, nisi quãdo hoc sciens posset probare, alias secus, illa nota. ratione, quia qñ nõ potest probare, non tenet se submittere torture, vel carceribus per not. dictũ Bal. in consi. et Angel. de malefi. cum eo Joã. de ana. et Joan. de platea, vbi ibi, et Felyn. cum
6 Bal. in. c. de cetero. vltima col. de re iudi. † et quod anima Bar. quia tenuit contrarium sepulta est in inferno. vnde quod indebite, et iniuste soli scientes, non participes, decapitantur, post Ange. etiam vbi ibi, et dicit se ponderare bon. tex. ad id, in clemen. volentes. §. notarij. in versicu. et ea probare valeant de hereti. vbi Cardi notat, quod qui non potest probare, non tenetur nunciare, et quod assessores sequen. Bar. in. d. l. vtrum occidentes homines solummodo quia non reuelant secretum nõ probabile, omnes sunt homicide, quia visus vidit, velit nolit, et auris audit, et sensus corporis, et pmi motus non sunt in potestate hominis, vt dicit glo. in. l. j. §. ius naturale. ff. de insti. et iure, et idem, vt. s. dicti Moderni Bonoñ. in no. clxiij. nemo contra Barto. in. l. vtrũ. et cum Bal. et Ange. vt. s. decis. in regula culpa caret. ff. de regu. iur. et in. c. j. de offi. delega. col. v. sed qui ob imanitatem criminis lese maiestatis, vellet Bar. tueri dicere posset nouiter quod aliud est accusare, aliud prodere crimen, qñ quis non potest probare vex est, quod quis non tenet accu-
7 sare, sed prodere sic. † Prodit enim qui non probanda defert, accusat, qui probaturus offert, quod intendit reo crimen, vt expresse dicit tex. not. in. c. plerũque. post principium. ij. q. vij. vnde tutius esset, quod conscius (licet probare non posset) secreto tamẽ adiret principem, et protestaretur se probare id non posse, sed hoc, et hoc scire, vt princeps postea per circũstãtias, et obseruationes, ac progressus, rei cõspirantis in eũ, posset preuidere, et peruenire ad cognitionem, veritatis occulta enim delicta ẽt non probabilia debent reuelari, et dici ei, cui prodesse possunt, et nõ obesse delicto, vt dicit tex. not. in. c. hoc videtur. xxij. q. v. ad fin. principij. vnde etc. et pro Bar. bon. tex. in. l. consensu. §. vir quoque ad finem ibi cõsciã. C. de repud. et proditionem, non accusationem, requirit. l. in hoc crimine vt est tex. in. d. l. quisquis in fine ibi ipse prodiderit, et prodere est cũ quis non potest probare, vt. s. dixi per tex. expressum, in. d. c. plerũque. post principium, ergo etc. vnde tutius videtur, et securius, vt. s. dixi precipue cum hodiernis principibus, cum quibus non est ludendũ, nec de facili in similibus ignoscunt, in practica tamen auctoritas. s. dictorũ esset magna, vt late per Mod. in. d. not. clxiij. vbi etiam post Ang. referunt in practica seruari opinionẽ Bar. que ẽt in puncto iuris, videtur probabilior, considerando, vt. s. et est speciale in odium tanti criminis, et sic contraria alia cessant, et cũ Ang. Bal. et Fely. vt. s. tenet alias, in nota. q. in simili super simonia in non reuellantibus, dñs Rochus de curte, in tracta. de iure patrona. super verbo vtile. iij. q. col. fina. in prin. et crimen simonie, et lese maiesta. videntur equiparari, vt. j. dixi numero. xj. in. fi. post glo. in. l. nullus. C. eodem. et Deci. in. d. c. j. col. v. ait quod opinio Bar. in pratica seruat, sm Ang. et quod ita Florentie dum ipse ibi legeret, seruatũ fuit contra Renatũ de patijs, ipse referendo ẽt quod. d. l. quisquis, que de imperatore loquitur habeat ẽt locũ in republica, de quo ait late Soci. scribere in cõsi. cclxxv. in causa fratris, itẽ limitat in patre quem ait non teneri ad reuelandum, et offerendũ filiũ, ad suppliciũ post Saly. et Joan. de ana. et Veroneñ. cautela. l. sed ego hoc vltimũ dictũ, nõ firmo, nec vñ probari, in. l. alleg. per Veroñ. sed ibi alia ratio est, et termini.
8 † id in hoc crimine lese maiestatis, notãdũ est, ac menti tenendũ, quod scilicet reus lese maiesta. quis non efficitur, si nõ est subditus imperatori, vnde qui de terris ecclesie esset, vel alterius hoc crimẽ nõ incurreret, Bar. no. dixit. in. d. extrauag. qui sint rebelles in verbo rebellãdo. in prin. Mar. lau. in trac. de cri. lese maie. not. xxxiij. licet et addo dictos Modernos Bonoñ. in. l. de minore. in principi. col. ij. nu. v. ff. de quest. vbi idem simpliciter dicunt, et tenẽt, allegantes solum Bal. in consi. ccclxxxviij. cum ciuitas libro tertio, addo Bald. in. l. nihil. C. de vindic. libert. et in. l. ij. C. de fal. mon. et est bon. tex. in. c. pastoralis. §. rursus. de re iud. in cle. vbi Card. et Imo, no. quod dictũ de crimine lese maiestatis, reasumunt Mo-

der. Hispa. in. §. rursus. post Jas. ibi. col. xvj. nu. xxiij. & seq. insti.
9 de actio. † declarādo primo id verum in principibus secularibus secus respectu Pape, qr ei omnes subsunt post Abba. Innocē.
10 Bar. & Jo. de ana. & que nos. s. qō. l. † Quid in clerico episcopo habente domicilium, vel originem sub Imperatore, post Deci. nouissime, & alios in. c. at si clerici. de iudicijs. dic tu, in fine principij, vbi videndum post Areti. pro communi quod sic, licet quedam contra, & quedam cum distinctio. vide per Deci. vbi supra latissime, vbi tenet opinionem Areti. cōmunem de iure veriorem
11 † & quid si non subditus haberet feudum a Principe, ɔtra quē machinatur, dum tamen in terra sua non habuerit domicilium, vel originem, post Cardi. alexan. in capi. primo. §. de persona. i. & ij. col. secun. questio. prima post clemen. pastoralis. de re iudic. dic tu. §. denique, & §. sequenti. cum glo. quod nō, licet dicti Moderni dubitent in dicto. §. rursus. d. numero. xxiiij. ad finem per rationem, de qua ibi per eos, & ad id quod supra dictuz est de clerico, vide not. dictum Rom. in singu. decision. dicaz in principio, de clerico, vel episcopo, contra dominum suum temporalem coniurantem, bonis etiam feudalibus reus lese maiestalis priuatur. glo. & tex. in. capitulo vnico. quot sunt test. neces. ad prob. ingrat. Jo. de ana. & Soci. in consi. vbi Deci. consi. dxliij. Serenissimus col. j. item crimen Heresis & lese maiesta. videntur equiparari. c. vrgentis. & ibi doc. de hereti. auc. Gazar. C. eo. vbi Ang. Hypo. consi. j. nu. xxviij. item & crimen Symonie ēt glo. in. l. nullus. C. ad. l. iul. maiesta. l. si quemcꝫ. ad fi. C. de epis. & cle. & s. tetigi. † hostis
12 autem principis potest esse subditus, vel non, vt per Bal. in. d. l. nihil. C. de indic. liber. & in. d. l. ij. C. de fal. mon. Marti. laud. cum Bal. in. d. not. xxxiij. licet, & Hispa. vbi. s. d. nume. xxiij. in. §. rursus. institu. de actio. post Jas. ibi. & tex. in. l. quisquis. in p̄n. C. ad. l. iul. maiesta. glo. in. d. clemen. pastoralis. §. primo in verbo
13 subditis. † Item filij licet quandocꝫ puniantur ob crimen lese maiestatis per patrem cōmissuz, vt in. l. quisquis. §. j. C. ad. l. iuliam maiesta. registrata. vj. q. j. si quis cum militibus, & per Deci. late, vbi declarat quando sit scilicet, cum in primo capite est reus in dicto consi. ccccx. col. fina. vbi late cumulat post Sali. & Cyn. ibi dominus Benedic. capra noster Perusinus consil. cvij. in fi. vt scilicet filij ipsi priuentur bonis omnibus. vt. d. §. j. non tñ priuantur beneficio ecclesiastico, secundum Rom. ēt in crimine lese maiestatis ecclesiastice, in not. dclxxxvj. scis ꝙ Marti. lauden. in trac. de crimine lese maiesta. not. xxxj. beneficium. sed in contrarium videtur tex. in. c. felicis. §. quod si quis de penis. in. vj. & tenet Cardi. in. c. satis. lvj. distin. Jmol. in. l. insulam. in fine princi. ff. soluto matrimonio. & additio ad Rom. dicto loco, bonis tamē feudalibus quis priuaꝛ reus huius criminis, vt. s. dixi, post Deci. dicto consi. dxliij. col. j. post Soci. Jo. de ana. gl. & tex. & gl. in.
14 l. j. ff. de offi. prefec. vrb. † frater tamen pro fratre vel nepos pro auo non tenetur in hoc crimine, vt per Dec. nouissime not. in memorabili casu fratris Joan. andree de lampognano, qui Ducem mediolani interfecit in consilio. lxv. & diligenter in principio, qr id non reperitur in iure, & de nepote post Bartol. in. l. patri. ff. de adul. idem Deci. in. d. consi. ccccx. col. iij. & ꝙ nec pater pro filio Sali. in. d. l. quisquis. & Deci. in. d. consi. lxiij. & in. d. consi. ccccx. col. iij. & in fratre, & patre est ratio per rationem cessantez infectionis sanguinis descendentis, vt per Deci. no. in. d. consi. lxiij. col.
15 j. itē predictis addendū est, † ꝙ si princeps aliquem nouaruz rerum suspectum, puta tempore Belli in aliqua ciuitate vrbe discedere iubeat certacꝫ illi confinia statuat, vt solet de more vnde citra suum iussum nō abscedat iscꝫ non paruerit, lese maiesta. reus non erit, secundum Bal. not. consi. cclxxj. lib. ij. sed ꝙ tantummodo arbitratu principis extra ordinez, ceu sacrilegus plectendus sit. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. cum quo nouissimi Mediolanenses transeunt in. l. quos nos hostes. ff. de verbo. signi. in glo. j. ad fin. quod not. & tene menti, quia sepe posset in facto continge
16 re, † & si legatus Cesaris mihi mandaret, vt principi auri summā mutuarem sub pena perduellionis, & criminis lese Maiestatis, an nisi id faciam, ceu hostis plecti potero? dicti Moderni dicto loco (vbi. s. in. d. l. quos.) dicunt legatum non posse statuere, id perduellionis crimen esse qō non sit, allegant. l. famosi. versi. hoc tamen. ff. ad. l. iul. maie. sicut nec in huiusmodi iussionis executionem ɔtumaciam, bona publicare poterit. l. j. C. ne sine iussu &c. ego tñ crederem inspiciendam esse facultatē, & mandatū Legati, vltra qō. d. versiculus hoc tñ nō multū facit bene visus, cum ille tex. respectu cognitionis cause loquaꝛ ꝯ accusatos de illo crimine, vt ibi patet, licet in illis verbis nō in decisione videreꝛ aliquātuluz facere ad id qō. s. & facit illud not. dictū Bal. vbi deci. consilio. ccccx. in causa col. fi. de quo. s. dixi in hac. q. post princi. q. s.

non omnis qui non obedit principi, reus est lese maiesta. sed tunc demuz si insurgit ꝯ eū, vt ibi dixi. pro Moder. tñ facit. s. casus.
17 clj. q. cx. & tetigi casu. ccxcj. vbi etiam videndum, † & quid crimen perduellionis, quid ve lese maiest. differant Moderni. d. loco vltra Accurs. in. l. fina. ff. eo. & in. §. per ɔriam institu. de hereditaque ab intest. post. M. Tullium. ij. officiorum vt perduelles, sint quibus cum sit Bellum, vel qui hostili animo aduersus rempublicam, vel principem, animati fuerint, & ideo non omne lese maiesta. crimen idē, & perduellionis est, sed alterū altero generalius
18 esse, Pyratamcꝫ perduellem non esse. † & falsificans monetā, incidit in. l. iuliam maiesta. l. ij. C. de fals. mon. veron. consi. xvij. col.
19 iiij. in fine. † Magi quocꝫ. l. & si. C. de malefi. in ratione versiculi, quoniam de lamijs. seu strigis, & huiusmodi diuinatoribus, & incantatoribus, late scribit Joā. fran. Placentinus, in tractatu. de lamijs. x. vol. tracta. & Pau. grillandus, in tracta. de sortilegijs. iiij. vol. trac. & ibi specialiter. xj. questio. late, quibus penis puniantur quolibet iure, & foro, ibi videndum per plures colum.
20 † Item & qui violaret. l. latam super sindicatu officialium, reus videtur Maiest. & pene. L. librarum auri. l. prima. C. vt omnes
21 iudices. §. quod si quis. † Item conspirantes in necem electorum imperij, vt statuit Carol. iiij. rom. Jmp. & eius Bulla aurea, relata supra per me. questio. vij. ante finem. c. lij. facit. d. l. quisquis.
22 in princi. C. eod. † Item iudex negligens vindicare crimen priuati carceris, incidit in crimen lese Maiest. l. j. C. de priuat. carcer.
23 † Item idem qui vindicare Paganos negligit. l. j. C. de pagan. eps Gomes. in regula de triēnali post questio. xxviij. casu. xiij. &
24 sequen. † Item ante mortem Imperatoris, vel Pape tractarēt de imperio, vel papatu in vita eorum incidunt in crimē lese maiesta. Joan. and. in. c. veniens, de testib. Alexan. in. l. prima. ff. ad leg. iul. maiesta. Hyppol. consi. primo nu. xxij. in not. q. regis frācie, quod rome not. est.

SVMMARIVM

1 An possit quis imperiū emere, & an si emat sit symonia.
2 L. j. ff. ad. l. iul. de Ambitu. i. responso, quomodo intelligatur, & ꝙ symonia, & Ambitus, in vrbe Roma non cōmittatur.
3 Honor, quando pecunia emi possit.
4 Ambitus, & symonia, idem sunt.
5 Seculares dignitates, an sit licitum emere.
6 Electores iurant eligere, remoto precio, pacto, vel promisso.

Questio. cxix.

Entesimodecimonono
1 Quero, † an quis possit imperium emere, & si emat, an symoniaz committat? & breuiter cū. s. q. vij. & seq. visum fuerit, eligendū esse ab electoribus deputatis, apparere videꝛ dicendum alia via prohibitum esse ad imperium ascendere, & in terminis no. Jo. and. in. c. j. de homi. in. vj. col. ij. post Host. ꝙ cum omni potestas tribuaꝛ a dño, vt (dic tu) cap. xiij. ad rom. & s. late dixi. q. iiij. ergo nō p pecuniā, acquirenda, notando post Hostien. contra dantem pecuniam pro Papatu, vel imperio &
2 ꝙ incidit in. l. iul. de amb. l. j. ff. ad. l. iul. de ambitu. i. rñso. † Nec obst. ꝙ illa. l. dicat illam. l. nō habere locū in ciuitate rom. & per epm Gomes. cōmēt. sup reg. cācel. in regu. de triēnali. q. xij. ad fi. nā illud intelligiꝛ quo ad principē iaz canonice electū, q sup oēs est. c. lz. de elec. & ll. solutus est, vnde quod vult disponere pōt. l. princeps de. ll. cū similibus. & dixi supra questio. cx. casu. cclxxj. & sequen. & cum Joan. andre. & Hostien. vbi supra in imperatore & Papa Cardi. iacobat. in suo tracta. nouissimo, de concilio libro. iiij. art. iiij. fac. ccxxx. col. j. ad fin. & sequen. in notab. questio. an symonia cadat in Papa, & de electo per symoniā vbi late videndum, & precipue quia committitur ante electionem pro ea eo tempore, quo nondum est princeps, & idem declarando. d. l. j. ff. ad. l. iul. de ambitu, vt supra dictus Cardi. d. loco articulo. iiij. facit. ccxxiij. colum. j. in princi. post Joan. andre. Host. Dominic. & alios in. d. c. j. §. cum igitur. & fac. ccxxij. col. ij. ad finem, vt late dixi. s. d. q. cx. casu. cclxxj. & cclxxxj. de concordan. ad. d. l. j. vbi
3 Bar. etiam dicit resoluendo illam. l. † ꝙ licet palam dare pecuniam pro habendo honorem sine administratione, sed pro honore cum administratione, nullo modo, & quod ita loquitur titu. in aucten. vt iud. sine quoquo suffrag. per totum quod dictum facit ad hanc qō. nostram, vt non liceat emere Imperium pecunia, qr est honor cum administratione, vt clarum est, & supra suis locis,

varijs

4 [illegible] que [illegible] ibus vidimus, precipue. qõ. iiij. v. ꝛ. l. † ꝛ ꝙ idẽ est
5 Ambitus, [illegible] Symonia. Bart. in dicta [illegible]. j. in princi. † ꝛ alias
an emens [illegible] s dignitates peccet, ꝛ illis, vt Symoniacis,
debeat pri [illegible] gi. s̃. q. xx. casu. cclxxxij. tex. ꝛ gl. in. c. sicut. j. q.
6 [illegible]. c. ñ [illegible] Alb. in dictio. in verbo, talea ante fin. † ꝛ precio
[illegible] pen [illegible] posse vltra iaz dicta suadet, qꝛ electores in electio-
[illegible] rãt eligere idoneũ iudicio eorũ remoto p̃cio, pacto, stipẽdio,
vel promisso, vt cauet ẽt in bulla aurea Caro. iiij. Rom. Imp. vt
supra diximus, ꝛ retulimus. q. viij. ante finẽ. c. xvj.

SVMMARIVM

1 An de concordia hoc Anno superiore. M. D. xxxviij. facta in portu (quẽ dicũt) aquemortue inter Caro. v. ro. Imp. semper Aug. ꝛ Fran. gallorũ Regẽ Christianissimũ, opera, ꝛ prudẽtia. S. D. N. Paul. iij. debeat festiuitas, ꝛ gaudiũ celebrari.

Questio. cxx.

1 Centesimonigesimo Quero, † an de concordia superiore anno facta in portu (quẽ dicũt) aquemortue. M. D. xxxviij. inter hunc imperatorez inuictissimum. Caro. v. semp augustũ, ac Christianissimũ Frãcis. gallo; regẽ (opera, ꝛ prudẽtia. S. D. N. Pauli. iij. Põt. opt. Max.) debeat gaudiũ, vel festiuitas celebrari? glo. no. solẽnis, tit. de pace cõstan. §. fin. in glo. magna, ad mediũ, mouet hanc. q. ꝛ tandem concludit ꝙ sic, cum verus imperator, ꝛ rex sint, cõcludens esse debere letã, ꝛ festiuã, per bon. tex. in. l. j. C. public. letit. qui est titulus fi. lib. xij. ꝛ facit. s̃. casus. lvj. in. q. cx. s. qꝛ celebrat causa, ergo ꝛ effectus, ꝛ ita rome eo anno per tres noctes continuas, ꝛ in arce. s. Angeli seruatũ fuit, ita ꝙ Deus hanc pacez nobis tribuat letã, ꝛ durabile nomẽ, vt alias dicit. d. glo. Bal. in. d. §. fin. in fi. Valeat viuatq; in eternũ presens inuictissimus imperator Caro. v. semp augustus, ꝛ pax Dei (que exuperat omnẽ sensum) custodiat cor suuz, ꝛ intelligentias suas in Christo Jesu domino nostro, vt alias dicit apost. ad Philipp. iiij. Et in predictis omnibus, remitto me semper decisioni ac determinationi. S. M. E. a qua nunq̃ intendo discedere, ꝛ ita protestor, paratus me publice, ꝛ palaz corrigere (si opus est) ꝛ eo casu reuoco, ꝛ pro reuocato habere volo corã Deo, ꝛ Mundo, semper me submjciendo preceptis, mandatis obedientie, ꝛ correctioni eius, vt ꝛ alias facit Bar. in extrauagã. ad repri. in verbo totius, in fine. ꝛ Jo. Ugo in libro, quadruuij ecclesie, in fine ꝛ Ant. rosel. in tracta. de pot. Pap. iij. vol. Trac. car. xlvj. §. ꝛ bis. in fi. nu. xvij. ad Laudem Dei, Marie sp Uirginis matris, ꝛ diui Hieronymi. necnon ad gloriam, ꝛ decus serenissimi predicti Impera. Carol. v. Aug. ꝛ inuictissimi, qui eius magnitudine, ꝛ Excellentia huic operi occasionem prestitit, ad eiusdẽ perpetuam (quã Deus semper felicem seruet) memoriam, ꝛ indelebile nomen Amen.

FINIS



CHRISTIANAE CIVITATIS ARISTOCRATIA.

PONTIFICII ET REGII IMPERII

Descriptio breuis, ex commentarijs reruz quotidianarum Joan. Quintini Hedui, iuris doctoris, & ordinarij professoris Lutetie.

In capi. Nouit. de Judi.

Obiter aliquid annotatum in responsum Ulpiani de mero & misto imperio, cap. tertio de iurisd. ff.

SVMMA DISPVTATIONIS ARTICVLATIM SEQVITVR.

1 Imperio semper iurisdictio inest, non imperiū iurisdictioni. Nec sunt apud Ulpianuz Imperij meri & Imperij mixti exempla, sed vere vtriusqz diffinitiones, in titu. de iurisd. ff. hoc in prenotatis. reliqua sunt inuicem connexa.

2 Quemadmodum colūna modo dextera est, modo sinistra, prout est ad hominis dexteram sinistram ve sita, sic Regem Pontifex, & Pontificem Rex habet, aut spiritualibus, aut tēporalibus exigentibus negocijs.

3 Gladium pontifex vtrunqz gestat, exercet alterum rex solus, quē pontifex etiam desertus a suis in hostes licite stringit.

4 Rex solus inter sui regni proceres ac magistratus habet Imperium merum, quod in cunctos habet ecclesia cum regalibus alijs, audiens, & actiones omnes, & quorumcunque denunciationes.

5 Æqualitas equitate constat, equitas suum cuique tribuit, ad que legibus iudices omnes obligantur.

Hec Elenchi vice preponimus. Ad rem.

Habent hoc in solēni more positum recentiores iuris interpretes, vt ipso statim nomine designent exponendum caput, ne longiore inquisitionis labore torqueatur auditor. Postea diuidunt illi, est enim perspicuitatis amica diuisio, & ad docilitatem pertient. In summam deinde colligunt, que sparsim per totum caput habentur, nam & hoc memoriam confirmat. speciem consequenter capite illo decisam proponunt, siquidem plurimum refert, ex facto rem cognoscere. Hoc enarrato, literaz explicant, in qua si quid obseruatione dignum inesse putauerit, hoc post annotant. Quez nos hic ordinem sequemur, ea tamen prenotantes (quod vbiqz solemus) sine quibus igrata esset, nec satis explicata nunc a me repetita lectio capitulo nouit. de iudi. Omnis de iurisdictione & Imperio futura est nostra disputatio, & quoniam sine diffinitione nec intelligi quicquam, nec queri, nec disputari potest, placet ante diffinire quid sit id de quo disputaturi sumus, ne confuse & tenebrose disseramus, sine vera, & certa rei cognitione disputantes. Videmus eni qui per tenebras quid piaz inuestigat, vt quicquid in eius manus venerit, id esse credat, quod querit. Quod nostris hoc in negotio quod aggredimur po[ti]ssimum contigit, vbi vocabulorum trium etymis stupende luserunt, & lusi sunt, inquirentes quid & vnde dicatur Imperium merum, & mistum, & iurisdictio. Neque nemo est, ex neotericis maxime, qui non plus quam Lynceus hac in re vnum se veruz vidisse iactet, aliorumque cecitati succurrisse, qui non se medullas exuccisse legū putet, quas ne olfecerūt quidē antiqui, breuiter, qui non se arbitretur habere penum priuatam, ex qua singulari gustu omnia promat. Acuti homines, in legum interpretatione nihil non audentes, quod ipse de se affirmāt, quos equidem non inuitus salutariz patricios, Lautos, germane Ro-

manos iurisconsultos. satis hoc indicant ambire se, dum passim veteres & quosq recentioru (vnu si demas, aut alteru) censent omneis iter plebeios, sordidos, & barbaros iuriscosultos. nec putat ab alijs ea de re dici posse, dictu ve fuisse aliquid, aut melius, aut subtilius vnquã illoz tñ nemo est, qui secu ipse semper coueniat, & suis inuicẽ discrepat argutationibus. qd illos reddit nõ intellecte veritatis suspectos, que semper vna est, & eadẽ sibi zcors opinionibus imutabilis. esto per me suu cuiq iudiciu, de rebus potissimu nõ admodu foro, ciuitati, regnoq gubernando necessarijs. Promã nõ e tripode, cu doctis illis, & igeniosis viris, oracula quibus credi velim, de ponte ceu deturbatis sexagenarijs, iuriscosultis, absit hec audacia, sed ostendã simpliciter sine spinosa molestiaq verboz perplexitate, quid de negocio nusq nõ agitato, neq satis omnibus intellecto sentia. qua i re (qd in exegesi c. de multa, nõ sine doctoz suffragio fecimus) premonitu rursus lectorem volo, diffinitionẽ me minime ducere ad illã nescio qua philosophoz regulã, qua sese aiunt breuibus, lucidis, & absolutis quibusdã verbis enũciare quid quidq sit, hoc est totã rei substantiã. seruitus hec verboz perelegãter a quintiliano dicta insti. orat. lib. vij. c. de finitione, nõ minus a nostro iuriscõsulto, quã ab illius oratore procul esse dz. Nam periculi plenu est, certis se verbis astringere. propterea dictu ab Vlpiano, q omnis diffinitio in iure ciuili periculosa est, raru enim est, vt nõ subuerti possit. ff. d reg. iur. & Paulus ibidẽ. l. j. simul (ait) ac vitiata est, perdit officiu suu. simile quidã scrisit Cicero. ij. d orat. libro. Diffinitio (inquies) reprehenso verbo vno, aut addito, aut dempto, sepe extorquetur e manibus, deinde genere ipso doctrinã redolet, exercitationẽq pene puerilẽ. vnde & Accursio erubescenda visa est. & pfecto turpe est causa cadere, si verbo sit erratu vno. hoc igit diffinitionis genus ociosis duntaxat philosophoz scholis zueniẽs, nequaq sectamur, qui verbis periclitari nolumus. Sed eodẽ autore Cicerone. ij. de inuent. libro, & in partitionibus oratorijs, diffinitiones appellamus explicationẽ vocabuli ac nominis, per quã de vi verbi querit propriisq ptãtibus eius. & apud Fabiu finitionis species est Etymologia. quo nos diffinimus si qd est i iure positu obscuru verbu, quibusdã reru descriptionibus tentes, operta patefacientes, & rem ipsa proponẽtes qualibus diffinitionibus refertus est titulus ver. signi. vbi tñ vnu hoc cauendu, ne aut false aut vulgares sint diffinitiones. put seruius dolu malu diffiniuit, assumẽs ea que nihilominus in aliã rem transferri possunt, ob id a labeone merito reprehensus. l. j. ff. de dolo malo. Talibus eni vti vitiosum est. Rethoricoru ad Herennium. ij. vt exordiar.

DE IVRISDICTIONE.

Iurisdictio est officiu & auctoritas iuris dicẽdi. l. j. §. damus. ff. de iuspe. tut. id est, facultas administrãde iustitie, equitatisq statuẽde, & potestas quedã gubernandi populu iure ac legibus. officiu quu nomino comprehendo qd Azonem in summa sequutus Accursius dixit in. l. j. ff. de iurisd. iurisdictionẽ haberi in se iurisdicẽdi necessitatẽ. nã officiu est qd vnuquẽq facere oportet. quisquis aut iudicãdi munus semel suscepit, ius reddere cogitur, aucten. Iustiniani lege vt differẽtes iudi. &c. grauibusq supponit penis iustitiã du iuste deprecãtibus per gratiã aut sordes magistratus denegat ius dicere & iudicia exercere, vñ orit iurisdictio non iurisditio. Ditio est imperiu & potestas, potestate vero ius hz vbiq terraz q legibus moribusq regunt quu sepe iurisdictio modicis admodum circuscribat finibus, quippe que nulla sit extra ius dicentis territoriu. l. vlt. ff. de iurisd. Judiciu nominatu est qsi iurisdictio, vt scribit Isidorus. c. forus. de ver. signi. atq ita sumit. in. l. iij. C. de iuris. om. iud. recte quidem, nã exercentur iudicia duntaxat ab habentibus iurisdictiones, id est, iudicãdi pãtẽ. l. q neq. ff. d iud. & i si. l. j. ff. ad senatuscõ. tertulia. per que similiter parentu in liberos, dñoz in seruos ptãs ostẽdit non esse iurisdictionis que tñ est in disceptationibus fori, & iudicioz. aliqua de cã notionẽ habẽt illi, vt in titulis d seruo. & pp. emend. c. pbat. iurisdictionẽ nõ habẽt. sunt hec duo diuersa. l. v. ff. de re iud. nõ est (inquit Aristoteles) Patris ad filiu ppie ciuile iustu. ethico. iiij. & Poli. vij. latissime patet, valdeq effusa est huiusmodi iurisdictio omne omnino ius dicentis officium complexa, quacuq hic de re iudicet, quomodo sumitur apud Vlpianum. l. qui iurisdictioni preest, de iurisd. alijsq in locis. neq solu iurisdictio est facultas iurisdicendi, sed est et licentia iudicis dandi litigãtibus. l. j. eo. tit. quaq qui iudicẽ dat partibus ipse p aliu per datu (puta) seu delegatu iudicẽ ius dicere vr. hec ampla iudicandi auctoritas quodã Rome tñ a senatu vel populo tribuebat magistratibus, modo a solo princi[pe de]scẽdit, i quo vno[m]nis est potestas, cui soli nunc (qd olim populo) iureiurãdo p[romit]tur, prestaturos se purã zsciẽtiã genuinumq seruitiu, quicu[nq] administrationẽ suscipiut. firmat hoc nouella quadã zsti[tuti]one Justiniani, iusiurãdu qd prestari solet &c. priuati. n. iurisdictionẽ cuiq dare nequeut. priuatoru zsensus, ait lex, iudicẽ non facit. l. iij. C. de iuris. om. iud. c. significasti. de foro cõpe. priuatos appellant, qui nõ sunt aliqua in dignitate vel potestate zstituti, addo q ve collegiu licitu, & vniuersitatẽ nõ faciut. Absit vt corpus aliqd habeatur pro priuato. ¶ Hoc iurisdictionis nomẽ quidẽ generale est, in duas aut species diuiditur, quaru altera dr plenissima iurisdi[c]tio. l. si in aliquã. §. vlt. ff. de offi. procõ. quã qui hz, maiore nulla potestate impedit. Nam maius omnibus hz imperiu post principẽ, omniuq magistratuu, partes qui quoquomodo ius dicunt ad ipsum pertinẽt. Suetonius in Caligula vocat hanc liberam iurisdictionẽ, atq interpretat, magistratibus, inquiẽns, liberã iurisdictionẽ, & sine sui appellatione, cõcessit plenissimã iurisdictionẽ. nostrates pragmatici sua lingua vocant altã, mediã, & bassam iustitiã. sue pariter hanc interpretes nominant omnimoda iurisdictionẽ. in cle. j. de foro compet. ¶ Altera species iurisdictionis circa ciuilẽ tantum causaru cognitiones versatur, que iure actionis expediunt, & iurisdictio simpliciter vocat, in suam speciẽ genere contracto, ex vsu verbi tñ priuatã cuiusq vtilitatẽ respiciẽs, & in iure equabiliter cuiq reddẽdo zsistẽs, nõ et sibi vite ac necis ius vendicãs, nisi quatenus interpellatur vim magnam nõ hz officij proprij & motu suo pauca facit hec iurisdictio, in puniendis et sceleribus. nemo. n. dicit animaduersionem legatum proconsulis habere, qui nec coercẽdi, nec atrociter verberãdi ius habet, quu tñ iurisdictionem habeat. l. si quid erit. de offi. pcons. l. j. de offi. eius cui mand. iurisd. ff. si tibi quis igitur loci alicuius iurisdictionem permiserit m odicã tibi duntaxat iniunxisset credit cetera sibi reseruasse, neq enim meru, aut mixtu imperiu simpl[i]ci nomine iurisdictionis intelliguntur. Bald. hec in. c. quanto. de iudicijs. & Panor. in. c. conquestus. de foro competen. probant. quod in vsu etiam iurisconsultorum non semel occurret. vnu de inumeris. Vlpianus tribunal distinxit a iurisdictione (sedes erat olim discrimẽ etiã dignitatis) in. l. j. ff. de Jud. iudicis (ait) qui tribunali preest, vel aliã iurisdictionẽ habet. Ad maiores illud iudices ptinet, q cu imperio sunt & potestate, publicaq iudicia exercẽt, vt in. l. j. ff. de re iud. Sedẽ hãc assignãt cõsulibus [...] prouinciaru, pretoribus, & alijs excelsis magistratib[us] [...] vo minoru e iudicu, q nõ in sellis curulib[us], nec tribuna[li] [...] apd Asconiu sz in subsellijs zsidebãt & iudicabãt, qles erãt Pedanei iudices. Hic tñ iurisdictio dr de minoribus iudicijs, qua simplicem iurisdictionẽ vocamus. Non venit hec a solo principe vniuersitas, & licitum quodq collegiu demãdat etiã suis rectoribus. l. vlt. C. de iurisd. om. iud. Diuisit Accursius iurisdictionẽ in meru imperiu, in mistum imperium, & in iurisdictionẽ, que postrema suo stat in nomine, ait in auct. de defens. ciuit. §. iusiurandum. Hec illa est in specie iurisdictio, de qua nos hic, que proposita duntaxat actione in causis pecuniarijs exercetur, instantibus ac petentibus partibus. Asserut hanc aliqui non dari. & trecẽtorum aureoru cognitionem, dictumq probant illa citata nouella cõstitutione Justiniani de defen. ciuit. Propterea Basse, id est, infime, iusticie vocabulo vulgus hanc intelligit, que tamen res ardua quandoq tractat, vt quum de statu hominis, fama ve agitur, ac de preiudicialibus queritur. Item de pena corporali nonnunq vt si damnatus in penã pecuniariã laboret inopia, corpus torquendu est prout est in sermone trito, Qui nõ hz in ere, luat in corpore. l. j. §. vlt. ff. de penis, que Bar. & omnes ascribut huic iurisdictioni. l. imperiu. ff. de iurisdictione. Sententia Jasonis est cu Angelo existimantis omnes omnino causas, que priuatam vtilitatẽ respiciunt, & expediutur iure actionis, huius esse simplicis iurisdictionis, quã ego verã puto. Sed & palum erigere, cui solẽt alligari noxij qdã nõ magne culpe rei (postellu lingua nostra vocat) huius esse iurisdictionis, neq Petrusiacobus in practica dubitat, & ego illi assentior, & fures et fustibus castigare, nisi tam atrox atq tã famosa psona sit, vt superioribus iudicibus remittitur. Nõ solet id fieri supplicij gratia, sed emẽdationis, vt rubore impulsi meliores fiant, vñ puto qd nec infamiã importat. arg. l. Ictus fustiu. ff. de infa. & vocat admonitio fustium. l. Aeluri. ff. de penis. Actionibus hanc iurisditionẽ seruire veru et in causis pecuniarijs, vt. s. dixi, ceterum in castigãdis [...] delictis [...] aut maiore criminu reos i custodia conijciens [...] ad presidem (qd possunt inferiores omnes magistra[tus] hic habentes [iuris]dictiones

iurisdictionē.d.auct.de defen.ciui.§.audient)vel dum suam tuet̄
ac defendit aliqua modica coertione auctoritatem(ni fallor) hic
expectādi non sunt interpellatores,neq̄ʒ est opus accusatoribus
vllis,vti nec in omnibus ab humanitate iudicis pendentibus,ve
luti si det aduocatos non habentibus, solus hec infimus quisq̄ʒ
iudex ex officio facit,mera quedā sua potestate nixus,que iaʒ spe
ctare vr̄ ad imperium,sine quo nulla est iurisdictio.l.vlt.ff.de of-
fi.eius cui ⁊c.sed iam de imperio nonnihil dicamus.

DE IMPERIO.

Imperij verbo(sicuti ⁊ potestatis)plura si-
gnificant̄.vt enim legitur i liberos
ptās patris,⁊ in seruos potestas domini,⁊ magistra
tuuʒ potestas,quod Paulus tradit in.l.potestatis.
ff.de verb.signi.sic ⁊ patris imperium,dominiq̄ʒ, pariter ⁊ iudi-
cis imperium leges.Taceo de bellicis imperijs,huc ēt nihil atti-
nentibus imperare nōnunq̄ʒ iubere est,ac precipere,tria sunt hec
omniū cōia verba qui leges alicui possunt imponere, ⁊ prescribe
re,siue iniungere,vt aliquid fiat.prodita est actio qđ iussu lib.xv.
Pandectarum,quū pater dominus ve iubet vt ꝯbatur iubent ⁊
ediles.in.l.item querit̄.§.si quis mensuras.ff.loca.sic dicitur im
perare liberis,id est regere filios,expositore donato in Adelph.
⁊ iperator familie apud Plautū in.c.h i significatu.Jabolenus
in.l.liber homo.ff.ad.l.aquil.ius imperandi nominauit,id est iu-
bendi,quale quisq̄ʒ in suos seruos,subditos,⁊ inferiores hʒ.im-
periuʒ domesticū,Cicero pro Cecinna vocat.iulianus de testib.
idonei testes non videntur esse quibus imperari potest , vt testes
fiāt perinde est ac iuberi inde sunt imperium preceptū,iussus, nō
differentes significatione voces.Celsus de re iud.quod iussit , ve
tuitue pretor ꝓrio imperio tollere, ⁊ remittere potest.i.ꝓrio iussu
edictū pretoris vocat Ulpianus imperium.l.fi.ff.ne quid in loco
publico.fiat hoc in iussu vel prohibitione consistit. ⁊ preceptum
l.iniuriarum.§.si quis.ff.de iniur.hoc illud est imperiū,qđ iurisdi
ctioni coherere Paulus annotauit in.l.j. ⁊ in.l.fi.ff.de offi.eius
cui ⁊c.vt (videlicet) quisquis alicui negocio publice preficitur,
is dicatur in illud habere imperiuʒ,cui parēdū,est,⁊ omnibus re
cta ⁊ honesta precipientibus,ac superioribus obeditur.Quod ⁊
cuʒ potestate esse veteres ferequentius dixerūt,autore Festo. Ci
cero in ... ver.cū ptāte proficisci in prouinciaʒ,⁊ esse cum publi-
co imperio dicitur a Plauto in Trucul.missus aliquo legatus.
hinc ille frequētes in Pādectis locutiones, Magistratus q im
perium ptātē ve habet,diuersa nequaq̄ʒ puto post Pompeiuʒ.
¶ Imperium qn̄q̄ʒ dr̄ ipsa publica dignitas,⁊ magistratus auto
ritas.Cice.in fam.illic esse sine imperio turpe est.⁊ ad Atticū,vi
des tyrranni satellites in imperijs.quō Caius in.l.ij.de adopt.
magistratus imperio fit adoptio , id est , auctoritate, siue autore
magistratu.Neq̄ʒ.n.precipit mandat ve pretor vt adoptemus,
sʒ adoptare volētibus se accomodat Julia.d.tit.de offi.eius ⁊c.
Qui alienā iurisdictionē exequit̄,non pro suo imperio agit,sed ꝓ
eo,cuius mandato ius dicit.ostendit hic delegatū iudicē nō ha-
bere imperiū,id est,magistratum nō gerere,nec idcirco esse hunc
in vlla dignitate.ꝓpea si quid imperāt delegati,dicere solent,au-
ctoritate qua fungimur,vti annotatur in.c.quū in iure.de offi. de
leg.Fungunt̄ vice eius qui mandauit,nō sua,quū propriuʒ nihil
habeāt.l.j.§.qui mādatū.d.tit.de offi.eius ⁊c.l.solet,de iurisp.ff.
vnde ⁊ delegatos,vti ⁊ arbitros,negāt habere iuurisdictionē , q
nec suas possunt exequi sententias.l.a diuo pio.de re iud.ff.quaʒ
tn̄ legato,id est,alicuius potestatis vicario,tribuunt omnes,eāq̄ʒ
ordinariā.Discrimen hoc videas apud Bar.l.ij.C.de offi. eius
qui viceʒ ⁊c.⁊.l.v.ff.de re iud.¶ Quādoq̄ʒ imperare superbum
verbū est,magneq̄ʒ ꝑsone, iquit seruius,innuēs ⁊ statiʒ,⁊ sine ꝯdi
ctione fiat qđ dr̄.iperare est plus q̄ʒ iubere,ait idē donatus in il-
lud eunuchi terētiane,iubeo , cogo atq̄ʒ ipero.cui suffragat̄ canō
vlt.xiiij.q.j.qđ iperat̄,necesse est fieri,si nō fiat,penā hʒ,hoc vsu i-
uenit̄ apud latinos iperare arma, iperar̄ pecuniā , iperare naues
iperare tributū.quo sensu scripta est illa modestini regula , ꝙ le-
gis virtus est iperare.ff.đ legi.vn̄ fit iperiū,id est,potestas illa cui
parendum est,quoties quid mandat,⁊ iubet.quod Cesar impe-
rat tollerandum est,inquit Augusti.can.Militare.xxiij.q.j.

DE IMPERIO MERO

PRisci Romanoꝝ ꝯsulti hoc iperiū partiti sunt
in duo,alterū vocāt imperiū merū,alteꝝ,
imperiū mixtū.imperiū merū est,habere gladij ptāteʒ
ad animaduertēdū in facinorosos homines.hec Ulpianus.l.iij.
de iurisd.id est,merū imperiū est ius,auctoritas,ac ptās,q̄ʒ quis
hʒ ad capitaliter puniēdū delinquētes.non vna est in iure,sicuti,
nec apud latinos acceptio huius vocis,merū.Bal.aliquot ad-
duxit ex varijs legibus.interpretās.l.iij.de obseq. patr. prest.C.
qđ ad hūc locū attinet,hoc imperij genus appellat̄ merū eo sen-
su,quo sunt a Paluto in milite dicti,meri bellatores, ⁊ a Cice.
meri principes.ij.de orato.libro,id est,summi, perfecti , absoluti
principes ⁊ bellatores,sic vere dr̄ imperiū merū,id est,maximuʒ,
summū,qđ quis iure permittēte hʒ nō in res tm̄ ⁊ fortunas, sʒ ⁊
in caput alterius,vt puta qui sententia sua vel mortis,vel amissio
nis ciuitatis penā pōt irrogare.maius est in homine nihil , qđ q̄ʒ
proximus accedat ad Deū,q̄ʒ vnius arbitrio cūcta regi,vel stare
ꝓpea,ceu per antonomasiā,potestas appellat̄,qđ est merū impe
riū.Lampridius de alexādro Seuero,honores iuris gladij nūq̄ʒ
vnde passus est,dicēs,necesse est vt qui emit,vēdat ego no patiar
mercatores ptātū.hoc pariter meri significatu vocatū est a Pō
ponio merū iudicis officiū,⁊ merū pretoris officiū.l.v.đ ver.ob.
(videlicet)qđ in iudice supremū,⁊ excellēs est,qn̄ quid illa preto
ria , vel iudiciaria ptāte decernitur,qn̄ suo quodā iure magistra
tus quid facit,facere ve per se pōt,omni frequēter obligatione,⁊
actione deficiēte,hoc eteniʒ actionū instar obtinet,vt si pretor in
integrū minorē restituat,pupillis det tutores, de dolo , vel dāno
infecto cauere iubeat,⁊ id genus alia,q̄ cui cōpetūt,eo ipso qđ in
magistatu est,nō eadē in oibus,sed diuersa diuersis,ꝓut maiores
sunt prodiderūt hoc a glossis ⁊ Bartolo dici nobile iudicis of-
ficiū nescio si quē veterū iuris cōmētarioꝝ secuti fuerint in effin-
gēdo nouo hoc nomine,certe nō taʒ mihi vr̄ ineptū, q̄ʒ quidā vo
lunt,accipio perinde,ac si dicerēt,insigne,⁊ precipuū iudicis offi
ciū,equitate magis q̄ʒ vllis formulaꝝ prescriptis,aut vsu aliquo
forensi cōnixū ⁊ fundatū.quale ab Ouidio pereleganter vno ver
siculo describitur.j.Tristium.¶ Judicis officium est,vt res,ita tē
pora rebus querere,id est,rerū ac negociorū circūstātias,⁊ qua-
litates perpendere,nō mera subtilitate , que iuris inimica est,sed
mera bonitate.sic ⁊ Ulpianus in.l.ij.de re iud.descēdit hoc a re
ligione iudicātis,q̄ʒ sibi vice actionis implorat quisquis ꝑ leges
aut aliq̄ statuta municipalia exclusus est actione,certe iudex non
actione,aut accusationis vi nulla legis necessitate coactus,sed ex
sola equitate ꝓcedere debet,oppressis benigne officiū suū impē-
dens,vt auctor est Bar.in.l.plane,⁊.l.vlt.ff.de petit.hered.in cu
ius sententiā passim vadunt omnes. Preterea vocat̄ hoc officiū
motus,seu religio iudicis,id est,recta conscientia iudicis iuste ⁊
sancte, ⁊ ut arbitrat̄ equitatem postulare,munere suo fungentis.
Uere nobile est hoc officiū,nulli seruiens actioni . Pomponius
imperium merum nominat aliter summū ius,⁊ summam potesta
tē.l.ij.de orig.iu. Jdē ⁊ Arcadius.l.vnica de off.prefec. pret.ff.
dr̄ a Cice.summū imperiū.De Uirginio loquit̄.ij.de fini. Uirgi
nē filiā sua manu occidit,potius q̄ʒ ea. P.Claudij libidini,q tuʒ
erat summo in imperio,dederet̄.Quod huc cōueniat,Bald.ait,
interpretans.l.eā quā.C.de fideicom.summū imperiū dici pleni-
tudinē potestatis.Jurisconsulti sibi peculiaria fecerūt imperij me
ri,ac mixti,sicut ⁊ stricti iuris vocabula.Capitales igitur cause,
ꝑter cetera,meri sunt imperij quū preuia crimininis discussiōe q̄s
morte exilioue coercetur.Hoc anima aduertēdi verbo designat̄
qn̄ quidē apud iurisconsultos aiaduerto est punio, castigo , neq̄ʒ
hoc generaliter(ait Ualla,peritissimus horū censor)sʒ iure ⁊ au
toritate legimus data punio. A quo đducit̄ animaduersio. Pō
ponius de orig.iuris.Consules nō possunt in caput ciuis Roma
ni animauertere in iussu populi Romani,id est, ius dicere đ capi
te ciuis Romani,⁊ hunc exilio,vltimoue supplicio tradere. Di-
ctatoribus capitis animaduersio data est.Ulpianus de iniu.Si
cuius gladio caput est ꝑcussuʒ,publicā hoc aiaduersionē hʒ . Est
igit̄ animaduersio delicti punitio,q̄ iuris ordine seruato,cū cause
cognitione fit ab habente ordinariā potestatē.Neq̄ʒ enim iudici
bus omnibus ꝯcessa est animaduersio,id est,criminis inquisitio,
cū potestate pene constituende.Et animauersum,sicuti cōdemna
tū,accipere debemus eum duntaxat,qui rite,scilicet ordine iudi-
ciario,punitus sit.l.iiij.§.condemnatuʒ.ff.de re iudi.vn̄ animad-
uersionē dico tantū, quā legitima cognitio precessit.Sʒ ⁊ gladi⁹
partatichos omnē omnino capitalē punitionē indicat,ex Alberi
ci sentētia,quā prealijs amplector hic,Gladius(ait)est instrumē-
tū legale.Neque enim minus vtitur gladio is qui deportat , aut
in metallū,vel ad furcā dānat,q̄ʒ q caput,aliud ve mēbrū ampu-
tat,vt animaduertere gladio,sit capitaliter punire . Capitaliter
aūt dānatus intelligitur is. cui pena mors,aut que proxima mor
ti ē,metalli coercio,vel aq̄ ⁊ ignis interdictio,q̄ deportatio dr̄.l.
capitaliuʒ.ff.de penis.l.edicto.ff.de bono.pos.quo in vsu gladiū

Carolus Francorum rex. xxiij. cui Magni cognomen tribuunt (contrario patris agnomine, qui paruus dicebatur) pius admodū fuisse dicitur, ac religiosus princeps, viris doctis & sanctis sacerdotibus plurimum deditus, ecclesijs vbiqz multa gtulit, & ecclesiasticis priuilegia. Vetera ēt, iāqz abolita renouās, quale hic vnum refertur. Ex carolo descendisse Philippum Augustū scribit. Inno. qđ accipe non paterno, sed materno genere, valde adhuc remoto. Lodouicus quintus paulo vltra annum vnum quū regnasset, absqz liberis obijt, rex generis Caroli Magni, & Francorum postremus. Post cuius mortem Hugo Capetus Parisiorū comes vi, & militū fauore primus Gallus Gallorū rex creatur, anno Christi. 988. victo vinctoqz cū vxore & filijs nescio quo Carolo Brabantio, defuncti Ludouici patruo. Ex Hugone natus est Robertus, ex quo Henricus, qui Philippum primū genuit. Unde Ludouicus Crassus, cuius filius Ludouicus septimus, inde perpetua generis serie Philippus Augustus, qui regnauit annis. xliij. Nihil hec ad Francos, aut Carolum magnum. De matre nullam satis apertā rationem inire possunt, nisi qđ aiunt Othonem quendā Theutonē (quem primi & magni cognomine donāt,) a Carolo magno iusta sobole procreatū Alemanis imperasse, qui ex vxore sua Adalheide, Rodolphi Burgondionum regis filia, genuit Adalheidē matris nomine, quā dedit vxorem Hugoni maiori, comiti Parisiorum, ex quo matrimonio natus est Hugo gallus, qui Theutones regno expulit. Sextus fuit ab illa Adalheide philippus Augustus, otho vero, pr̄ Adalheidis nō propiore gradu Carolū magnū contingebat & tamen Augusti genus refertur ad Carolū, igit longe natus ex natis, & natorū natis alicuius, etiā p lineā tantum femininā, dr̄ ex genere illius descēdisse. sufficit appellatiōe matris ac genere quē designari, ait Bar. in. l. si in rem. ff. de rei ven. & l. iij. de postb. qđ notandum mandat. Imperatoria constitutio sic habet.

¶ Quicunqz litem habens (siue petitor fuerit, siue reus, siue in initio litis, siue decursis temporū curriculis, quum negocium peroratur, & quum iam ceperit promi sententia) si iudicium elegerit sacrosancte sedis antistitis, ilico sine aliqua dubitatiōe (etiā si pars alia refragetur) ad epōrum iudiciū cū sermone litigātiū dirigat. Hec lex Theodosij magni recēset a gratiano. xj. q. j. can. qcunqz & alia quedā nō absimilis. can. seq. Que quū in dsuetudinē abijssent, a Carolo magno repetite sunt, iussaqz, seruari omnibus in locis sue ditionis, vt est ibidē ex eius capitularibus, de quibus nos infra. miror in Theodosiano codice non inesse, vt nec illa eiusdē que est in codice Iustinianeo. Episcopale iudiciū. tit. de Episco. aud. quam secundo latam velut ad huius interpretationē sensus indicat. Epitome est. cuiqz licet, & quocunqz litis tempore ad ecclesie iudicium gfugere, eiusqz iurisdictionē prorogare. apud Vlpianum. l. ij. ff. de iudi. prorogare iurisdictionem, est ordinariā iudicandi potestatem, quam quis habet, ad similē extendere. Quo significatu Cicero sepe dixit prorogare imperiū, prorogare prouincias. j. prolongare alicuius auctoritatē, & potestatem, quā habebat, in maius tempus. De iurisdictionum prorogatiōe Bar. ibi multa, quibus non est hic locus. audis imperatores pontētissimos quidē illos, verum pijssimos a suis tribunalibus etiā re rum prophanarum gtrouersias & inter hoīes prophanos ad ecclesiā trāsferre, cui nūc pene sacrorū cognitio denegat, vsqz adeo nostros immutarunt tempora mores. Tū sacerdotes nihil aliud erant, q̄ sacerdotes sacra dantes, & sacra docentes, qbus alij per quam lubentes, nedum bona & corpora, sed animas ipsas cōmittebant. Modo indignum visum multis, tantam clericorum in rebus secularibus ferre licentiam, taceo de animis, prestat enī vanas & stultas aliquorum deflere opiniones, quā mouere nūc olentem hanc camarinam. Innocentius hoc imperatorum rescriptū suo iam tempore sciebat abrogatum, tamen allegat, vt regū exemplo regi psuadeat obediendum ecclesie. Validius enim creditur, quod exemplis, quam quod verbis demonstratur. can. de quibus. xx. distin. can. vides. xxij. q. vj. Hec circa duas Theodosianas leges. Sequitur in litera.

¶ Quum enim non humane constitutioni, sed diuine potius innitamur, (qz potestas nostra non est ex homine, sed ex deo) nullus, qui sit sane mentis, ignorat, quin ad officiū nostrū specter de quocunqz mortali peccato corripere quemlibet Christianum.

Tertia ratio cur regi pōtifex imperet. Hec vere est plenitudo potestatis, solicitudo (videlicet) seu cura generalis omnium ecclesiarum & animarum, legis diuine predicatio, & secundū illam sacramentorū administratio. Ut quisquis hac preditus est, arguat, instet opportune, importune, obsecret, exhortetur, cum omni quidē lenitate & doctrina. ij. ad Timoth. iiij. sed & cū omni imperio, ad Titum. ij. Cessanti pena defutura nō est. necessitas enim mihi incumbit (ait Paulus) ve autem mihi nisi euangelizē. j. ad Corin. vj. certe omnis potestas a deo est. can. quesitū. xxiij. q. iiij. sed hominum ministerio demandatur principibus. Ceterum nō alio quā ab ipso domino dictum est Petro & successoribus, quecunqz ligaueris super terram, erunt in celis ligata, & que solueris, erūt soluta. Nihil hic humanum, propterea dictum bene, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex deo, id est, non ab hominibus neqz per homines, sed per Iesum Christum ac deum patrem, vt de se loquitur paulus, ad Galat. j.

¶ Et si correptionem contempserit, per ecclesiasticam districtionem coercere.

Potestas coercendi criminosos, sine vi tamen atroci, vocatur a nostris clauis iurisdictionis, que adhibetur, non vt homo, sed vt error ipse tollatur, non vt homines ledantur, sed corrigantur, nō vt perdantur, sed vt instruant, ait aug. Hec est illa potestas excōicandi publice delinquentes, & rursus eosdem absoluēdi ac reconciliandi, si conuersi absolutionem petant. Ecclesiasticā districtionem nominat excōicationem. Latinis, qui valde ligat, distringit, & p metaphorā, q nobis male peccatur, aut male dr̄ ēt distringit. Hinc est ecclesiastice censure districtione arctari. cap. j. de offi. vic. in. vj. censure vox patet latius. cap. querenti. de verb. sign.

¶ Sed forsan dicetur, q̄ aliter cū regibus & aliter cū alijs est agendum. Ceterum scriptum nouimus in. l. diuina, ita magnum iudicabis, vt paruum, nec erit apud te acceptio personarum.

Obijcit, & obiectum diluit. Quatenus autem rerū personarūqz circūstantias iudex perpēdere debeat, explicabitur vltimis duabus gclusionibus, itē & que sit acceptio personarū. Desunt hic multa, precipue nomen legatorū & forma procedendi aduersus regē, que non magno certe iudicio Raymundus ab integra descidit, subiungens que infra erant (videlicet.)

¶ Quum autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, vt peccatorem reuocemus a vitio ad virtutē, ab errore ad veritatem.

Sic ratiocinatur Inno. si propter admissum quodcunqz peccatū mortale, vel pter pacem, pactaqz neglecta, & fidem non seruatā nostra iurisdictiōe & potestate distringere delinquētes possumus, tametsi iuratū nihil sit, multomagis poterimus de contempta iurisiurandi religione cognoscere, quum iusiurandum omne pendeat a sacris, & ecclesia. Legis hic excōicationis finem, vt peccatorem reuocemus, &c. qđ Apostolus ait, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. i. ad Corin. v. Et medicinalis dr̄ non eradicans sed plantans excommunicatio. ca. j. de sen. excom. in. vj.

¶ Precipue quum q̄ pacem peccatur, que est vinculū charitatis. Pax est opus iustitie. Isaie. xxxij. iusticia autē suū cuiqz reddit. pax est concordia cum proximo nostro, qn̄ remittimus ex animo per Christianā charitatē, qcquid ille deliquit in nos, vnde hic appellatur vinculum charitatis. Nectit enī & iungit amore mutuo fratres. Suos esse pacis amatores Christus vbiqz voluit, Inquire pacem & persequere eā. j. Petri. iij. vn̄ sacerdotibus & epīs oībus per suas quibusqz ecclesias mandatum, vt discordes fideles ad pacē reuocare diligenter studeant aut ratione, aut potestate. can. j. & integra fere. xc. dist. Huc secunda conclusio pertinet.

¶ Postremo, quum inter reges ipsos reformata fuerint pacis federa, & vtrinque prestito proprio iuramento firmata, que tn̄ vsqz ad tempus pretaxatum seruata non fuerunt.

Inter Philippum Augustum, & Richardum regem Anglum dudū pax facta fuerat, vtrinqz datis & acceptis obsidibus ad arcem Guallardi in ripa Sequane. deinde Richardo mortuo successit eius frater Ioannes (quem sine terra cognominabant) qui pacis renouande causa non procul Vernone ad insulā Andeli

nam Philippuz regem conuenit, ibiq; pax denuo firmata est, & iurata, adiectis nouis quibusdam conditionibus, vti est in annalibus nostris. ita sunt accipienda hic Innocentij verba, dicētis q̄ inter reges ipsos reformata fuerunt pacis federa iuxta predicta papā vides cognoscere ð pace fracta, & violatoribus eius, quos ad seruandaz pacē compellit, idque iure. Bar. auctor est, prouinciarū presides cogere posse ꝓuinciales, & ciues discordes ac bellantes ad pacē faciendā. Hoc dixit in. l. congruit. ff. de offic. pres. quod hic repetit Panor. & in cap. Quum inter. R. de elec.

¶ Nunquid nō poterimus de iuramēti religione cognoscere (qd ad iudicium ecclesie non est dubium pertinere) vt rupta pacis federa reformentur?

Hmōi interrogationes exigunt affirmatiuā r̄nsionem, quasi diceret, poterimus, causam quamcunque colligis deferri ad ecclesiaz rōne iuramenti, defectus iusticie, pacis, & peccati. in. ij. & vij. gclu. de hoc disputat. pars vltia decretalis epistole superest, q̄ sequit.

¶ Ne ergo ergo tantaz discordiā videamur sub dissimulatione fouere, predicto legato dedimus in preceptis, & iuxta formam sibi datam a nobis, procedere non omittat.

In exegesi docui prelatorum negligentiā crimen esse capitale, q̄ & probaui. s. exponēs versic. si peccauerit. & versic. Quum enim. Non minus in prelato mortalis est dissimulatio, quuz silentio fingit se nescire quod scit. Hoc vere est alienis peccatis conscientiā suā polluere, cōniuentibus oculis peccantem fratrem preterire. Eos delinquentibus fauere interpretantur, qui quuz possint, manifesto facinori desinunt obuiare. cap. quante. de sen. excom.

¶ Nisi rex ipse solidam pacem cum cum predicto rege reformet, vel saltē humiliter patiatur, vt idē otho, & Archiepiscopus Bituricensis de plano cognoscant.

Aut rex gallus pacem faciat cum Anglo, aut coram delegatis nostris cām reuerenter dicat, cur nolit, & respondeat obiectis per anglum, aut censuram nostram contumax expectet. hec mandatorum summa. Sed quid hoc verbi, de plano cognoscant? Solēnibus iudiciorum omissis cognoscant, nullo strepitu, nulla solenni forma iudicij seruata, verum simpliciter, & ex bona fide, prout, ipsa rei eqtas, iudicisq; religio suadet, ita vt veritatis indagatio non omittatur. Sic interpretatur Clemēs quintus in cle. sepe. de verb. signi. cuius in pandectis & omni iure frequentissimus vsus huic opponitur, pro tribunali cognoscere. Marcellus. l. j. ad. s. c. Turp. Abolitio priuatim a presidibus postulari solet, itē pro tribunali, non de plano. Paulus in fi. l. vnius. ff. de quest. Custodie non solū pro tribunali, sed & de plano audire pn̄t inuenies alibi duo hec ex opposito dicta de plano, quasi ex inferiore populi loco, in quo passim versantur omnes, at pro tribunali, est e sede & loco eminentiore magistratuum.

¶ Utrum iusta sit querimonia, quam contra eum coram ecclesia proponit rex anglorum.

¶ Denunciatio est alicuius criminis expostulatio, vel apud euz ipsum qui deliquit, vel apud aliū, tendens vt crimen expiet̄ Qui de alio presente, absente ve queritur, expostulare dicitur apud latinos. i. lamentari. ab accusando differt, que solēniū iudicioꝝ vox est. Discrimen hoc indicat Ulp. l. j. §. quod autem. ff. de offi. pref. vrb. Apte hic igitur denūciatio vocatur querimonia, qn̄ nos de alterius iniuria conquerimur, si apud eum ipsum qui fecit iniuriā tunc est Euangelica, si apud iudicem, tunc est canonica seu iudicialis denunciatio. Qualiscunq; vero nos moneat, siue denūciet (citra tamen iudiciorum contētionē) audiendus est, mechus, infamis, conscius criminis, & huiusmodi. Nam quum de salute anime tractatur, iudicem sui quisq; facere debet animum presidē, & in conscientiam descendente, que, vetere prouerbio, pro mille testibus est, Non quis dicat igitur, sed quid dicat̄, aspiciendum, & agnoscenda culpa est. Ceterum, propter huiusmodi solam criminosorum denunciationem iudex neminem persequi debet ad penam vel suppliciū, si non adsit rei cōfessio. Quod assero post Augustinum in can. Hoc vr̄. xxij. q. v. Neq; enim iura volūt, vt vni, quacunq; sit in dignitate vel officio, credatur in alterius preiudicium per hoc exponant̄ vltima litere nostre verba, que sequuntur.

¶ Uel eius, regis Philippi, exceptio sit legitima quā contra eū, regem anglie, per suas nobis literas duxit exprimendam.

No. aduersus denunciationem iudicialez admittitur exceptio, puta, quod non monuit, quod odio motus & inuidia defert, q̄ turpi vita sit & moribus, q̄ bonos calumniari solet, quod iniuste queritur de nobis, quum nec illuz offenderimus, nec suū aliqd habeamus, & similia multa, contra que si replicetur, omnia iudex de plano & summatim curet expediēda. Quibus in rebus audiēdis subtilitate a iudicibus nō admittantur, nempe agit̄ de salute nostra, cui, sicuti nec bonefidei, non congruit de apicibus iuris disputare. l. si fideiussor. §. quedam. ff. mand. Non plura circa literam, & scholiorum meminisse oportet, quibus breuitas conuenit.

IN DECRETALEM COMMONITORIA.

Restat opusculi nostri pars ea, q̄ statuere p viribus enitemur, Aristocratiā ciuitatis Christiane quā poterimus solidis, & firmis rationum auctoritatumq; fundamentis. Conantez deus adiuuet. Orbis totus xp̄ianus vna nobis ciuitas h̄r in qua ciuiū quedam mutua dz esse conuersatio, mutuumq; auxiliū, commodorū etiam atq; incōmodorū pariter & hoim cōio. ac participatio ſm ꝯuenientē vnicuiq; mensurā, hec est quam nomino ciuitatez Christianā, que est multitudo, & iuris ꝯsensu & vtilitatis cōione sociata, que nō linguis aut natiōibus, non prouincijs distincta est, non menibus aut fossis, & non fluminibus inclusa. Nos vnum sumus vniuersi. ad Gal. iij. oēs enim vos vnus est in Christo Jesu. Jdem Jo. xviij. ad. Ro. xij. prioris ad Corinth. xij. & alijs plerisq; scripture locis apparet. Jn hac sua ciuitate Christus alios posuit Apostolos, deinde sapientes, deinde ptātes, & alios atq; alios, vt sint inter nos opationū qdē ministeriorumq; diuisiones, vnus tamen dn̄s & idē spiritus est, arctius in vnū ciues suos oēs ꝯglutinans, q̄ sint vnius humani corporis membra compacta, que tametsi singulatiz diuersa sunt, omnia tamē simul vnuz corpus faciūt. Sic & in nostra ciuitate Christus suū cuiq; locum, suū cuiq; munus attribuit, sed ita, vt quod singulorū est, omniuz sit cōmune, & vsui sit ceteris. Satis hoc noscitur ex Apostoli sententia. Ante omnes vero Apostolicis euāgeliuz suū credidit, vt inueniantur fideles mysteriorum dei dispēsatores. Quibus autem largitus est sermonem sapientie & scientie (iudices & doctores) hi prudentia & sagaci suo iudicio res & actus hominū discernunt. dubijsq; negocijs ꝯsulunt. Potestate vero preditus rex vim coercet audacium & improborū, ꝑpterea gladiū portat. Qd autē cuiq; datū est, dei munere datū est, vt qd habet, in communē vtilitatē cōferat, nō ad priuatū factū, adiuuet cōmoda ciuitatis nostre, nō sua querat. Qui secus vtuntur, & aliter qui presunt. non ciues sed peregrini, iam non dei gratia presunt, ipsi regnauerunt, & nō ex me, principes exiterūt, & nō cognoui eos. dicit dominus Osee. viij. Mutua igit̄ charitas est fundamentū ciuitatis Christiane, dū pari solicitudine mutuis omnes officijs sese tuentur, & alioꝝ alij vicissim opez desiderāt. Qua de re Hieronimi verba sunt ad Nepotianū, Non oia possumus oēs. Alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes auris, venter, & cetera. Epist. Petis a me. Huiusce aūt ciuitatis primus & summus magistratus est duumuiratus, in quo qui sunt, alter pontifex, alter princeps, in oēs obtinent imperium, inter se qdē variū ac differēs, sed ad harmoniā decorūq; ciuitatis nostre facit hec varietas, nō ad dissidiū. can. j. dist. lxxxix. Maxima inter homines supne clemētie dona sunt hec duo, sacerdotiū & imperiū ait iustinianus. auth. Quomō oportet. Epis. &c. Utrūq; quale sit & q duo hec inuicē distent, aut simul cōueniāt, octo ꝓximis assertionibus ostēdere tētabo, de pōtificia primo, postea de Regia potestate differens, tertio, tradentur vtriusq; communia. Duumuirorum longe maior semper extitit in ciuitate nostra Papa, quid iure possit, nunc primo videndum.

¶ Autoritas pontificia iure descripta. Ecclesie soli gladius vterque datus est.

DE DVOBVS GLADIIS.

Sicuti ciuilis sapientie prudētes imperiū duplex esse dixerunt, ita & ecclesiastici duplicē gladiū descripserunt, metaphoricos, aut p allegoriam potius gladij nomen vsurpantes pro imperio & ptāte, ne quis hic mihi tantuz spatas & pugiones, aut alios fabriles gladios imaginetur. Est gladius spiritus, qd est verbuz Dei, Ephes. vj. hoc vti ad veteris hominis internetionez & mactationem, vere pontificiū est in prin. xxij. q. viij. est vnus ēt spiritalis gladius, vocatus anathematis gladius. can. Paternarū. xxiiij. q. iij. & anathematis mucro. cap. Quuz non ab homine. de iudi. Et mucro spiritualis a diuo Hieronymo, qua figura cicero pro cluentio cēsorij stili mucronem nominat. Et stilus proscriptionis legitur in. l. si quis intra ꝓuinciā. C. de bo. pscr. Uerbotenus hic etiā ferit, non ad mortem, sed ad medicinaz, ait canon vterq; tn̄ quouis gladio vel vtrinq; incidēte penetratior est, vsq; ad diuisionem

uisionē anime ꝛ spiritus,compagumqꝫ ꝛ medullarum pertingēs
ad Hebr.iiij.Est alius gladius vltor iniquitatū dictus Job.xix.
cap.ꝛ.l.quuz vir.C.de adul.gladius est vindicte,quo in scelestos
ꝛ facinorosos aiaduertit̄,a nr̄is materialis gladius noiatus,po-
nimus vtrūqꝫ gladiū soli ecclesie datū,hoc ē eccl'ie pōtificez ha-
bere ius ꝛ ptātem in spiritualia,simul ꝛ in omnia tēporalia , atqꝫ
de his statuere ꝛ decernere ex causa posse,cuius decretis stādūz.
Nā quamuis homo sit mortalis,celesti tamē ptāte pollet.Et hꝫ
claues regni celorum,quas,ꝛ Petrus habuit apostolici ꝯsortij
vertex,quē Christus alijs,ꝛ vniuerso terrarū orbi pascēdo,regē-
doqꝫ triplicata iussione preposuit.Jo.xxj.vbi dū meas oues ap-
pellat,non vnius aut alterius ouilis, sed vniuersas intellexisse vī
quas errare vagas sine pastore nullo vnquam tempore voluit,at
qui Petrū Christus moriturum sciebat.Igitur quod Petro di
xit,omnibus petri successoribus dixit,in quibus non tā sedes ip-
sa petri(qui sedit ꝛ Antiochie)q̄ꝫ fides ꝛ dilectio petri spectan-
da venit.Hec illa nempe est apostolica petra,nunq̄ꝫ desitura,cui
voluit Christus ecclesiam suā perpetuo inniti.Quid enim si Ro
ma patiatur aratruz, vel chasmate pereat:aut hostibus p̄de fiat,
aut(quod fuit olim)migret alio pontifex, Nō erit ideo grex do-
mini sine pastore desertus.Execratur orbitatē Christus inquiēs
Non relinquam vos orphanos.Hoc est quod nostri prouerbio
dicunt,vbi papa, ibi Roma.cap.iij.de elec.in.vj.Hec est illa ple
nitudo potestatis,tā in datis clauibus,quā in cōmendatis oui-
bus,que solis ꝛ omnibus Christi vicarijs,petri successoribus,ha
ctenus a sinceris Christianis tributa est, ꝛ seruatur ab vniuersa
quocunqꝫ se diffundit,ecclesia Christi.per quam plenitudinē to-
tū mundū pedibus habent suppositum,de qua quidē scriptū le-
gimus.xxij.distin.ca.j.quod illud verbuz quo constructuz est ce-
lum ꝛ terra beato Petro eterne vite clauigero terreni simul ꝛ ce
lestis imperij iura commisit.iura non que vi constent ꝛ atrocitate
que tantum copijs,opibus,satellitio defendant̄,quibus insontes
opprimant̄,reges gentium dominantur eis , vos autem non sic.
luce.xxij.in hmōi pompis ꝛ potestatibus non petro(qui nec au-
rum nec argentum se habere gloriatus est) sed Constantino suc-
cesserunt pontifices,ait Bernardus libro de consideratiōe quar
to ad Eugenium papā.sed iura per que potēs est pontifex exhor
tari quēqꝫ in doctrina sana,ꝛ eos qui ꝯtradicunt arguere , Non
vt fidei nostre,nostrisqꝫ dominetur,ac solus omnia possit ꝛ possi-
deat,vnus est enim Christus cuius omnis terra est possessio , qui
sibi totius orbis imperium vēdicat,quippe cui data est omnis po
testas in celo ꝛ in terra,Matth.vlt.Curam dūtaxat ꝛ custodiaz
pontifex habet,non dñium,quem tamē dñs ille celestis constituit
super familiā suam,non vt ad libitum conseruos percutiat , edat
ꝛ bibat cum ebrijs,sed vt singulis cibum det in tempore.Matt.
xxiiij.id est,non tam vt presit,quā vt prosit.Exemplo forte dicaz
facilius id ꝙ sentio.Quod est in villa villicus,ꝙ in edibus inqui
linus,ꝙ puero domino pedagogus seruus,hoc pōtifex summus
in orbe Christiano.villicus euellit ꝛ plantat in agro,ꝛ inquilinus
aperit ꝛ obstruit sepe lumina domus,ꝛ ferulaz manu gestat peda
gogus,interdum verberans.Non alia conditione prefectus est
domini sui famulitio Christi vicarius,ꝛ petri successor,papa,qui
doceat,moneat,increpet,peccantes corrigat,(hic est ille gladius
spiritualis)qui Naboth exemplo vineaz suā proprio cruore de-
fendat.iij.reg.xxj.qui se murū pro domo Jsrael opponat.Ezec.
xiij.qui renitentes compellat intrare ad nuptias.Lu.xiiij.qui fi-
dei aduersarijs obsistat , irruentes in gregē domini sui,lupos la-
tratibus ac morsibus arceat,ꝛ animam suam ponat pro ouibus
suis Jo.x.qui cum petro spiritui mentientes Ananiaz ꝛ Saphi
ram trucidet,qui cum paulo constanter Elymam vijs domini re-
sistentez cecitate damnet.Act.v.ꝛ.xiij.Hec altero gladio(ni fal
lor)licite geruntur,quo non est exuēda(quantum sentimus)eccle
sia nō fuit inermis prorsus adorādus ille xp̄i exercitus,oīs alio
qui fons tollerantie,quuz duci suo respondet,Domine,ecce duo
gladij hic.Luce.xxij.Non dedecet igitur sanctum dñi sacerdotē
gladius,cui tamen non ꝯuenit vlciscendi affectus.Non vos vlci
scentes(ait Apostolus)quinpotius date locū ire.permissa est dū
cogit inuasor temerarius,defensio.De hom.in cle.Cū oībus ho
minibus in pace viuendum est,si tñ fieri potest.ad Rom.xij.si qs
hꝫ qδ in suam salutem faciat,nec illud procurat deum tentare vi-
detur.can.Si nulla.xxiij.q.viij.act.xxiij.Paulus tribuno renun
tianduz curauit,insidiari sibi Judeos,a quo plus quam ducētos
milites custodes accepit nimirum ad sui defensionē,qui ꝓculdu-
bio conspiratores illos male multassent,si quid in paulum moli-
ti fuissent.An ideo paulus accusandus aduersus hereticorum ꝛ
schismaticorum dissensiones ecclesia frequenter imperatorum fi-
deliū legibus munita legit̄.can.vita.lxiij.dis.vtqδ non valēt effi-
cere sacerdotes sermone doctrine,ptās secularis imperet terrore
discipline.can.principes.xxiij.q.v.deinde quero hic cū diuo Au
gustino ad Bonifaciū quēdā virū militarē de Cesaris comitatu
si tantū pati ꝑsecutionē dꝫ ecclesia,neminē vero ꝑseq,cuius est in
psalmis vox illa ꝑsequar inimicos meos,ꝛ ꝯprehendā illos,ꝛ nō
ꝯuertar donec deficiant.psal.xvij.sic esse parati debemus ad vlci
scēdā oēm inobedientiā.ij.ad corint.x.resistendū malo nō est , ita
vt nos vindicta delectet,alienisqꝫ,malis nostrū pascamus aium,
sꝫ interiꝫ cauēdū nobis,ne dū nō resistimus,hoim correctiōez ne-
gligamus.fateor,ꝛ audio lubēs qδ obijciūt ex Ambrosio,dolor,
fletus,oꝛones,lachryme sunt arma clericoꝝ,ꝛ sacerdotis muni-
menta.can.nō pila.xxiij.q.vlt.Falluntur hinc vehemēter , si xp̄m
putēt instituisse nos tanq̄ꝫ lapides ꝛ trūcos,oibus exutos affecti
bus.Arma clericoꝝ sunt lachryme,sed vbi fundunt̄ inutiliter,i-
pioꝝ viꝫ a se ꝛ suis repellere licere ecclesiā naturale ius sequētē ne
ipsa quidē patiētia negabit lesa iterrogās,cur me cedis,Jo.xviij.
rogamus(Auguste)nō pugnamus,inqt Ambrosius,interim tñ
Castulū quēdā,missis ēt p̄sbyteris ꝛ diaconis suis vi eripiēs iniu
rie ppl'i.vt hic taceā,ꝙ nec Ambrosij tp̄a postulabāt aliud q̄ꝫ ꝙ
faciebat(illis enim tā diris tp̄ibus erāt oīa inermi iusticia tractā-
da)nihil ei tñ qui pōt nō conandū ꝛ faciendū est,vi,flamma,fer-
ro,ne deus offendat̄,ꝛ boni pereāt.Aderat cū toto ppl'o Mo-
ses,quū sacerdos phinees summi sacerdotis filius,zelo dei pci-
tus Jsraelitem cū scorto alienigena trāsfodit.ꝓpterea pactū illi
sacerdotiū sempiternū.nume.xxv.xp̄s apud Joānē quū vidisset
ipios tēplū dei ꝓphanātes,nō lachrymis,nō oꝛonibus egit ,res
tū fuit seueriore mō gerēda,flagellū sibi nectit e funiculis,magna
que indignatiōe ꝓfligat e domo sua , ꝛ insequit̄ ipuros illos ca-
nes.Jo.ij.dico igit̄ ꝓ aris ꝛ finibus sacris pōtificē ꝛ ecclesie ꝓ-
ceres in ipios hoies ꝛ ꝓphanos ppl'os ius hēre decertādi,tm̄ vt
dissoluant̄ colligatiōes ipietatis,sicuti ꝑ ꝓphetā dñs dixit Jsaie
xxxviij.liceatqꝫ i pace colere pacis autorē.Gratianus hoc vete-
rū exēplis,ꝛ auctoritatibus multis affirmat i vigesime tertie cāe
qōne octaua,referēs ꝛ diuū Gregoriū stipēdiarios habuisse mili
tes,ꝛ xp̄anos milites legis apud Augustinū.ca.ipatores.xj.q.
iij.ꝛ can.Julianus.Nicolaus p̄mus singulari vir sanctitate vite
ac prudētia,mādauit vt a malignis p̄donibus direptas ecclesie
sue possessiones ep̄s Treuerēsis cū suis sp̄ūali simul , ꝛ materiali
gladio repeteret,hoc mandatū habes i can.Auctoritatē.xv.q.
vj.inde cōcilia multa gn̄alia decreuerūt,ecclesiam ꝛ spiritualiter
ꝛ temporaliter , hoc est , vtroque gladio procedere posse contra
aduersarios.ca.dilecto.de sen.exc.in.vj.ꝛ in extraua.Joan.xxij.
Ne quid sede vac.ꝛc.Bonifacius octauus in hanc rē rōnes plu
rimas ꝯgerit in quadā sua extrauag. epistola de numero cōmu-
niū,sub tit.de maio.ꝛ obe.ceterū,decipit exemplar vitijs imitabi
le.vere Flaccus ait.Hac i re nō δ nouis,sꝫ de bonis sumēda sunt
exēpla,cauēdūqꝫ ne falsa ex veris,mala ex bonis ꝯcludant̄. Nō
minore ꝑnicie moꝝ,q̄ꝫ dedecore nominis christiani bella quidā
sacrifici sacerdotes ꝛ pōtifices gesserunt, ex qbus quot quātaqꝫ
mala prouenerint in ecclesia dei,mō ꝑcenseri tēpus nō est,imo ve
ro nec opus.Bernardus cū doctus autor,tū sanctitate clar⁹,ele
gāter vtriusqꝫ gladij potestatē,vsumqꝫ docet i ecclesia,ex ijs que
prius dixerat colligēs,vterqꝫ ergo ē ecclesie,et spiritualis,scꝫ,gla
dius,ꝛ materialis,sꝫ hic qdē ꝓ ecclesia ille vero ab ecclesia exercē
dus,ille sacerdotis,hic militis manu,sꝫ sane ad nutū sacerdotis,ꝛ
iussuꝫ imperatoris,Locus est in quarto illo lib.ad Eugeniū ter-
tiū.Hac rōne videmus,ꝙ ꝓphane iurisdictionis administratio-
nē ꝛ exercitū demādat ecclesia secularibus ꝑsonis,ad quas trās-
fert ēt causarū criminaliū cognitionē,quarū suppliciū frequēter ē
mors.c.fi.ne cler.vel mo.in.vj.Pōtifices tñ qbus docēdi mun⁹
Christus delegauit,nō pugnādi,nā Christiani ferro nō fiunt,nisi
vrgēte ꝛ magna ex cā,ad sacra tātū sp̄ūalia certamina ꝓdeāt.pre
terq̄ꝫ ꝙ verū est illud e comedia,oīa prius expeririq̄ꝫ armis , sa-
piētē decet.Ap'li quoqꝫ singulare est: monitū ad Titū.iij.Ep̄ꝫ nō
opꝫ esse percussorē.Jdē clamat,Arma nostra nō sunt carnalia,sꝫ
potētia deo.ij.ad Corint.x.Moyses ꝯ̄ Amalech nō gladio sed
oratiōe pugnauit.Exo.xvij.promā certū diui Bernardi oracu-
lū,qδ vni dictū Eugenio,putēt oēs sibi dici,vtrūqꝫ simul habere
si voles vtrūqꝫ ꝑdes.Malos: igit̄ aggrediātur, nō ferro, sꝫ ver-
bo,ꝛ vulnerēt ad salutē.nā ecclesia,qδ idē papa Nicola⁹ tradit,
nō hꝫ gladiū nisi spiritualē,quo nō occidit,sꝫ viuificat.can.Jnter
hec.xxxiij.q.ij.Alteꝝ,xp̄o iubēte,Petrus nō abiecit qdē. sꝫ tñ
vagina ꝯdidit,cuius vibrandi ac stringēdi potestas principi ꝯces
sa est ad bonoꝝ tutellā,ꝛ vindictā malefactoꝝ quoꝝ sunt ecclesie
deiqꝫ ministerio dati vindjces.can.Quesitū.xxiij.q.iij.nō desijt

Impator esse Titus Vespasianus, q ne gladio cogeret vti, sȝ vt si ne cuiusq̄ nece puras suas seruaret man⁹, iō pōtificatū maximū se ꝓfessus est accipere, quē tā sancte gessit, vt pituꝝ se potius adiuraret, q̄ꝫ pdituꝝ, fidēq̄ ꝓstitit, quāuis interdū vlciscendi causa non deesset, put a Trāquillo scriptū est. Marcus Antonius in senatu petijt, ne sui principatus tpe Senator aliquis occideretur cām reddēs, ne eius pollueret iperiū. Sic esse dȝ animatum pōtificis imperium. Neq̄ȝ enim tantā ptātem metimur hasta vel pilo cū barbaris militibus, sed virtute ⁊ auctoritate, que in animo ē, nō i manu, qñ rerū necessitas vsuȝ nō exigit. de vtroq̄ȝ gladio, in quo petri primatum collocant actum satis, que nostro more nos diximus, suo faber i. l. j. ꝺ sum. tri. C. Bar. in. l. j. §. j. ff. ꝺ req. reis. (vbi ꝯ sentiētes ꝓnunciat hereticos) ⁊ varijs in locis alij. Ducit hinc, ⁊ ꝙ sequitur ad papam pariter spectans vnice.

¶ Pontificis audientia sola, quacunque de re, ⁊ a quocunque recte aditur, siue tu agas siue tu denuncies.

DE DENVNTIATIONIBVS ET actionibus apud ecclesiam.

¶ Ecclesiasticarū denunciationū, q̄ꝫ nūc est, vsus fuit olim frequētior, ⁊ autoritas maior, qñ platos habuit ecclesia, qui nihil aliud q̄ꝫ Christi platos agere nouerāt, nō Martis satrapas, aut veneris adonides. Ad illos enim morū integritate, viteq̄ȝ sanctimonia ꝯspicuos, nec minus insignes doctrina viros, tanq̄ꝫ ad sacraȝ quandā anchorā ⁊ asylū ꝑfugij, rebus afflictis ⁊ desperatis, vndiq̄ȝ ꝯcurrebat. Nūc ista quū pene exoleuerint, pauca nobis de re insueta dixisse sufficiat. Nūciatio seu denūciatio ex antiquorū vsu, tā canonico, q̄ꝫ ciuili iure dr̄, qñ ꝑ notoria, iudici ꝓduntur indicia criminū. l. ab accusatione. ff. ad. s. c. Turpil. l. ea quidē. C. de accus. id est, qñ rem arcanam, ⁊ crimē occultū qs detegit, ⁊ ad iudicē defert cū testificatione aliqua. Naȝ denuncianti soli nō creditur, etiā si tantū ad penitētiā ⁊ peccati ꝯscientiā ageret, longe minus si iudicio ꝯtenderet, opus est altero teste, vt saltem per duos de crimine ꝯstet. Id ꝙ hoc in ca. scribūt oēs in can. placuit. vj. q. ij. ⁊ can. Si tantum. ista sunt que duabus citatis legibus notoria vocant. Nempe quum sit vtile scelera noxiorum publice innotescere, ne diutius latēdo, in bonoꝝ perniciē inualescāt, sed elata in mediū per leges puniant, ad hec ipsa pernoscenda duplex a prudentibus aperta est via, accusatio, que non nisi legitimis ꝓbationibus peragitur, iudice pro tribunali sedente. Et denūciatio, aliū de q̄ꝫ ex illis solennibus ꝓbationibus habens ꝯperta delicta, q̄ iudici nūtiat. Queres (ante facta tñ litis ꝯtestatiōe) de plano post expedienda est citra prolixas alias iudiciorum dilationes, ⁊ solēnitates. Nam correptionē, ⁊ emēdationē vite tantā respicit, siue sit hec euangelica, que prima species est denūciatiōis, siue iudicialis. Euangelica denūciatio, id est, priuata q̄daȝ peccantis in nos correptio, tendens vt ꝓximus noster a nostri lesione ⁊ iniusta offensione monitus desistat. Quā xp̄s inter suos esse voluit, vt. s̄. in textus explicatione. Qꝺ enim vrbanitatis esse dixerūt prudētes Romani, vt prius aduersariū moneamus, q̄ꝫ in ius veniatur. l. qdā iberus. ff. de ser. vrb. p̄d. hoc esse Christiane charitatis indicat euāgeliū. Hanc etiā preuiā monitionē exigit denūciatio iudicialis, q̄ tū fit, qñ de peccato, ⁊ delicto corripiendo agit in foro ecclesiastico, ex qua nō raro particulare aliqꝺ ꝯmodū affert denūcianti. Nam sepe censura sua cogit ecclesia denuntiatum ipsuȝ prestare facereq̄ȝ proximo, quē lesit, qꝺ iuxta preceptū diuinū Christianos ⁊ fideles oportet inuicē facere, id qꝺ in denunciationis libello peti posse tradit hic Archieps Panormitanus. iudex tamen ex officio suo, nō ad petitionem denunciantis procedit, qñquideȝ denunciatio non fit ad penam, sed ad criminis expiationem, vt inter exponendam literam dixi, sed in ꝯñam iudex denūciatū cōdemnat ad satisfaciendū. Nam sicuti de peccato ꝯstat, sic dȝ ⁊ de satisfactione constare. semꝑ igit ep̄s noster recte atq̄ȝ ordine interpellatur, vt corripiat corā oībus, que peccant corā oībus, vt ceteri metum habeant, hec est iudicialis denuntiatio, ⁊, qꝺ Euangelicam spectat, vt corripiat secretius, que peccant secretius. que fuit Augustini sententia in can. si peccauerit. ij. q. j. vbi multa per Archi. ⁊ can. Sed illud. xlv. dist. plura non persequar. summatim dixero, peccatū, vel peccati metū, id est, ꝯmissum, ꝯmittendū ve peccatū dare iurisdictionē ecclesie q̄cūq̄ȝ ꝺ re ⁊ i quēcūq̄ȝ hoieȝ. Nec id tātū per denūciationē, sed ēt legitimis actionibus, ⁊ ordinaria iudicioꝝ forma oēs oiȝ petitiones ⁊ querelas audire potest ecclesia, deq̄ȝ his ꝓnunciare, cogēte, vcȝ, iuris, vel facti necessitate, vtputa, qñ fori ciuilis vsus, aut nullus est, aut iniquus ē. declarabo vno atq̄ȝ altero exēplo. Vacāte ipio, regnoue aliquo, sedes apostolica subditoꝝ ꝯtrouersias iudicio suo dirimit. Itē ⁊ si pnceps aliqs, quo maior alius nemo, sit in administranda iusticia negligens, aut inique ius reddat suis, pōtifex recte adit, q decernat, siue de feudo, siue de hr̄ditate inter illos agat, aut quauis alia de re. Factū hoc ꝑ diuersas orbis regiōes a pōtificibus Romanis crebro legimus, nec itū a quopiā ꝯ. pelagius papa cuidā sindue magr̄o militū ⁊ alij decorato patricio mādat ⁊ ꝑscribit offerēdi libelli, testiūq̄ȝ recipiendoꝝ formulā. can. carte. ⁊ seq. iij. q. ix. Non imorabor supuacaneis in re satis nota, q̄ꝫ ⁊ hic habes ꝓbatā, ⁊ in ca. lȝ. c. ex tenore. ꝺ fo. ꝯp. Et ne qs vsurpatū ab eccl̄ia iudiciū cauillet, Justinianus imperator ꝑ vniuersaȝ iperij sui ditionē obseruari mādauit, vt q a ꝑside offensionē patiunt ⁊ iniuriā, adeant ea de re ep̄m, itē ⁊ si qs ius suū nō obtinuerit, quū ꝓuincie presidem adijsset, ad religiosissimū, inquit, eius loci epȝ accedat nouella sua ꝯstitutione. lxxxvj. sub tit. Vt differētes iud. ⁊c. Quū stricta iuris ciuilis obseruatione peccatū inducit, ad euangelica canonū remedia licite ꝯfugimus. Breuitatis cā in facili adhuc ⁊ puulgato exemplo ꝯsistam. actiones oēs ⁊ obligationes annis. xxx. vel ad summū. xl. tollunt. l. iij. ⁊. iiij. C. de presc. xxx. vel. xl. an. Hoc si nobis euenerit, ep̄o denūciare possumus, q lesos nos ecclesie auctoritate seruabit indēnes, cogēs aduersariū ad rei restitutionē, quū nullo tpis lapsu perire debeat obligatio naturalis ex mutuo ꝯsensu nata. Vide bene longā Bartoli glosam super verbo, denūciationē, in extrauag. ad reprimen. Huc pertinēt ea q̄ nos. j̄. de periurio dicemus. ꝯstare credo, ꝙ iā ostendi, ⁊. j̄. ostendā, ecclesiā in res tēporales habere ius ⁊ auctoritatē, afferaȝ tñ simile, qꝺ, ni fallor, mire faciat ad oim ꝯfirmationē. Oppressi ab eo cuius sunt ptāti subditi, vt serui, liberti, vxor, liberi, qbus alias nō licet agere, audiūtur expostulātes de duritia, vel obscenitate superiorū. l. j. ff. de offi. pref. vrb. ita ⁊ q sunt iniuste dānati, aut grauari se putāt oēs ab ecclesia, ceu a cōi oim matre, auxiliū petere p̄nt. Durādus in speculo tit. de denūciat. §. j. in ea est opiniōe, si metus ipediat oppresse alicuius miserabilis ꝑsone denunciātionē, tū debere iudicē ecclesiasticū, nulla expectata querela ex officio ꝓcedere ꝯtra violentū illū, ⁊ tyrānicū paupuȝ oppressorem, tā ꝑ pene impositionē, quam per sufficientem cautionem. Que sententia vera est, ⁊ equitatis plena, quemadmodum princeps voluit, vt prouinciarum rectores vindicent, si quid est ecclesijs, ⁊ sacerdotibus illatum mali, nec expectent vt episcopus iniurie proprie deposcat vltionem. l. Si quis in hoc genus. C. de episco. ⁊ c ler Preterea Cur, inquit Julianus, ad arma ex rixa procedere patiatur pretor quos potest iurisdictione sua componere. l. Si cuius rei. §. Sȝ inter duos. ff. de vsufr. cur itidē mr̄ pientissima mutuis se morsibus dilaniare filios patiet? Piaculum tātū ferre nō dȝ, adeo vt si sint suo principi rebelles subditi, Pōtifex teneatur pro virili rebellionē domare principi ferendo suppetias qꝺ Inno. scribit in. d. c. lȝ de for. cōp. ⁊ alij pleriq̄ȝ ꝯsentiūt, multis, magnisq̄ȝ fulti argumētis. Nā sicuti bono ⁊ graui ꝑsidi curare cōgruit, vt pacata atq̄ȝ qeta sit ꝓuincia quā regit. l. Congruit. ff. de offi. pres. Sic ⁊ epis studēdum est, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos ad pacē reuocent, ⁊ cogāt ēt. lxxxx. di. can. placuit. ecclesia enim cultrix ⁊ auctrix iustitie nō patitur ꝯ iusticiā aliqd in se fieri, vel in alterū, presertim quū de pace agitur. Nam a summo deo ꝯstituta est omniū mortaliū Irenarcha, discipline ⁊ quieti publice presidens, pacisq̄ȝ iudex. Suprema hec autē potestas in omnes, que tā late patet, vt terrarū orbē cōplectat, quū sit a celo soli ecclesie data, immutabilis est, cui nulla prescriptio tpis obstat, nec vsucapi pōt, quū nō liceat a capite mēbra discedere, neruūq̄ȝ discipline ecclesiastice infringere, neglecta que debet episcopis ⁊ maioribus obediētia. ca. v. de consue. ca. xij. de prescip. qꝺ si qñ pontifex in aliquos ea summa sua nō vtat autoritate, nō ꝯseqtur quin penes illū sit hoc agēdi potestas. Omittit, vt placet Inn. vel q, que impietas est filioꝝ facultatē nō hȝ, vel ꝑꝑ scādala ⁊ ꝑicula que inde timētur. Ideo nēpe mali suo sepe relinquūtur ingenio, ne forte reprehensione peiores fiant. taceā, qꝺ nemo est qui curare possit inuitū. Certe vbi scādalū timetur, vindicta dei iudicio relinquitur. can. Nō pōt. xxiij. q. iiij. Modū docuit Augustinus inquiēs Facit ecclesia, qꝺ ꝑtinet ad correctionē malorū, quātum ꝓ vnius cuiusq̄ȝ gradu atq̄ȝ ꝑsona, saluo pacis vinculo, fieri pōt ⁊ humanū quidē nōnunq̄ꝫ, sȝ maxime ac semꝑ diuinū iudiciū cōminans. can. Ecce. ⁊ seq. xxiij. q. iiij. can. j. xiiij. q. vj. ꝙ si mali ꝑ iudiciū auferri nō possint, tolerādi sunt. can. Multi. ij. q. j. Apostolica regula est, Etsi omnia liceant, nō omnia tamē expediunt. j. ad Corint. vj. hoc tuo plerisq̄ȝ lex est in manibus, antiquissima patrū decreta, veterū scriptorū monumenta hactenus omniū consensu etatū rata ⁊ comprobata pro nihilo ducentibus, ⁊ ad hanc cōfidētiam

(ne grauiore

(ne grauiore verbo vtar, etenim vere est theoblabeia) ipsi etiã supe ri laneos pedes habent. Hic tibi, tam violento legum imperio, qd aget ecclesia? parere necesse est (dũ iustitia quertat in iudiciũ) nam, quid agas, quum te furiosus cogat, & idẽ fortior? ait Satyricus. Ubi armorũ vis est, ibi ius quenquam ridiculũ est afferre verborum. Diuersis ecclesia tentationibus in hoc seculo, velut imbribus fluminibus tẽpestatibus quatitur, sed scio qd non turbat nauis, que Petrum vehit. can. non turbatur. xxiiij. q. i. itaque. Dij maris & terre (quid enim nisi vota supersunt?)
Parcite quassate soluere membra ratis.
Nunquaz deo suus deerit Nabuchodonosor, per quẽ flagellet ecclesiaz suam, per quem visitet in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra. Sed expectãdus ẽ, & veniet ille dies horrendi lapsus, quem diuina minat veritas, Deuter. xxxij. mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorũ credamus, in humilitate nostra memor erit nostri, & eruet ille phrameam suam ab inimicis manus sue, vt que est, & futura est ecclesia, tot tantisq; fluctibus, impetu irrumpentibus, immobilis permaneat. quod fiet in bestias versis istis insolentibus Nabuchodonosoribus. superest & quod pontificem solum concernit.
¶ Jurisiurandi religio ad ecclesie iudicium duntaxat pertinet.

IVSIVRANDVM, QVOS HABEAT IVDICES

¶ Plusq̃ manifestũ est, qd hoc in capite. Nouit dicit, vz, de iuramenti religiõe, quẽadmodũ de sacris & religiosis oibus, solos pontifices esse iudices, interpretes, & disceptatores. prisco etiam Romanorum more, ad pontifices, vti ad antistites deorũ immortalium, populus adibat dubius de pietate, de fide, ac iureiurando, & de votis omnibus rite exoluẽdis, vt libro de legib. ij. cicero scriptum reliquit. Quod iuratũ est, pretor quidẽ tuetur, & paciscẽtes cogere dz ad seruandũ iusiurandũ, nõ vi nec dolo adactũ. l. v. de iureiu. ff. cap. ij. eodem tit. in. vj. verũ, id agit nõ tam religionis cã, quã pacti precedẽtis rõne. Sed religiose ne, an superstitiose sit iuratum, licitũ, necne, sit iuramentũ, consulenda venit ecclesia sola, cuius est in ambiguo statuere, an & quatenus obligamur iuramẽto, quasq; vires habeat. cap. venerabilẽ de elec. cap. ij. de pactis in. vj. iusiurandũ est affirmatio religiosa, quũ quid affirmate (ait Cic.) quasi teste deo pmittimus officiorũ. iij. hoc si iudice auctore pstetur, vel si prius conuentis accedat, iure obligat, & seruãdũ est, etiam a puberibus. auc. sacramenta. C. si aduer. vend. &c. nam ad iusticiã, & ad fidem ꝯctuũ, iudiciorũq;, necnon ad pactorũ cõfirmationem pertinet, quam qui violat, in publicas leges ꝯmittit & peierat, ideo punitur, vt. i. dicemus. Est aliud qddam iusiurandum priuatim mutua conuentione datũ extra iudicia. Nulla ciuilis ex isto, sicuti nec ex promissione simplici, nascit actio, nec inter legitimas conuentiones habet. Bartolus Innocentiũ sequutus hoc probat in. l. si quis pro eo. ff. de fideiu. Neq; enim verum est (qd quidã dixerunt) iuramentũ in si habere pactũ late p Alberricũ, diserte per Jasonẽ in. l. iusiurandũ qd ex ꝯuentione. ff. de iureiu. Quisquis tñ sic fallit, & fidẽ frãgit grauiter peccat. Leuit. v. ca. quare & hoc iusiurandũ citra salutis eterne dispendiũ pariter ꝯseruandũ est, ac deo diligẽter reddẽdũ, si nõ bonis moribus aut vtilitati publice repugnet cap. si diligenti de fo. ꝯpe. c. nõ est obligatorium de reg. iur. c. Quum cõtingat & c. debitores de iureiu. Nã credidit & gẽtilitas infensos esse, iratosq; deos periurio. Tibulli carmen extat eleg. j. preter innumera alia exempla, sed hoc in primis occurrit.
Ah miser, & si quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pena venit pedibus.
Ad hunc ego sensum interpretor Alexandri cõstitutionem. l. ij. de reb. cred. C. de qua tñ nõ oẽs vno mõ, sed post explicabit. ex qua pz Ethnico rũ principũ legibus, iuramenti cãm creditã semper, & existimatã fuisse cãm dei eiusq; vindicẽ esse deũ, quo teste aliqd affirmauimus. Quod si cã dei est, ergo non alibi agenda, quã pro dei tribunali, que est ipsa ecclesia. Que quidẽ si nos iuramento soluerit soluti summus & in celis, si ligatos pronunciarit, ligati sumus, & apud deũ. Conuenit huc & illud inter nos tritũ verbum iuramentum addere forum foro. Nam ratione iuramenti quocunq; de negocio, & in quemcunq; hominem ius dicit ecclesiasticus, alias incompetens iudex. cap. vlt. de fo. ꝯpe. lib. vj. Succincte perstrinximus (auditores ingeniosi) cuius ptãtis iura potifex exerceat, que non sunt alia, q̃ claues ille regni celorũ, quas dñs Petro pre oibus, ac pro omnibus, daturũ se pmisit. can. Audiuimus. xxiij. q. i. id est, iura ligandi & soluendi, tenendi atq; dimittendi peccata vere opus spiritussancti, & virtus xpi. Sm pontificẽ, ciuitatis nr̃e christiane duum vir est princeps, a deo quoque terrenis & ciuilibus hoiũ negocijs ordinandis prepositus. in quibus quid possit & quantum, nitar ostendere proximis duabus conclusionibus.
¶ Regia potestas legibus tradita.
¶ Solius principis imperium, merum est.

DE REGIS IMPERIO

¶ Sub finẽ principatus Henrici sexti iperatoris Alemani, atq; post, eius imperante fratre Philippo circiter annum dñi. m. cc. florebãt in Jtalia pre ceteris duo iuris interpretes, Bulgarus, & Martinus, q duas imultis legũ articulis veluti diuersas sectas fecerũt, que sparse patẽt adhuc in Accursianis glossis. inter alia duobus his nõ ꝯueniebat de principis potestate. Martinus omnium, que sub suo sunt imperio ac ditione, pprietatẽ habere principẽ, & esse oium dñm asserebat. Contra, Bulgarus in oẽs quidẽ iurisdictionẽ potestatẽq; principi tribuebat, interim sua cuiq; ppria relinquẽs, que tñ perinde ac ppria sibi princeps tueri, defendereq; deberet, quo sensu oia principis esse intelliguntur. l. iij. de quadr. prescr. C. siue timore, siue amore Martinus illa dixerit (de quo dubitat Accursius) nõ defuerunt huius inique & taz iniuste, ne dicã impie adulationis spontanei sectatores, illi quidem noie, scriptis, & ingenijs obscuri, saccularij hoies, qui suis tamen qualibus qualibus de iure respõsis profecerunt apud hominum vulgus, vt plus impudẽti nescio qua auctoritate valerent, q̃ doctrina, nunq̃ regibus illud e satyra non occinentes.
¶ Quicquid ꝯspicuũ, pulchrũq; ex equore toto est, Res fisci est, vbicũq; natat. O Palphurios, publicos humane societatis hostes, ciuitatũ subuersores, cruentarumq; predarum & spoliorum cõcinatores? Oia põt, oia sunt iperatoris? Quid apertius Gothi q daz milites, & Arriani ex aula Justine sic Ambrosium suas tutãtem basilicas turbant. Nec verentur rabule non intellecta sacra pphanis suis admiscere deblaterationibus. Hoc erit ius regis, inquiũt, & nemini que sequuntur ignora primi re. viij. c. Ingeniosi hoies, ius esse bonũ credũt armorũ malã potentiã, & ꝯminatiões dei putant esse legẽ ac iniaz, quasi vlli vnq̃ pricipi, vel ethnico tã turpia licuerint, q̃lia describunt illic, & humanis & diuinis oibus vetita legibus. Legerũt hec nõ intellecta sibi dimohoroi, Cur nõ & qd ẽ Jsaie. xxxij. & Ezechielis. xlvj. Nõ accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorũ. Jus regis descripsit longe melius & sanctius quisquis fuit autor in. ij. feudorum libro, tradens que sint regalia. Non tollit ibi rex ad libidinẽ suã filias alienas, nõ aufert agros cuiusq̃ vt det illos seruis suis sua cuiq; relinquit. Egregie rex dixit Antigonus, Bonis pncipibus ea demũ esse honesta, que natura sunt honesta, ea tãtũmõ recta q̃ p se recta sunt. A nã sunt illa tria iuris pcepta, Honeste viuere, Nemine ledere, suũ cuiq; tribuere, que reges & hoies alios omnes obligant. Uti & illud, Alteri nõ facias, qd tibi fieri non vis. Finge aliquẽ brachia, pectus, humeros, & quod reliquum est corporis negligere, tantummodo de capite solicitũ, mẽbra sua cetera nudare, vt vnũ caput ornet ac operiat, nõne sic inepte & pdigiose insanientẽ merito ridebunt oẽs? Quis nõ iure exibilet hoiẽ putribus calceis, laceris caligis, trita lacerna cum vilibus pannorum assumentis, capiti suo mitras aureas, & preciosas tyaras, gemmisq; splendentes querentẽ. atqui, Martinũ nihil ab hoc diuersum fecisse existimo, regi cuncta donantẽ, spoliato populo, sed Martinastros istos legirupas, vt cũ plauto loquar, missos faciamus, regũ demẽtatores, a qbus & ipsi cognominari gaudẽt. vno expediã verbo, q̃ sentio. Gloria regis est multitudo populi, non cuiuslibet, naz turpe illud est e Satyra scomma in principẽ Mãcipijs locuples eget erit Cappadocũ rex, sed diuitijs populi. Et imperiũ & fiscus abundabit vtẽs subiectis locupletibus. auct. vt iudi. sine quoquã suffrag. §. ꝯsiderauimus. Bulgari factio duos habuit auctoritatis maxime viros, Azonem, & lotbariũ, inuicem tñ adhuc dissidentes. Lotharius principẽ dicebat esse ois iurisdictionis fontẽ, qui tante potestatis riuos in quẽque magistratuũ p nutu suo, mõ grandiores, mõ minores, effunderet, sibi tñ semp illã summã vite necisq; ptãtem, hoc est, merum imperiũ retinens, vnde aliarũ oim ptãtum scaturigo, quod tã ppium esse & coherẽs principi affirmabat, vt alij nemini ꝯuenire posset Azo ex aduerso ꝯpluribus magistratibus hoc imperiũ cõicabat, q̃ iure magistratus exercere poterant, vsqueadeo in opinionẽ sua iuratus vt sponsionẽ fecerit cuz Lothario, ni verũ diceret, equũ se illi suũ daturũ. Jnter eos iudex ꝯuenit imperator Federicus. ij. qui tum Bononiam venerat, huius temporibus vterq; claruit anno dñi

millesimo.cc.xxx. Imperatoris sententia, Lotharius sponsionē
vicit, ꝛ habuit equū, sed nō fuit equū, ait festiuius ꝙ verius apud
Speculatorem Jo.and.mox in princ. Tit.de iurisd. Ex priscis il
lis glossarū nostrarū scriptoribus, ꝛ iuris ꝯmentatoribus nemo
fere ē, q nō Azonē sequat. alciatus eui nr̄i iuriscōsultoꝝ disertissi
mus in ijs q̄ ꝯ cōez dixit, ab Azone stare vr̄, ca.ij. libri secūdi, me
rū imperiū quibusdā magistratibus tribuēs, qd ꝛ qn̄que delega
re pn̄t. in.c.vj. eiusdē libri Lothariū plane seqt̄, ac meri iperij ius
soli principi ꝯpetere, qd nec delegari queat, astruit. Res haud es
set tā varia, si qbus Lotharius nitebat̄ argumētis ꝯstaret, q̄ ma
gna fuisse ꝛ efficacia nō dubito. ꝓse quisqꝫ diuersa ꝯminiscit̄, vt
hūc vel illū sectat̄. Ego breuibus aliquot ratiunculis enitar ostē
dere, cur cum Lothario semp ꝛ senserī, ꝛ adhuc sentiā. Ut po
sui, merū imperiū est summa potestas, qd ꝛ Albericus refert Ol
dradū Laudēsez valde peritū iuris doctorē scripsisse. l.iij.ff.de iu
risdi. Ante quez ꝛ Speculator in tit.de iurisd. diffinit, ꝙ merum
imperiū est summa ptās, ꝑ quā explicant̄ ea que sunt iurisdictio
nis maxie. Nec puto eē q refraget̄, qd.n. maius eē pt in hoie, ꝙ
aliene vite ac mortis arbitriū? Hāc āt sūmā ptātē, siue sūmū ius,
nullus vnq̄ rome magr̄atus habuit pter Decemuiros, ꝛ vnū di
ctatorē, cuius fuit auctoritas eq̄lis cū regibus, quos i initio ciui
tatis ꝯstat oēm ptātē habuisse, post exactos reges, ꝛ ꝯstitutis ro
me duob⁹ ꝯsulibus, lege rogatū ē, penes hos summū ius vti es
set, qd nō sciuit ppl̄s: ne per oia regiā ptātem sibi vendicarēt, sed
lege lata factū est, vt ab eis ꝓuocatio, sicut a reliquis magistrati
bus, fieret. Ne putes hinc summū ius, ꝛ imperiū datū fuisse con
sulibus, lege quidē rogatū fuerat vt illud haberent, sed lege latū
non est. rogant̄ proprie leges, nō quuz ferunt̄ ꝛ statuunt̄, sed quū
populus interrogat̄, an statui ferriqꝫ velit, in qua re hec erāt ver
ba solēnia, Uelitis ne, iubetis ne, quirites ppl̄s sciscere dicebat̄,
hoc est, statuere, decernereqꝫ, legislator rogare, qn̄quidē legis ori
go est rogatio. Ex gellio ca.xx.lib.x. erat autē hec summa ptās, si
ue merum imperiū in solo populo romano, cuius iniussu animad
uertere in caput ciuis nemini licebat. ꝓpterea q̄stores a ppl̄o con
stituebant̄, qui capitalibus rebus p̄essent, hi appellabant̄ questo
res parricidij. Hoc ex Pomponio didicimus in.l.ij.de orig. iu
ris. Quū vero postea ppl̄s in principē oē suū iperiū ꝛ ptātē tran
stulisset. l.j.de consti.prin. resedit hoc merū imperiū in solo prin
cipe, vt ꝛ legis ꝯdende auctoritas. Qui alius vtit̄, opꝫ aliquo pri
uilegio subnixū vti, puta, ex preceptione, vel permissiōe principa
li, nempe alij nemini quam principi soli populus in se tantā ptātē
dedit. Qui summis in imperijs olim fuerint in populo Romano
vides, sub Cesaribus an aliqui fuerint, inquiramus. Et quidem
varios magistratuū gradus ꝛ ordines faciūt, eosqꝫ legitios oēs,
id est, legibus ꝛ publicis institutis creari solitos, quibus aliā atqꝫ
aliā pro diuersitate ptātem tribuunt, maiorē maioribus, minorez
minoribus, ex forma iurisdionis. pretorij prefectura secunda erat
ab imperatoribus olim potestas. l.vnica.ff.de offi.pref.pret. quaz
Justinianus maximā dignitatem vocat in titu.de offic.pref.pret.
Aphr. post, erant ꝓcōsules, pretores, prefectus vrbis, prefectus
vigilū, p̄fectus augustalis, ꝛ qcunqꝫ ꝓuincias regūt, quos ꝓuin
ciarū p̄sides noiamus. Hos oēs inter prios ꝛ clarissimos magr̄a
tus reponūt, q si merū iperiū nō hēant, haud quaq̄ mioribus cō
petet. In ijs āt nihil eē merū, summūqꝫ, vel hinc appet, q̄r.s̄. se p̄n
cipē hn̄t, a quo qcqd est in illis ptātis acceperunt, ad quē de gra
uioribus negocijs referunt, ꝛ ex cuius nutu iussuqꝫ pēdēt. Arca
li supra declarauimus. Cauillatur impia ⁊ sacrilega Martinastrorum dicacitas religionis obtentu ab ecclesia occupata territoria ciuitatum, exhaustas opes regnorum, reges ipsos ⁊ pios alios in monasteria, templa, cenobia, frustra, neglectis ⁊ preteritis sanguine sibi iunctis, impendisse ac profudisse sua. Excitant etiam ab inferis populos, ⁊ liberos querentes, nec magno decoro quiritari faciunt exercitū Romanū in ecclesiā dei, atqui alia ausu dementie prolata detonāt. Quin ⁊ Aristotelem (si diis plz) in nos syllogismis debacchantē parū sobrij fingūt. Liceāt istbec decne, in Rhetorum scholis, vbi laudat̄ ⁊ febris, ōfendit̄ Tyrānis viderint alij, certe sunt hominū argumēta, quibus vtilitas virtute potior est, qui iustum nō alia re q̄ licentia metiunt̄, ⁊ honestum sanctumq̄, cōmodo suo definiunt, quorum mens est in querellis, q rapere properant, qua sacrū qua publicū. Non tulit Iscariotes effusum in caput Jesu discūbentis vnguētum, vendi satius erat (ait) ⁊ precium dari pauperibus, nō ꝙ pauperes illi cure essent, sed q2 fur erat. Jo. xij. Simili ⁊ oratione ⁊ mente cū Juda ratiocinant̄, vbi templa vident ornari, vel sacerdotibus aliquid donari, litium pleni, rapaces, ⁊ fraudulēti hoīes, q neque leges, neq3 equū, neque bonum vsq3 colunt. Sed hospes ille Plautinus in milite longe religiosius, dum ait, Qd̄ in diuinis rebus sumas sūptus, sapienti lucro est. omnis (ait Justinianus) donatarū ecclesijs rerum immēsitas optima mēsura est auth. de non alien. ⁊c. §. finimus, semp ne de fundis, ⁊ villis, ⁊ rebus istis infimis, summi dei sacerdotibus inuidia mouebit̄? Recte ambrosius ad sororē, veteri iure legimus (ait) a sacerdotibus donata imperia, nō vsurpata, ⁊ vulgo dici, ꝙ imperatores sacerdotium magis optauerint, q̄ sacerdotes imperium. Rn̄de sine calumnia, logodedale, qui reges inuides ecclesie, ⁊ ex cordatis excordes facis, princeps causari quid potest ecclesie donata rapiens? aut ne iam datis me lora donet? cui plurima pmisit habere deus, ⁊ multorum esse dominum, q facile dare possit, ait idem Justinianus imperator. Sciuit istbec iter Arrianos Thracis armētarij nepos, que (iu sacrilege ⁊ impure nebulo) reges regijs ⁊ Christianis in cunis ortos ⁊ altos nescire vis? Appello te rursus quisquis es, qui pessimum hunc errorē inseris in animos principū. Reges qd habēt, qd̄ nō acceperint? Dauid orans clamat, quū nihil in tēpli constructionē non obtulisset, Tua sunt omnia (domine) ⁊ que d̄ manu tua accepimus, dedim⁹ tibi. primi Paral. li. c. vlt. Cōquerētibus istis hirudinibus regijs ⁊ muribus Palatinis apud Philippū augustū iminui regia iura, dū sacerdotum iura indies auctiora maioraq3 facit, pius princeps rn̄dit, a deo tot esse, tamq3 magna sibi Franciecq3 sue concessa beneficia, vt neq3 templis, neq3 sacerdotibus earum rerum quicquā denegare possit, quas non humana sed ope sola diuina florentes ⁊ integras haberet. Neq3 verius, neque sanctius aliquid rn̄deri potuit, nequit enim felicitas esse, vbi nō ⁊ pietas. Principes hic intuentur qd̄ imitent̄, exemplū, non qd̄ impiorum sequant̄ cōciliū. Quod si qui regnū nō probēt, desinant ⁊ aduersus ecclesiā prebere aures, nec philologorū nescio quorum calūniantiū maledicta admittāt, q pessimi quū sint, nihil assidue q̄ bonas ⁊ bonas literas crepant, Audaces, sibi placētes sectas introducētes homines, atque alia vere de his a petro predicto. c. ij. epistole sue secūde. Quoties res aliqua redit ad ius ꝙ lex. j. tribuit ei, nemo iuste querit̄ deteriorē suā ɔditionē fieri, non perit enim qd̄ sue nature pristineq3 forme redditur. l. si vnus. in fi. §. pactus. ff. de pac. ecclesiā vero rerum oium dn̄am directā nemo negat esse, nisi q negat ⁊ matrē, igit̄ ecclesie dare non est aliud q̄ reddere, tunq3 res ad veterē dominū reuertit̄. Propterea verissime dixerunt ex nostris plurimi, Cōstantinū donasse nihil eccl'ie sed restituisse ac reddidisse. Nam si dn̄i est orbis terrarum ac plenitudo eius, certe est ecclesie vnice dn̄i filie, ergo ⁊ paternorum bonorum domine. l. in suis. ff. de lib. ⁊ posthu. que ⁊ ipsa regis est vxor ⁊ sponsa, princeps autem solet eadem Auguste priuilegia tribuere, que ⁊ ipse hз. l. princeps. de legi. Eo tn̄ pacto sp, vt cū illo meminerimus regnū nostrū nō esse de hoc mūdo, hoc est, affluentibus diuitijs nō esse cor apponēdū, cogitemus crucē eius, ⁊ diuitias lutū putabimus, Christus fugit, ne talis rex fieret. Jo. vj. tantū abest, vt pp has inter nos amplius itestinis odijs, ⁊ plusq̄ capitalibus iurgijs decertari velit, quare nō magis iniuriā accipitis? quare nō magis fraudē patimini? inquit Apostolus. i. ad Corin. vj. Hec est ditissima paupertas, qua volo ciuitatē nostrā abundare. Obijciunt inde pollutā sanctimoniā ⁊ inocētiā sacerdotū, ⁊ hac vna via luxū irrepsisse, accrescentibusq3 terrenis opibus, veras illas celi opes esse diminutas. Hec vtinā vere negare possem, tametsi deo magis q̄ hominibus nota sint. Fallaces sūt abundātes diuitie, que frequenter aliud de se promittūt, ⁊ aliud agunt. Semen ab agricola dispersum ceciderat in terrā bonā q̄dē illā, sed spinosam, ppterea crescentibus vna spinis suffocatū sine fructu mansit. Semen est verbū dei, ⁊ ministeriū nobis demādatū, spine sunt diuitie vepribus oibus aculeatiores, quarum deceptio suffocat in nobis ea que scimus ⁊ audiuimus, ⁊ extinguit officiū nostrū, iō nullū fructū rddim⁹, nō ipsarum spinarum culpa, s3 nostra, q nō euellimus, qui crescere sentes pmittimus, quarum germina debuimus incidisse contemptus ⁊ eleemosynarum sarculo. malos esse nimiū multos, auaros, libidinosos, scortorum alumnos, ēt atque ēt pudet epos ⁊ presbyteros, qui rbus, ⁊ pecunijs Christi lasciuiant, illo famescēte. Ceterum, ꝙ bonis male vtamur, hec ideo mala ne dixeris. Nā qd est in vsu boium bono ⁊ licito, vnde nō possit homini pernicies irrogari? Nec esculenta nobis erunt domi, nec poculēta, ꝙ helluones intēperanter se plerīq3 cibis ingurgitēt, ⁊ prefocēt ēt spiritū. Usū rei qui nescit, aut abstineat, aut illa multet̄. can. Epo. xij. q. j. can. Si epo in fi. iij. q. ij. d3 enim concessa pdere, q ɔcessis abutit̄. iniquū vero nōnullorum culpa damnari oēs. Et fuerunt, ⁊ sunt, ⁊ erunt in ecclesia Christi bonis hn̄ spretētes, his, vt decet, imo Christo verius, aliorum condonent̄ errata. iure Gregorius, delictū psone, ait, non est in dānū ecclesie cōuertendū, in qua sine illius euāgelice pfectionis impedimento, ad vsum licite possideri temporalia possint. Possideāt igit̄ clerici, s3 nesciāt qd possideant, sint diuites paupes, Nō supbe sapiāt, non saperent in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, q prestat omnia nobis abundanter ad fruēdū. i. ad Timotheū. vj. Putēt affluētiā diuitiarum, ⁊ prātis insignia hr̄e in se materiā virtutū, ac bonorum opum, dicēte ecclesiaste, vtilior est sapiētia cū diuitijs, ⁊ mag's prodest vidētibus solē. c. vij. Cōmentū fuit hoc vtrūq3 Juliani apostate, q factus ipator edixit pcurationē puinciarum, iurisq3 dicēdi ptātē nō esse Christianis ɔmittēdā, insup hos bonis, ⁊ facultatibus, pprijs cedere cogebat, suis ita iussisse Nazareū cauillās impius sycophāta. vtinā Christus, quos ad altaris sui ministerium vocauit, oēs imēsa sua misericordia nos eo pfectiōis euehere dignet̄, vt nō animo dūtaxat ⁊ affectu, sed ēt factis ipsis ⁊ ope terrenis istis renūciamus abnegātes nosmetipsos cū secularibus d̄siderijs, ⁊ nudi nudū ducē crucifixū sequētes. Ceterū, q̄ hn̄ mihi mereri vident̄ opinatores illi veteres ritus perosi de presbyteris ⁊ sacerdotibus, quos oēs instituūt ad apl'icā viuēdi normā, si mō ñ inuidia, rerūq3 nouādarum cupiditate trahant̄, ꝙ vt multi boni viri credāt, adduci nequeūt, tā mihi vident̄ i pricipes ⁊ reges i furij maleq3 affecti, quos nō ad Philippos Cōstā. Theodosios Carolos magnos, Ludoui. Pios, Ualesios, ⁊ q tali pietate vixere principes inumeri nō minus religione, q̄ regno clari, componūt, s3 ad Tiberios, Nerones, Julianos, ⁊ si q peius animati fuerūt erga xp̄m, christiq3 fideles. illos ouibus xp̄i pene vident̄ eximere seditiosi hoīes, circūq3 caulas ponere tāq̄ fremētes lupos, q se tātisper ecclesie filios dici sustineāt, dū mater oibus obsecūdet eorum affectibus, quo volūt mō, ⁊ quo tpe. Mirū, nec minus dolēdū, ꝙ hn̄ nati pricipes iueniāt horum pditorum morum doctores, ad vnguē certe factos hoīes, imo verius ad vngues. Elatas aūt ceruices humili xp̄i iugo submittere, oibus ad salutē secularium rerum cōtēptū necessariū eē, vt sint q credāt docētib⁹, q doceāt ⁊ que sciāt ex tragicis istis simijs nemo est. certe cōmerent̄ h cor rupti sacerdotū mores, dū quasi maiora sint regū scita, q̄ xp̄i leges timemus, euāgelia ɔtēnimus, ⁊ ɔcilia. o cassa ⁊ inanima sacerdotū nomina? q̄ plena possint, ⁊ esse debeāt horrea domini, quāq3 pinguis ⁊ abūdās cibus in eius domo, iuxta Malachie prophetiam, non litigiosis opinionibus, sed veterū patrum, sanctorumq3 ⁊ diuinis attestationibus. (Si tamen vsq3 de se scripture credere liceat) comprobare volui.

Quod sequitur, ⁊ regibus ⁊ pōtificibus etiam vicissim competit ex vtriusq3 potestatis officio.

¶ Pontifex in principem, principisq3 ditionem, princeps in pontificem sepe ⁊ potest, ⁊ multa iure statuit.

DE MVTVIS IMPERIIS.

Ontinet hec nostra conclusio diuinam illam Aristocratiam, quā tantopere in ecclesia, hoc est, in ciuitate Christiana desideramus, sc3 vt boni tantū, ⁊ virtute prediti regant, legibusq3 regantur. Neque enim prefectos alios habet, non habet alios magistratus quam leges hec nostra ciuitas. Legem vero aliam non appellamus, q̄ que natura nitatur, ratione constet, religioni ɔueniat, discipline ɔgruat, que demū saluti prosit. can. iiij. di. j. Nō nobis est amplius de hac lege, sed secundum

hanc iudicandũ, q̃nquidẽ non seruit moribus, sed illi mores. Non
sunt eniz leges nostre (qđ de alijs Grecus quidã sapiens dixit) si-
miles aranearꝝ cassibus, quos maiores aues facile perrumpunt,
irretitis muscis, ita magnũ iudicant, vt paruũ. Deu. j. qđ hoc in.
c. verbum dei citat Inno. Varias, ac inter se differentes admini
strãdarꝝ ciuitatũ, rerumqꝫ publicarꝝ rõnes legimus in platonis,
Aristotelis, ⁊ aliorꝝ phorꝝ libris, sed hanc nostrã Christianã nul-
lus hominũ statuit vnq̃, solus deus veritate fundatam, religione
testatã fecit, ⁊ nouis ac suis tm̃ legibus preceptisqꝫ cõstituit, qua
lem prius israelitice gentis principatũ instituerat, vbi mosis os,
prophetaqꝫ Mosis erat Aaron, cui vicissi͂ Moses erat dux in
his ẽt que pertinẽt ad deũ. Dñs aũt i fratris vtriusqꝫ loquebatur
ore. Exod. iiij. ⁊. vij. talis ⁊ hic noster est in populo Christiano põ
tificis, principisqꝫ duumuiratus. de quo ⁊ illud ecclesiastici. iij. c.
scriptum interpretor, presbytero humilia animã tuã, ⁊ magnato
humilia caput tuũ. Qđ Geneseos capite. i. legit᷑, de duobus lumi
naribus q̃ fecit deus in firmamẽto celi, Solẽ in ptãtẽ diei, Lunã
in potestatem noctis (vtrunqꝫ magnũ quidẽ, sed prius posteriore
maius) trãsferunt ad pontifices, ⁊ reges, illosqꝫ maiori, hos mi-
nori conferunt. inter que si dissidij quippiã intercesserit, in magna
tuz sub firmamẽto celi, id est vniuersalis ecclesie viuimus omnes
eclipsi, quũ ab his vniuersus hic mundus guberne᷑, pari qdẽ stu
dio, ac iuuandi ꝯsilio (vt omnibus luceant) sed dispari autorita-
te, ac ratione. Rex humane legis ꝯditor est pontifex interpres ⁊
exactor diuine. Ille probana tractat, hic sacrorũ est administra
tor. Ille corporꝝ, hic animarꝝ pacẽ querit, ⁊ traquillitatẽ. Cypria
nus apud Gratianum factum hoc nõ ab homine, sꝫ a deo discri-
men ꝑdidit, ⁊ copiose ꝓbat, Christus Jesus (inquiens) actibus
proprijs, ⁊ dignitatibꝰ distinctis officia potestates vtriusqꝫ discre
uit can. Quoniam. ⁊ can. imperium. x. di. Sic tamẽ he due pote-
states inuicẽ discrete, ac diuise sunt, vt ab altera pẽdeat altera mu
tuam suã poscentes opẽ, ⁊ arctissimo inter se connexe vinculo, vt
non possit oculus dicere manui, opa tua non indigeo. j. ad Cori.
xij. quũ nõ sit aliud ciuitas nostra q̃ cõcors in Christo, ⁊ p Chri
stum hoĩum multitudo. Hoc illud est, qđ asserui, pontificis in re-
gis ditionẽ, ⁊ vicissim regis in ditionẽ pontificis ius esse frequen
ter ⁊ imperium. Rem hãc diffusissimã breuibus duabus regulis
ꝯcludã, quibus sua subdent᷑ exempla. Prior est, semper in fidei
⁊ peccati materia ius ecclesiasticum attẽdẽdũ ẽ, et in foro ciuili,
tumqꝫ cessat omne iuris imꝑatorij mãdatũ, ⁊ abolet᷑. Hoc in ne-
gotio leges imperatorũ canonicis decretis preiudiciũ nullũ affer
re possunt. can. lege. x. di. c. vlti. de prescrip. Cãm fidei (inquit am
brosius) agendã in ecclesia tm̃ quis abnuat? can. Cõuenior. xxij.
q. viij. Qui peccata ꝑpetrant, ad emẽdationẽ (si voluntarie veni-
re noluerint) sacerdotali autoritate cõpellẽdi sunt. can. illi q. vj. q.
j. Et animas delinquentiũ emẽdari oportere p ecclesiasticã mul-
tã sꝫ sacras ⁊ diuinas scripturas assentit᷑ ipse imperator. auth. vt
cler. apud ꝓpr. Epis. ⁊c. §. pen. qua de re ⁊ ab eodẽ promulgatuꝫ
est, ꝙ leges non dedignant᷑ seq sacros canones. Hoc iure nixus
papa Zacharias, anno Christi nati. dcclij. Chilpericũ lõga ma-
iorum serie legitimũ Gallie regem ⁊ possessorẽ regno auito de-
stituit, ⁊ in eius locum pipinũ extraneũ, ⁊ alienigenã substituit, cã
tus peccatũ esse hominẽ tante imparem potestati, inertẽ, ⁊ nihil
agentẽ Reipublice gubernacula moderari. autor Gelasius. can.
Alius. xv. q. vj. qđ annalibus ẽt nostris proditũ est. Leo tertius,
pontifex Romanus hac eadẽ fultus autoritate, septẽ ⁊ quadra-
ginta post annis Carolũ pariter Gallorum regẽ, Rome creauit
imperatorẽ, imperiũ Latinis iam desuetum Gallorꝝ virtute Ro
mã referens ex Grecia, tm̃ q᷑ multos iam annos Longobardis
ecclesiaꝝ, totamqꝫ Italiã diripientibus, imꝑatores Greci nõ resi
sterent. Quod ratũ oẽs habuere, atque habent factũ. Nemo est
qui nesciat historiã. de qua in. c. venerabilem. de elec. in antiq. ⁊
in cle. de iureiu. vbi nõ satis in historia Cusano cardinali verꝝ vi-
disse vident᷑ Innocẽtius tertius, ⁊ clemens. v. qui trãslatũ tũc im
perium putarunt a Grecis ad Alemanos. vt sit imperator Go-
thus, Apher, Thrax, vel Syrus, Rome tm̃ est imꝑij Romani se
des, quã qui nõ defendit, qui vastat ⁊ diripit, hic nihil minus est,
quocunqꝫ salutet᷑ nomine, q̃ Romanus imꝑator. Non laboro
cuias fuerit Carolus, scio (si non mentiãtur historie nostre) ꝙ re
belles Longobardos Hispanos, Anglos, Saxones, Sueuos
Theutones alios exercitu Gallico debellauit. Quid enim p pi-
nus breuis, ⁊ Carolus magnus erant sine gallis? post Caroluꝫ
Gallia centũ annis imperium Romanũ tenuit, quo toto tempo-
re (ne de nostris testimonia sumã) Sabellicus ait ecclesie Roma
ne neqꝫ melius, neqꝫ felicius vnq̃ fuisse. Per hec instituta Bru
no quidã Saxo, cui postea Gregoriꝰ quintus nomen fuit, Otto-
nis tertij factione pontifex maximus creatus, ⁊ in sedẽ postea re
stitutus, ob frequẽtes ⁊ periculosas Romanorꝝ, principũqꝫ dissẽ
siões, dum Cesar nouus esset assumẽdus, anno salutis secũdo ac
millesimo sanctionẽ sacrauit de imperatore eligẽdo p solos septẽ
viros principes Alemanos, eundẽqꝫ sui tm̃ generis. Hãc postea
qui sequuti sunt imperatores Alemani firmandã curauerunt a
pontificibus alijs Romanis aurea nescio qua bulla, cuius in cõ-
cilio Viennensi clemens. v. meminit, de iureiurã. quã pariter ad
vsqꝫ tpa nostra seruatã publico ꝯsensu videmus, tacita oium con
fessione, vel eorꝝ qui petri cathedrã deserunt, hoc saltẽ prerogati-
ue Romanã potuisse ecclesiam vni genti concedere, alioqui, Ro
me qui dare possent imperatorẽ legitimũ? Nicolaus primus de
comitatu quodam existente in regno Ludouici (erat hic Italie
rex, imperatoris Lotharij filius) pronunciauit, illũ Lamberto
Arbonis comitis filio adiudicãs, inhibensqꝫ dicti Lãberti fra-
tribus, ne prenderent eum paterna, aut materna hereditate pri-
uare. can. Preses. xx. q. iij. Innoc. tertius hic inter duos reges
de Normania, ⁊ Aqtania belligerãtes cognoscit. Preterij que
propter exulantem Chrysostomũ fecit Innoc. in Archadiũ, que
diuus Ambrosius in Theodosium, Nicola. in Lotharium, pp
Gualdradã pellicẽ, ⁊ alij in alios potẽtes ⁊ suꝑbos orbis monar
chas. Neque enim desunt alia tante potestatis exempla, p que pu
to palam esse, pontificẽ iure de regnis ⁊ imperijs pronũciare, ex
eiusqꝫ pendere oia iudicio. ca. duo sunt. xcvj. di. vt quemuis chri
stianũ corripiat ille, castiget, graduqꝫ deponat exigẽtibus delictis.
peccat enim licentius vagũ, ⁊ male liberũ vulgus, quũ nõ est qui
arguat, tũ frequẽter plus nobis pmittimus q̃ liceat. Ecclesia igi
tur sicuti est omnium mater, ita est iudex oium cõpetẽs. Nec mi-
rum, si de bonis, ⁊ corporibus nostris iudicẽt hi, a quibus aiaruꝫ
nostrarꝝ iudicia petimus. Sic argumentari visus est Paulus. j.
ad Cori. vj. an nescitis ꝙ Angelos iudicabimus? quãto magis
secularia? Certe aut vehemẽter fallor, aut q pascere dꝫ ipar quo
q̃ põt in pascuis qd sequẽdũ, qd ve fugiẽdũ. Melius hoc, atqꝫ
ẽt longe vtilius reipublice Christiane, quã effreni licentia viuere
populos quosdã, ⁊ pricipes acephalos, ad illã muliebrẽ ⁊ mere-
triciã impotentiã, vt liceat qđ lubeat. Perdidit hec imperiũ ro-
manum. ⁊ cetera perdet. Ecclesie dei nihil est nocentius Demo
cratia, populus eniz docẽdus est, ⁊ ducẽdus, nõ sequẽdus. lxij. di.
can. ij. Nec minus illa, pestifera est oligarchia, dũ pauci occupãt
ea que sunt ad bonũ cõe prefixa. can. Que ad perpetuã. xxv. q. j.
in celis triũphat monarcha noster Christus, quẽ deus ꝯstituit in
caput gentium. psal. xvij. qui pastor principes est, ait petrus, ⁊ ec
clesie caput, ait paulus, sed in terris vnius monarchiam, (q nec
deus, nec homo sit q possit vnus omnia, cui, cur hoc facis, aude
at dicere nemo, sic eniz de papa loquun᷑ glosse quedã nostre) for
te alius grauius aliquid diceret, ego (inquã talem monarchiam
nõ intelligo distare a despoteia quã tãtopere vetuit Petrꝰ in ec
clesia, pascite, quantũ in vobis est, (ait) gregẽ christi, nõ dominan
tes in clero, sed forma facti gregis ex animo. j. Petri. v. Scitis
(ait christus) qđ principes gẽtiũ dominent᷑ illis, ⁊ qui magni sunt
potestatẽ exerceant in eas. Nõ ita erit inter vos. Etenim, ve pa-
storibus q cũ austeritate iꝑant gregi, ⁊ cũ potẽtia. Ezech. xxx-
iiij. epi sacerdotes esse nouerint, nõ dños, ait Hierony. can. Esto.
xcv. di. Negare nolo, qn nos terreni caput vnũ in terris habea-
mus, q viam doceat in celũ. profecto vnũ aliquẽ inter apostolos
suos primũ fuisse Christus expressisse vr̃ Matt. xx. nempe dicẽs
qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus, primũ vnum
extitisse ostẽdit (qualẽ Petrũ sepe designauit) sed impotentẽ do
minandi cupiditatẽ, ⁊ affectionẽ preeminẽtie, hoc est monarchiã
ꝯ. descriptã vbique adimit, ⁊ voluit vt qcqd habẽt illi primores
in cõez vsum ꝯferãt. iniquũ etenim est seruitutẽ professo domina
ri velle. christo igit᷑ placuit Aristocratia, que ciuilẽ societatẽ tuet᷑
hoc est illã mutuã ⁊ fraternã dilectionẽ, singulare ⁊ vnicũ ciuium
suorꝝ symbolũ, vti est Jo. xiij. in hoc cognoscẽt omnes ꝙ discipu
li mei sitis, si charitatẽ habueritis inter vos mutuam. Charitas
vero nihil agit ꝑperã, nihil sibi presumit, nemini quicquã dꝫ, red
dit oibus ꝙ debet, cui timorẽ, timorẽ, cui honorẽ, honorẽ. Ro.
xiij. presbyteris aũt duplicandos honores, ⁊ ijs maxime q labo-
rant in verbo ⁊ doctrina, iubet Apostolus idẽ. j. ad Timo. h. c.
v. Ergo maius ⁊ excellentius aliqd est in eis, q duplici sunt ho
nore digni. Si diuina est hec lex, meminerimus ꝙ in leges diui-
nas impie agere nemini vnq̃ impune cessit. ij. Machab. c. iiij. pa
rendũ igit᷑ antisti. pontificẽ tuũ quasi anime parentẽ suscipe, ait
Hierony. Rufinus ad episcopos in Nicena synodo Constantini
Augusti orationem refert huc apprime spectantẽ. Vos (ait impe
rator) deus cõstituit sacerdotes, ⁊ ptãtẽ vobis dedit de nobis quo
que

que iudicandi, ⁊ ideo nos a vobis recte iudicamur. Ecclesiastice historie lib. x. Simile. ṡ. in textu retuli de Ualentiniano. vt nõ male quod ad Hieremiã sacerdotem dixit deus, Ecce ego constitui te sup gentes, ⁊ sup regna, vt euellas, ⁊ destruas, ⁊ disperdas, ⁊ dissipes, ⁊ edifices, ⁊ plantes. Hiere. i. de pontifice quoqꝫ dictum intelligant, quem deus nobis dedit, qui prudens architectus, ⁊ bonus agricola possit extruere, ac plãtare, ea que ecclesiastice cõueniunt veritati, destructis ⁊ dissipatis contrarijs. c. vj. de maior. ⁊ obe. Et impleat in nobis subditis illõ qõ dicit Apostolus, dei edificatio, dei agricultura estis. i. ad Corinth. iij.

¶ Regula tradit altera de regia potestate in pontificẽ, ex can. Quando vult deus. xxiij. q. iiij. Hoc pertinet ad reges seculi christianos, vt tpibus suis pacatam velint matrem suã ecclesiam habere, vnde spiritualiter nati sunt. Hec rõ est, cur principi qñqꝫ liceat sup ijs definire, que concernunt ecclesiã, ne matris vlla in re violet honestas, ne ve turbet eius tranquillitas ab ijs potissimuꝫ quibus est cõmendata. Optima ciuitatis ea forma credit, in qua est qui possit imperãtibus imperare. Mutuis enim tenet impijs. Scitũ illud Senece, lib. de ira. ij. Nemo regere potest, nisi qui ⁊ regi. Doctoꝝ multoꝝ viroꝝ vna opinio est, imperatorẽ cõuocare posse cõciliũ generale, quotiescunqꝫ ⁊ quacũqꝫ ex cã, vbi papa ⁊ cardinales aliqua suspitione notant ⁊ cessant, impitia forte, malitia, vel vtroqꝫ, aut quũ scisma est. Ex decio consi. clj. Celebrẽ in Ariũ Synodũ Constantinus imperator Niceã congregauit, vbi ⁊ interfuit. autore Rufino. Et vniuersales tres alias Gratianus, Theodosius, ⁊ Martianus imperatores edicto suo cocgerunt. Hec sunt illa quatuor cõcilia, que fidẽ nostrã, velut quatuor euangelia, cõplectunt. de quibus tota dist. xvj. Theodorici regis autoritas ex diuersis prouinciis episcopos ⁊ sacerdotes Romã conuenire precepit, ad Syntmachi, primi purgationẽ. §. hinc etiã xvij. di. Carolus magnus (vt est in historijs nostris) quinque concilia pro statu ecclesiastico celebranda iussit. Magũtinum, Remense, Turonense, Cabilonẽse. Arelatense. atqui si quid aliud, hoc maxime est põtificiũ ⁊ ecclesiasticũ. papa Romã vel alio vocat episcopus, Rex ire vetat, aut in suũ comitatũ venire iubet, ob temperandũ est regie preceptioni, non hinc tantum, sꝫ ⁊ quacũqꝫ alia in re extra peccatum. can. Si episcopus. xviij. di. can. Salonitane. lxiij. di. can. Si vobis. xxiij. q. viij. Quum rex prelatos ad conciliũ, ⁊ ecclesie statum formãdũ cõuocat, obedire tenentur, ħ sentit Inn. cap. quum parati. de appellat. Interesse tñ volo reges tm̃, nõ ẽt preesse talibus sacerdotũ conuentibus ⁊ electionibus. imperatorẽ Martianũ sequant, actione septima Calcedoniẽsis cõcilij, dicentẽ patribus ⁊ presbyteris cõgregatis, Nos ad fideꝫ ꝯfirmandam, nõ ad potentiam ostendẽdam synodo interesse voluimus. can. Nos ad fidem. xcvj. di. imperator bonus (ait Ambrosius) intra ecclesiam, nõ. s̃. ecclesiã est. Huc referantur a nobis omnia dicenda. Queãdmodũ igit reges ad officiũ pontifex inuitat ⁊ cogit, ita reperit in canonibus, ad regem confugiẽdum esse, quoties pontifex res ecclesie collectas dissipat ac defraudat. can. filijs. xvj. q. vij. si iam sacerdotes non circa altaris officia dediti sint, si cõtempto templo, neglectis sacrificijs, properent in Regũ palatia, festinent in palestras, se gynecijs, immundi prophanent quales. ij. Machab. c. iiij. describunt, ⁊ in suas suorũqꝫ delectationes si cõuertant id qõ fideles obtulerũt christo, cur non hoc reuocabunt ad solicitudinẽ suã principes, quos catholica fides i ecclesie sinu genuit ⁊ docuit? Sed, vt cepimus exemplis, regulam tractemus, que nobis non erunt a veteribus repetẽda longius, quum legamus hodiernis regũ nostroꝝ constitutionibus inserta ecclesiastica multa. Fiduciarie bñficioꝝ possessiões, qõ. s̃. monui, pro tribunali principis tractant. quid cãe putatis? nisi ꝙ eqtate ꝯtempta, nõ ãplius, vt iubet, ecclesiasticus iudex ſm formã canonũ ⁊ sanctoꝝ patrũ istituta, sed p subtiles quasdã iuris formulas de bñficijs ꝓnũciabat, vt merito videat illis interdicta cognitio, q pre ceteris debeant oẽs sacras regulas custodire, nõ p veteratorias pragmaticoꝝ imposturas, hominũ ꝯtrouersijs victitare. Quotidie, ph pudor! ciuiles iudices videmus ecclesiastice iurisdictionis, abusus ⁊ corruptelas, ceu suo quodã iure, ex principis ꝯstitutione corrigere, de excõicatiõe ẽt, qua, qd magis spiritale? cognoscẽtes. o dedecus! de lege tñ nõ cõqueror, sꝫ doleo ꝙ meruerimus hãc legẽ, similesqꝫ, ꝯ q̃ꝫ vetat in. c. qualiter. ꝺ iudi. Regis autoritate cõpellunt ecclesiarũ ꝑpositi, vt edes sacras aliqua refectione indigentes instaurent, ⁊ sarta tecta temploꝝ prestent quibus cessantibus aufert ipsi rex sacerdotibus ecclesiasticã pecuniam licite, quã in vsus tẽpli expendat, prepositis ad hoc opus curatoribus Ioadis, ⁊ Iosie regũ in sacris ea cura fuit, de qbus quarti libri Reg. c. xij. ⁊ xxij. Et paralip. c. xxiij. ⁊ xxxiiij. Fuit ⁊ hoc per prouincias quondã procõsulũ Romanoꝝ munus in suorũ deoꝝ fanis. l. si in aliquã. ff. de offi. ꝓcõ. Tertiã bñficialiũ redditũũ ptẽ rex Carolus sextus his repationibus oiuꝫ primus deputauit, nõ antiquã ecclesie traditionẽ sequutus, q̃ fideliũ oblationes in quatuor portiones diuidebat. ca. Cõcesso. ⁊ se. tribus. xij. q. ij. sꝫ opinor magis ipatores Arcadiũ ⁊ Honoriũ, q de ciuitatũ redditibus tertiã ptẽ publicis opibus reficiẽdis assignari voluerũt. in. l. ne splẽdidissime. C. de op. pub. añ hũc alij reges põtificali solicitudini tẽploꝝ fabricas, cultũqꝫ diuinũ reliquerãt ex ca. decernimus. x. q. j. Nouo regis edicto cãm dedit Innocẽ. papa septimus, tũ sedẽs Auenione. Hic effreni cardinaliũ numero comitatus, ⁊ pari luxu, inauditis exactionibus ecclesiã Gallicaꝫ premebat, oium ꝓuẽtuũ ecclesiasticoꝝ ptẽ sibi mediã rapiẽs. Qõ egre passa schola parisiẽsis, quum regi supplicuisset, anno christi 1385. protinus exportari tũ pecuniã regno vetitũ, ac simul ꝯstitutum diuidẽdos in tres ptes ecclesiaꝝ fructus, cedit vna clericalibus vsibus, altera tẽploꝝ instaurationibus, tertia dissoluẽdis ecclesiaꝝ debitis ⁊ obligationibus relicta fuit. Quo nos adhuc iure viuimus, ⁊ ex eo tpe reꝝ sic iudicataꝝ exẽpla multa sunt. patrũ nostroꝝ etate, Ludo. vndecimus rex ꝯstitutionẽ sanxit, vt archiepi, epi, Abbates, ⁊ quicunqꝫ dignitates in ecclesia gerebant alioꝝ ve beneficiorum curam habebant, intra quinque mẽses ad suas se ꝯferrent ecelesias, nec amplius inde se mouerẽt, assidue diuinis inibi rebus, ac sacrificijs opaturi pro regni regisqꝫ salute ⁊ incolumitate, pena adiecta non obedientibus, amissio feudorum, fundorumqꝫ, ⁊ bonorum temporalium. O legem rege Christiano dignam! beneficiarijs tamen ecclesie pudendam ad officia compulsis. Utinam sint episcopi, ⁊ sacerdotes, quod audiũt, aut negent se pastores, aut exhibeant. Certe per legem non stetit. Uerum, quid leges sine moribus vane proficiunt? vt queritur Flaccus. Difficillimum est cuiquam vere sacerdotem agere, qui libenter aliud est quam sacerdos. Nunc aliud esse, ⁊ aliud videri volumus, nẽpe cultu, fastu, verbis, ⁊ moribus milites ⁊ plus q̃ꝫ milites, questu, ocio, redditibus clericos, re ⁊ actu neutrũ prestamus. Cur nõ hic tibi princeps male feriatũ genus hoc hominũ coget ad officiũ, per quos nomen infamatur sacerdotij, ministeriũqꝫ nostrũ vilipẽditur? An vlli magis se immiscent enormitatibus, propter quas impune ⁊ fustigatur, ⁊ patibulo affigitur, ẽt non desecratus, sacerdos. cap. Perpendimus, de sent. excom. Pereunt cũ pastoribus greges, cur, queso? quia sicut populus, sic ⁊ sacerdos. Osee. iiij. Curarunt isthec igitur, ⁊ merito, reges nostri recentiores. Quod si vetera placent, nemini dubiũ est, quin in primitiua ecclesia ꝺ rebus ⁊ ꝑsonis ecclesiasticis ꝑncipes ius dixerint. Arcadius, ⁊ Honorius, religiosi principes epm̃ turbantẽ quietẽ publicã, epali ⁊ sede ⁊ nomine detrudunt, ac iubent exulare. l. qcũqꝫ. C. de episc. ⁊ cle. Libri primi codicis iustinianei primi tredecim tituli ex diuersorũ imperatoꝝ ꝯstitutionibus nequaq̃ꝫ obscure tractant ea, ⁊ iudicant, que ad põtificalẽ curã ptinent. qõ maius põtificis munus, q̃ꝫ fides. q̃ꝫ baptismus. q̃ꝫ summa trinitas. q̃ꝫ monachoꝝ ꝯuersatio. clericoꝝ ⁊ ẽpoꝝ ordinatio. quãqꝫ similes multe leges haud dubie religionẽ nostrã, ⁊ ecclesiã ꝯcernẽtes? Atqui, taliũ plene sunt imperatoris iustiniani nouelle ꝯstitutiones. Et ne qs tirannidẽ forte, aut ecclesie oppressionẽ suspicet, hunc Ioã. papa clemẽtissimũ filiũ, ecclesiasticis disciplinis eruditũ, principũ christianissimũ salutat, epistola, inter claras, de summa trini. C. Et se ipse vltimũ dei, ⁊ ecclesie seruũ nominat. l. j. de off. pref. preto. aphr. Childebertus frãcoꝝ rex, quo fuit in grecia tpe Mauritius imperator, a pelagio papa. ij. religionis ⁊ fidei ꝯfessionẽ exegit, quã cito, nec inuitus põtifex prestitit ad auferẽdũ oẽ suspitionis scãdalũ. can. Satagẽdũ. xxv. q. j. anni aliquot sunt, ꝙ agẽs in Calabria cũ militie nostre magistro, casu reperi libri cuiusdam fragmentũ literis Lõgobardicis, hac inscriptione, CAPITVLA CAROLI. Deinde sequitur epistola, cuius tale est exordiũ, ego Carolus gratia dei, eiusqꝫ misericordia donãte, Rex ⁊ rector regni Frãcoꝝ, ⁊ deuotus sancte dei ecclesie defensor, humilisqꝫ adiutor, omnibus ecclesiastice ptãtis ordinibus seu secularis potẽtie dignitatibus, saluteꝫ. Illa sunt capitula Caroli, q̃ tã sepe gratianus allegat, ⁊ hic ẽt citãtur ab Innoc. iij. In illis agit rex de abbatibus ⁊ epis ordinãdis, seu eligẽdis, de monachorũ obediẽtia, vita ⁊ vestimẽtis, de virginibus sanctimonialibus, que beatissime virginis habitum susceperũt, de sacramentis ſm vsum Romanũ, de missis in ecclesia, nõ intra domos celebrãdis. Et sunt in eã sñiam alia multa edita capitula, quibus oibus in epilogi modũ subdũtur hec verba, omnes ſꝫ canones ⁊ ſm patrum regulas viuere cogã. Huius filius, Ludouicus imp. synodũ habuit, in qua vestiũ luxus, gẽmarũ vanitates, ⁊ põpas

nimias ecclesiasticis interdixit anno Christi.dcccxxx.edito etiaz
libello d ordine ⁊ ritu ecclesiastico viuendi,non dubito qn talibꝰ
legibus ecclesia ⁊ vteretur,⁊ teneret̃. Pleraqꝫ enim statuebant̃
in eius honorem,cõmodũ,⁊ fauorẽ,que cũ approbarit ecclesiasti
corum canonum vim obtinent.can.generaliter.xvj.q.j.c.x.de cõ
sti. Pontificibus aũt sp est probandum,quod pro ratione tem-
poris expediat,vt nunq̃ꝫ prodesse non possint alijs,magis optan
tes frequenter quod optimũ sit,q̃ꝫ exigẽtes,⁊(qd ipsi quoqꝫ pau
lo acccidit) prescribentes non quod Christo sit proximũ,sꝫ quod
ab his tpibus possit obtineri,scꝫ hos esse volo vni equos virtuti
⁊ eius amicis,vbiqꝫ tamen sp sui similes in ijs que dei sunt, que
vel sanguinis ⁊ anime profusione defendere ꝯfirmareqꝫ debent.
2 can. †Sunt quidã.xxv.q.j.ratio quoqꝫ datur altera, cur secula-
res in ecclesiasticos aliqua statuant,ac de illis nõnũq̃ꝫ iudicẽt,q
sepe tales leges ferri petit ecclesia,se ꝯmittẽs aliene snie,q̃ ex re-
obligatur. Incomparabiliter maior est omnibus, ac dignior ec-
clesia,veluti sol inter minora sydera,sed est receptũ,vt si quis ma
ior subijciat se iurisdictioni alterius,possit ei,⁊ aduesus euz ius di
ci.l.est receptum.ff.de iuris. Leo tertius accusatus a Campulo,
⁊ Paschale presbyteris apud Carolũ magnum Rome agentez
nec dum imperatorem,suggestũ publice conscendit,ac euangelia
tenens iureiurando affirmauit,se omniũ rerũ,que sibi obijcerent̃
insontẽ esse. Purgationis huius fit mentio in can. Auditũ.ij.q.
v. Leo quartus,si quid incõpetenter egisset in legem seditiosus,
dicebat̃ imperij referendi ad Constantinopolitanos consilia in
esse, Ludouici regis Galli augustini iudicio voluit emendari,om
nemqꝫ definiri accusationis controuersiam.can. Nos si incõpe-
tenter.ij.q.vij. Memna,quem reuerendissimuz fratrẽ ⁊ coepisco
pum Gregorius nominat,ab hoc ipso iam purgatus denuo iube
tur obiectũ crimen diluere coram Brunechilde francoꝝ regina.
can. Memna.ij.q.v. Qua in qõne legitur ⁊ Sixtum tertium se
purgasse apud Ualentinianum.can. Mandastis. Cresconius q
dam illustris Siculus ea in prouincia potestatẽ habuit a Pela-
gio papa sibi datã in episcopos clerum vexationibus opprimen-
tes.can. Illud.x.q.iij.quod legis caput ad secularẽ principẽ scri
ptum gl. Interpretatur.in can. Clericũ nullus.xj.q.j. Regali ꝓ-
uisione qñqꝫ sunt electi abbates,epi,⁊ ipsi ẽt summi Pontifices
can.adrianus.lxiij.di.can.hinc est ẽt.xvj.q.j. Grego. Rodulpho
⁊ Bertulpho ducibus scripsit vt symoniacos,⁊ scortatores pres
byteros nullo modo reciperent,sed eos a sanctis ministerijs pro
hiberent.in.§.verũ.xxxij.di.vbi annotant interpretes,pape man
dato laicos posse qñqꝫ ab officio clericos suspẽdere,imo ⁊ excõi
care, qd est memoria dignũ. Ita res postulabãt , nec violabatur
diui numinis reuerentia,status ecclesie catholice manebat illesus
tum certe Pontificis est ad presentem reꝝ statum sese accommo
dare,temporiqꝫ pia quadam prudentia seruire. Nam Paulus
omnia sese factũ dicit omnibus, vt omnes Christo lucrificaret.
Glosse sunt,qubus assentiuntur omnes in.c.decernimus.de iudi.
in.c. Tau.j.de deci.papã posse causas mere ꝑsonales,aut ẽt cri-
minales clericoꝝ cõmittere laicis decidendas,quibus addit car
dinalis Zabarella in repetitione.c. Perpendimus . de sen.excõ.
eundez quoqꝫ posse omnes vnius regionis clericos subijcere pri
cipi,⁊ secularibus iudicibus. Certum itaqꝫ relinquit̃,ecclesiã pos
se cuilibet in se ac suos tradere iurisdictionẽ ⁊ autoritatem tam
realem,q̃ꝫ ꝑsonalẽ. Clericus nullus inuitus aut voluntarius secu
laria iudicia subire dꝫ,adeo vt non sit obligatorium iuramentum
quo se fori prescriptione non vsurum clericus promisit,nam,vo-
lens nolens ecclesiastico iudici subest.c.si diligenti.de fo.cõ. Hoc
si priuato consensu faciat,nempe iudicat inique de totius ecclesie
ꝯsortio quisquis illa relicta poscit auxiliũ a iudicio seculari . Ex
concilijs hoc Carthag.in can. Placuit.xi.q.j. Sed si publica pa
pe vel cleri voluntate fiat,recte fit,⁊ ordine. Uidemus in Bitu-
rigibus concilium Gallicanũ regi demandasse curam obseruan-
doꝝ decretoꝝ pragmatice sanctionis,in clericos cõtẽptores co-
ertione ꝑmissa. Hoc illud est,qd dico,ecclesiam cui vult , dare de
se iudicium,cuius tum legibus viuere debet,ac iussis obtempera
3 re. †Sed ⁊ quũ ferendaꝝ legum principibus ratio perpetua est,
qualis fuit Caroli magni,vt si non nostra volũtate, certe Regis
autoritate ꝺm canones ⁊ maiorũ decreta viuamus , generaliter
omnes legibus illis eque ac naturalibus obligantur . Et qui tali
bus legibus,que pro dei veritate ferunt̃,non obtemperaret,grã-
de sibi suppliciũ acquireret. Ex Augustini sententia.can.i.di.ix.
Obligant in foro conscientie regũ leges iuste ⁊ rõnabiles. Fely.
c.j.ac.x.de ꝯst.cõem hanc doctorũ sententiam rationibus, ⁊ au-
toritatibus diuersis probat. Inter alia,ius precipit honeste viue-
re.l.iustitia.ff.de iusti.⁊ iu.id est,maiorũ legibus ⁊ institutis,⁊ cũ
virtute viuere. Ad hoc princeps,⁊ omnis alia potestas sibi subie
ctos astringere potest,anctor est Albericus in.d.l.nequaq̃ꝫ tunc
lex regia dicit̃ canonibus imperare,sꝫ ꝙ sancta dei ecclesia leges
⁊ reges seculares accipit i famulatũ,qd alias nõ raro facit.c.sup
specula.de priuil.⁊.x.di. Scitũ est illud Lucij tertij huc apprime
conueniẽs,sicuti leges nõ dedignant̃ sacros canones imitari,ita
⁊ sacroꝝ statuta canonũ principũ cõstitutionibus adiuuant̃.ca.j.
de ope.no.nũ. Cõtra,monarchisantes de me querẽt, Ecclesie ne
corpus biceps esse credis.bona verba queso.absit hoc monstrũ:
sicuti vnum baptisma,vna fides est,vnũ corpus, vnus spiritus,
sic ⁊ vnũ caput,⁊ vnus omnium dominus est ad Ephes.iiij.sub
quo ⁊ in terris ẽt vnus tantũ princeps,nõ numero sed secundum
officium,quum,qui sunt principes,eadẽ omnes agunt,iudicant,
precipiũt vno consensu,communiqꝫ decreto. Eadẽ studioꝝ volũ
tas,animoꝝ concordia,rerũ diuꝫ cõio,vulgi ẽt prouerbio,de plu
ribus vnum facit. Pro ecclesia sua patrez Christus interpellãs.
Joan.xvij. Da pater(orat)vt sint vnum sicut ⁊ nos . Quili suo-
plures deus pastores prefecit,et populo suo Christiano,ceu tu-
tores plures dedit principes,qui tamen oẽs vnius loco numerã
tur q vnius nomine cõueniũt.l.si plures.ff.d pactis. Nõ vnũ re
gẽ sequuntur vbiqꝫ locoꝝ apum examina,⁊ tñ in apibus rex vnꝰ
est,q vnus oium idẽqꝫ animus,⁊ vna natura. Tale est regis ⁊ ec
clesie regimẽ in his fluxis ⁊ tpalibus rebus papa, iubet aliquid,
iubet rex, vnus vtriusqꝫ idẽqꝫ iussus est ad dei laudẽ ⁊ honorem,
qui si ꝯria iuberent,non esset his obediẽdũ.can.non semp. ⁊ seq.
xj.q.iij.pertinet huc Innocẽtij verba.c.inquisitioni.de sen.excõ.
precepto pape non est obediẽdũ(ait)qñ vehemẽter ex hoc turba
tur status ecclesie,peccat enim sic obediẽs. Nihilo magis hoc in
casu regi parendũ est. Igit̃,eodẽ quũ tẽdant oẽs,vna quũ sit om
niũ volũtas,etsi duo nõ sint vnus,vnũ tñ sunt. Quomodo ⁊ ari-
stocratia nostra ad vnũ supremũ redacta est.alterius cura qõnis
hic innumeros autores exercuit, an papa sit.s̃.cõciliũ , qd apud
Gersonẽ(quẽ titulo Christiani doctoris nõ iniuria donãt) ꝑinde
pene est ac si qs quereret,an papa sit.s̃. Christum,promisit hic in
medio se fore duorum vel triuꝫ suo nomine cõgregatorũ. Matt.
xviij. Est ergo medius in concilio.hoc certo certius.quis homi-
num se preponet amplius:igitur, Plenarij concilij,vt loquitur
August.i.generalis,auctoritas in ecclesia vt saluberrima est , ita
maxima est,cuius iudicium,dirigente sancto spiritu,nec ignoran
tia,nec malignitate aliqua peruerti potest,cuius auctoritatẽ mo-
dis omnibus indubitatam ⁊ inconuulsam esse oportet.cui,me iu
dice,qui resistit,quisquis est,deo resistit,a quo illud potestatem su
mit. Intra cõcilium sunt ecclesiastici fideles omnes,nemo supra.
Non potest enim caput dicere,non sum pes,ideo non sum de cor
pore. Esto papa primus in illo sedeat,non tamen solus est earum
causarum iudex que tractantur ⁊ agitantur in conciliũ,qui inter-
sunt omnes sunt cõiudices. Uidemus in veterum patrum ꝯcilijs
vnumquemqꝫ episcoporũ subscripsisse decisis,ac definitis per cõ
ciliũ. Refert̃ in.§.hinc etiã.xvij.di.c.j.di.xcvj. Qua d re disputat
Inn.in.c. Graue.de pre. Paulus accerime Petrũ reprehẽdit
⁊ obiurgat ad Galat.ij. Alijqꝫ multi alios eodẽ ꝑditos gradu,
quorũ casus multorũ secũ ruinã trahit. Potest idẽ ⁊ cõciliũ. Ce
sarũ Theodosij Ualẽtiniani.⁊ epistola est apd Isidoꝝ Sacerdo
talem cõuentũ nõnisi quis mali propria consciẽtia sauciatus eui
tat. Qd si de gentilitate proferre aliqud libeat, Alexãder Seue-
rus,imperator,⁊ idẽ pontifex maximus,tantum minoribus pon
tificibus detulit,vt quasdã cãs sacroꝝ a se finitas iterari ⁊ aliter
distingui pateret̃. Ex Aelio Lampridio.papa nõ ideo summus
est,q summus pontifex est,ait Bernardus ad Eugeniũ. Quis
enim ferret hereticuꝫ papã,quis symoniacũ,quis masculoꝝ con
cubitorẽ.adulterũ,scortatorẽ,veneficum,homicidam, Et id ge-
nus in Christi lege portẽti: Quis magis a fide potest esse deuius
quam qui peccat incorrigibiliter.⁊ si nõ verbis,ipsum tamẽ deũ
factis, ⁊ tota vita negans.certe qui sic viuit,eum credere nõ pu-
to,id quod est totius fidei nostre basis,animam superesse a mor-
te corporis. Petrum ferre non potuit Paulus ob nescio quam
simulationem victus,⁊ ecclesia tota membro tam putrido suppo
netur, Auferatur,auferatur(ait ille Christianus doctor)a virgi-
ne ⁊ immaculata sponsa sponsus lepris istis tam putidis ⁊ con-
tagiosis infectus, qui sanari correptionis pharmaco negligit, ⁊
innumerabiles populos cateruatim secum gehenne mancipio du
cit.can. Si papa.xl.dist. Plectatur instar diaboli sine venia.sic
loquitur gl.non sine rex.in can.aliorum.ix.q.iij. Si qua sint in cõ
trariũ decreta,pro me his respondebit Oldradus con.lxix . Nõ
est inquiens credendum iuribus dicentibus, vnuꝫ tantum esse de
bere imperatorem orbis,⁊ reguꝫ omniũ dominũ summum,quia
imperatores

imperatores illa fecerunt. Non est iam talibus itaque locus ullus, hoc potissimum factiosissimo seculo, quo vere nimium licet exclamare cum Hieronimo, ac nescio an iustius, Romanus orbis ruit, et tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Ruit imperium nostrum, et non ruunt peccata nostra. Vides, ingeniose lector, quibus argumentis christiane ciuitatis Aristocratiam defendam, cuius tantum conditor, rectorque Christus est in qua sibi seruiunt inuicem in charitate, et prepositi consulendo, et subditi obtemperando. Pauca quidem sunt pre iis, que ad hanc partem adduci possent. Verum sufficere credidi, vt sine ambiguo maneat hec imperiorum communio. Ubique tamen suo quemque munere fungi volo sine potestatum confusione. Et quod salubriter Nicolaus papa monet, nec imperator iura pontificatus arripiat, nec pontifex nomen imperatorium vsurpet, can. Quam ad verum. xcvi. dist. apud Platonem, quod probat Gratianus, illa ciuitas iustissime ordinata traditur, que proprios nescit affectus. viii. dist. Sic esse Christus voluit in sua ciuitate, ne, quod est in M. Agrippe fabula, per dissidium membrorum, dum quodque sibi priuatim fauet, collapso corpore pereant omnia. Suis igitur princeps reipublice quotidianis administrationibus contentus esto, non occupet ea que sacerdotibus domini conueniunt. Alia est enim ratio causarum secularium, alia diuinarum. Neque est ita in ecclesiasticis agendum negociis, veluti in popularibus. can. Celebritatem de cons. dist. iii. can. Non ita. ii. q. vi. nec dominus apostolatum, nec apostolicus dominatum inuadat, ait Bernardus ad Eugenium. Hoc Innocentius tertius prefatur hic inquiens, nec rex nostram, sed nec nos regis debemus impedire iurisdictionem. Et ex hoc colligitur, quod non debet alter alterius imperium turbare, minuere, impedire. Impedit, qui obstat, ne quis que sui sunt officii faciat. Turbat is, qui iam facta confundit, nec habere sinit effectum, qua forma dictum est, turbare pacem, diuina atque humana turbare, et similia. Minuit autem, quisquis de iis, que sunt alterius potestati subiecta, cognoscit et pronunciat, eius iurisdictionem minorem faciens et extenuans. Aiunt quod iudex quicunque, delegatus aut ordinarius, cuius impeditur, minuitur, aut turbatur iurisdictio, sua potest auctoritate procedere ad aduersarii punitionem, atque tum in re propria licentiam habet sententie, sibique iudex est cap. i. de penis. in. vi. traditur. Ut interim taceam, quod quicunque quouis modo malefaciunt ecclesiis, aut aliis venerabilibus locis, ecclesiastice iurisdictioni subiecti sunt cap. Quum sit generale. de foro comp. Regium quoque non minus est quam pontificium, iurisiurandi religionem tueri, quod ostendam proxima conclusione.

¶ De periurio querentem pontifex audit, pariter et princeps, peierantem coercione debita punit, sepe causas retractat falso iuramento decisas.

DE PERIVRIS.

Quando Iurandum, et quomodo, quatenus ve iuratus obligetur, Gratianus in causa vigesima secunda per quinque prolixas questiones docuit, quo similiter argumento titulos habemus in decretalibus Gregorii, et Bonifacii, et in clementinis constitutionibus, de iureiurando. Quo vero iudice causa hec disceptetur, supra satis disputauimus. Si quis autem iusiurandum violat, et negligit, si quis iurando fallit, aut ius peruertit, is periurare, seu peierare dicitur, vtrunque in vsu est. Et periurium est iurisiurandi contemptus, et fidei violatio. Non quisquis falsum iurat, periurus est. quid enim si verum credidit? preter se nemo fallitur. Et sepe is peierat, qui verum iurat, vt si falsum putet esse quod iurat. In dolo ergo iurare oportet. Nihil enim aliud est peierare, quam mentiendo iurare. Mentitur autem, qui ipse non falsus alterum fallere conatur. aliter atque animo sentiat, loquens. Isthec ex Augustino Gratianus repetit questione secunda, dicte cause. Falsum iurare non est peierare, inquit Cicero, sed quod ex animi tui sententia iuraueris, id non facere, periurium est, offi. iii. Idem alibi, mendacem a periurio nimium distare putauit, pro roscio comedo, qui mentiri solet, ait, peierare consueuit. Quid est. reddes domino iuramenta tua. hoc est, iurans, verum loqueris, ait Chrisostomus. nam iuramentum est confirmatio veritatis. ca. Etsi Christus de iureiu. peierare autem immane peccatum existimatur, et grande scelus, quale furtum, vel adulterium, nec inferius homicidio spontaneo, vti est in ecclesie canonibus, et in lege, et in prophetis, et in euangelio prohibitum. Habemus in lege dei scriptum, non peierabis in nomine meo, nec polluees nomen dei tui in vanum. Leuit. xix. et Michee. iii. c. propheta iudicium dei peierantibus instans minatur ipsius dei verbis, ero testis velox periuris, qui non timuerunt me. Et in Euangelio, christus, inquit Augustinus, a periurio longe nos esse voluit, qui omnino ne iuremus, commonuit. Matt. v. ca. sed et gentilium superstitio periuria detestatur et horret, Satyris etiam crimen exagitatum. De quo et Plautus in rudent. prologo.

Hoc in animum scelesti inducunt suum,
Iouem placare se posse omnibus hostiis,
Et operam, et sumptum perdunt, atque ideo
Fit, quia nihil ei acceptum est a periuriis.

Penas modo tanti criminis e iure breuiter exequamur. Panormitanus Antonio butriensi consentit in cap. dilectus. de temp. ordi. adstruenti, nullum vnquam periurium canonum statutis inultum manere, tametsi deum solum vltorem habere dicat imperatoria quedam constitutio. Graue est, et capitale crimen, in quod quicunque sciens inciderit, dies quadraginta pane tantum et aqua victitantem penitere oportet, ac per septem postea sequentes annos, et nunquam sine tanti delicti penitentia manere. can. Quicunque. vi. q. i. can. Si quis peierauit, et quatuor primis precedentibus. in quibus et alie peierantium pene. xxii. q. v. Unde et ecclesia pronunciat infames omnes huiusce criminis publice damnatos, quouis peierarint modo, siue falsum quid asserant iurantes siue licitum quid promittant, quod postea prestare nolunt. can. infames. vi. q. i. can. constituimus. iii. q. v. Pariter et legibus infamia notatur, quisquis maior annis ab se iurate pactioni contrauenire non veretur. l. si quis maior. C. de transac. Tam maculosa autem est hec infamia periurii, quamquam in aliis grauibus peccatis aliter, vt nulla vnquam deleatur penitentia, ne possit integritati fame periurus restitui, quare vel emendatus nunquam in testimonium recipitur, intestabilis perpetuo. d. cano. Quicunque. et cap. Testimonium. de test. Non amplius illi iuranti siue in sua, siue in aliena causa creditur. can. Paruuli. xxii. q. v. quo in loco periurum annotat omnium legum, canonum, statutorum gratiam perdidisse, volentium cuiuspiam iuramento stari. Quod Accursius et ceteri legum interpretes affirmant in. l. Lucius. ff. de infa. quo pertinet illud eiusdem Ciceronis pro Rabirio, vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet. Contra se tantum iuranti fides habetur, ait gl. in cap. Dilecti. de foro com. Annuit textus cap. Quum in ecclesiis. de maio. et obedi. Ad hec periurii confessis aut conuictis auferuntur ecclesiastica beneficia, si qua detineant. cap. ii. de rescr. cap. Quum non ab homine. hoc tit. Ita vt episcopus propter periurium deponatur, et episcopatu priuetur. Honorum autem beneficiorum sunt incapaces, siquidem non debent ecclesias regere, qui sunt crimine periurii irretiti cap. querelam. de iureiu. propter quod facinus et ciuilis quecunque dignitas amittitur. l. pen. de dign. lib. xii. C. Baldus asserit interpretans cap. cum quidam. d. tit. de iureiu. doctorem periurii damnatum gradu suo remouendum esse. Periuris factam beneficii collationem iure ipso non valere docuimus in Exegesi nostra. ca. de multa. que perpetua est Panhor. opinio, et habet rationem multam cum iuris, et equitatis rationibus congruentem. Quin et ab agendo repelli periurum glo. tenuit in. d. can. Paruuli, Speculator quoque in tit. de actore. Non nisi reus in iudicio stat vt de excommunicato legitur, in cap. Intelleximus. hoc ti. preterea si iuret aliquis contractum, compromissum, vel transactionem, qui postea non necessitate, sed voluntate iusiurandum contemnat, periurus hic causa cadit, penam soluit, data restituit, reique proprietatem perdit. d. l. Si quis maior. Testis quoque periurus ad damni satisfactionem conuenitur ab innocente, quem falso testimonio lesit. ita visum Panor. in cap. i. de crim. falsi. Hec, vbi ciuiliter agitur. in super et actione penali tenentur periuri, legibusque romanis plectunctur vt stelliones, qui per calliditatem et dolum, dissimulata veritate, quid agunt. Quisquis periurio decepit alium, mentitus, verbi gratia, pignora sua esse, que sunt aliena, exilio ad tempus, vel alia extraordinaria pena coercetur. l. fi. de cri. stel. poterit, inquit Iason, iudicis arbitrio vel cedi fustibus, vel cathenatus, aut infulatus de more cum elogio publice traduci. in. l. Si duo. §. vlti. ff. de iureiu. et in causa capitali testis peierans similitudine supplicii punitur. Bal. in. l. ii. de reb. cred. C. Quod et Moses in sua rep. voluit, legis secundo late cap. xix. Non misereberis eius, de falso teste loquitur, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Alia vero in causa qui peierans falsum testimonium dixit, incidit in penam legis Cornelie de falsis, que est deportatio cum publicatione bonorum. l. prima. ff. ad leg. cor. de fal. Sub Cesaribus olim si quis peierasset per genium principis, id est, per illud speciale numen quod genitum principe suscipere ac tueri credebatur in ter-

ris, lege iulia maiestatis tenebatur. quod. ij. lex vtraqȝ satis indicat de reb. cred. ⁊ ad leg. iul. maiest. c. venerationem tum principis, ac salutez contemni rebantur, maiestatemqȝ ledi. penā Marcus Imperator cum filio sustulit. placuit ijs vt nō amplius ita peierans capite postularetur, sed vt huic tm̄ fustibus castigato supindiceret effrenis ⁊ temerarie lingue nota, propetbos mi omnye. refert Vlpia. in fin. d. l. si duo. §. citate. Quod Alexander postea voluit hoc temperamento fieri, si animi iudicio, non calore iurasset, dictis duabus. ij. ll. istos ne putas inulta diuina reliquisse. ne tamen hinc ire furorem dixeris omnem iurantis culpam tollere, criminisqȝ penam auferre. propter inconsultum calorē punitio tātū remittitur, non dimittitur. nam datur iniuriarum actio contra eum, qui rixa calidus ⁊ iratus, homicidij conuicium obiecit alteri. l. si conuicij. C. de iniur. Et mulieri non parcitur, que calore iracundie filium interfecit. cap. j. de his qui fil. occid. nisi forsan quatenus animi perturbati miseratio iudicem ad mediocrem penam perduxerit. quod illo in. c. panor. annotat, exigens ⁊ ire iustum dolorem, quid enim venie sperare debet, qui nudatus alea, iam non sui compos immane aliquid patrat. Pittaci lex fuit Athenis, qua voluit ebrios, si quem pulsassent, maiori pena damnari, q̄ si sobrij fecissent. Hanc esse causam scias, cur ecclesie canonibus iuramenta omnia temeraria ⁊ illicita dissoluantur, ⁊ varie puniantur, vt videre est per integram questionem quartam cause. xxij. temerarium autem iuramentum est, quādo iurandi causa nulla sub est, cap. Et si Christus. de iureiu. At qui iurant, per temulentiaȝ, iracundiamue, aut animi gratia iurant, qui blasphemie proximi sunt. neque nos tm̄ hic de blasphemis loquimur assuetis in deum execrabilia verba proferre, celesteqȝ numen conuicijs ⁊ deierationibus incessere. Expedita rex est, hos vltimo supplicio iustinian⁹ submisit. auct. vt non luxu. ⁊c. blasphemia species est heresos, autore Baldo in. l. qui accusationem. C. qui accus. non pos. propter quam laicus in ecclesia dei fit anathema, ⁊ clericus ab ordine ecclesiastico deponitur. can. si quis per capillum. xxij. q. j. iure igitur ac merito, qui non iurant in veritate, in iudicio, ⁊ in iustitia, quemadmodum dominus apud Hieremiam cap. iiij. precepit, id est, q̄ falso, vel temere, vel impie ac iniuste iurant, ⁊ ciuilium, ⁊ ecclesiasticarum legum reos asserimus. Quid ergo, inquis, rescripsit imperator, q̄ iurisiurandi contempta religio solum deum vltorē habet. l. ij. C. de reb. cred. Hoc eo sensu dixit, quo Cicero. ij. de legi. ait, periurij pena, diuina est exitium, humana, dedecus. in concilio quodam Toletano sic legitur. Dum peieramus, creatorem quidem offendimus, ⁊ nos tantummō maculamus. can. j. dist. xiij. respiciunt isthec priuatorum vota, cautiones, conuentiones, ⁊ pacta. Quis vnq̄ voti concepti solum, necdum nuncupati, hoc solēne vocant, illud simplex, preterquam de celo reus damnatus est. vtroqȝ nos equaliter obligamur deo, sed tamen ad solēnis obseruationem compellimur ecclesiastico iudicio, non item ad simplicis. cap. ij. qui cler. vel vouent, ⁊c. Solenne votum contemptum infamat apostatas, non item simplex. Simile de periurio dico. solemne, quale in iudicijs, contractibus, ⁊ alijs, de quibus Pauloante, perpetuam irrogat infamiaȝ, minime simplex, propter qđ nec a beneficio repellimur, nec a testimonio. cap. intimauit. de testib. cap. sicut nostris. de iureiu. Videto glosam hoc docentem in can. j. lxxxv. dist. extra iudicium iurasti quippiam te facturum, nominant hoc iuramentum promissorium de futuro, quod ipse postea negligis, nec iuramenta tua deo reddis, ille solus vlciscetur perfidiam, cuius nomen in vanum sumpsisti, hinc etenim nulla nascitur actio, ex Innocentij sententia hic, quam latius explicat Jason in. l. iusiurandum quod ex cōuentione. ff. de iureiu. Rex inter nos controuersa est, iusiurandum tibi defero, iuras esse tuam, vel tibi debitam, habet hoc instar iudicij, nihil amplius querendum est, dare facereve me oportet quod iurasti, quandoquidez omnis controuersie finis est iuramentum. Hebr. vj. l. j. ⁊ fere per totum tit. ff. de iureiu. de me solo queri debeo, qui rem tue commisi fidei, qui te tue cause feci iudicem, non enim datur actio, qua tecum experiar, vna superest apud ecclesiam periurij denunciatio, iuxta superius per me tradita. verumtamen istiusmodi peierantes lȝ pretorum ⁊ iudicum verbis non habeantur infames, re tamen ipsa, ⁊ opinione hominum non effugiunt infamie notam. Hec est probrosa dedecoris turpitudo, qua se bonorum iudicio commulant, quicunqȝ peierant, ex Ciceronis ⁊ concilij auctoritate, dicitur infamia facti, cui non deest vltio diuina. Exodi. xx. non habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen dn̄i dei sui frustra.

¶ Consonat predictis quod sequitur in assertione, regem sepe causas retractare falso iuramēto decisas. Hoc semper ecclesia facit, audiens vbiqȝ periurorum denunciatores, quandoqȝ vero princeps post falsum iusiurandum causas ex integro agere permittit, ne qs iniquū lucrū, vel dānū piurio sentiat. Testō forte nō apparēte, iurasti herede hoc petēte, in eo tibi legata cētum, postea vult heres idē ꝓbare, nihil tibi fuisse derelictū, admittitur, ⁊ reddere debes qđ accepisti doloso ⁊ pfido sacro. nā dubia volūtatis vltime causa rerum tantum veritate deciditur. l. fi. C. de reb. cred. nec etiam iuramēto cuiusqȝ soluitur matrimonium. Deferente Titia iuras illam non esse vxorem tuam, non proficit iusiurandum, veritas enim semper queri potest. cuius rei argumentum magnum est in cap. lator. de sent. ⁊ re iud. Quo vtitur Accursius in. l. iij. §. quacūqȝ. ff. de iureiu. extendens ⁊ hoc in monachismo denegando, puta si quis cum iuramento monachum se inficietur. Jndubitatum, q̄ vtriusqȝ coniugum in iure contraria coniugo confessio matrimonio nō preiudicat. ca. v. de eo qui cogn. cons. vxo. Rursus, in dubia causa iudex te iurare iussit, dicunt hoc esse iuramentum necessariū, secundum quod iudicatum est, nouis tamē instrumentis aduersario licebit vti iuriiurando contrarijs, Et retractabitur sententia. l. Admonendi. ff. de iureiu. quid si lex iusiurandum deferat, vt in rerum raptarum, vel damni dati fit estimatione. l. Si quando. C. vnde. vj. ⁊ vltra debituȝ iuris? Baldus affirmat audiri probationes in oppositū. d. l. ij. de iureiu. C. Legim⁹ vbi iusiurandum delatatum intelligitur hac conditione, si non peieres, vt puta, quum de re non contentiosa iuratur, non statur religioni, sed approbatum periurium rescindit quodcunqȝ pactum ⁊ promissum. l. Si cum patruo. C. communia vtrisqȝ iud. Et alia plura scio posse de periurio dici, verum non est instituti nostri hoc omnia congerere, que sunt in hanc rem prodita. Quantula sint isthec, assertioni nostre sufficere credo.

Talis ē, vt descripsimus, Aristocratie duumuiratus, sub quo magistratus alij sunt plurimi, quos pariter ad sue ciuitatis ordinē cōseruationemqȝ deus esse voluit, qui solus e celo dat hominibus in homines imperium ⁊ potestatem. Jo. xviij. ad Ro. xiij. Assumūt igitur exemplo Mosis ⁊ duūuiri nostri viros alios, in quos onus impositum sibi partiantur, vt populum disceptantem audiāt, ⁊ iudicent. De quoruȝ nos officio quedā breuiter subdem⁹.

Ad vtriusqȝ fori sectatores.

¶ Jn iudicijs, sed ⁊ in plerisqȝ extraiudicialibus, equalitas omni ex parte seruanda est, nullo cuiuscunqȝ respectu.

DE IVDICANTIS OFFICIO

¶ Prolixiore probatione conclusionem hanc indigere, qm̄ veritatis regula est, vt nihil facias tua causa, quo minor alius fiat can. Si quis. xj. q. iij. Et aliorum honores alijs dānorum occasionem fieri non oportet. l. vlt. C. de stat. ⁊ imag. Deus hanc ⁊ natura cuiusqȝ animo infixit, omnia quecunqȝ vultis vt faciant vobis homines, ⁊ vos eadem facite illis. can. j. dist. j. vbi ius hoc, naturale vocatur. Maxime legislatores in cōtrouersijs, quas in iudicijs moueri contingit, equalitatem litigatoribus seruari volunt, vt quod vni concessum est priuilegium, finge, super litis expensis, aut sportulis non soluendis, ad collitigatorem aduersarium extēdatur. l. in sacris. de prox. sacr. scri. lib. xij. C. l. fi. de fruct. ⁊ litium exp. C. atqȝ id sine iusta cuiusquam indignatione, dum secundum vetus prouerbium, trutina pensatur eadem, ⁊ patitur quod fecit. E celo illud est, hominibus etiam tacentibus, quo iudicio iudicatis, eo iudicabitur de vobis, ⁊ qua mensura metimini, ea metientur vobis alij. Matth. vij. Romani pretoris edictum est in eundem sensum, quod quisqȝ iuris in alium statuerit, vel obtinuerit, vti ipse eodem iure vtatur. primo quinquaginta iuris digestorum a triboniano libroruȝ. Statuit iudex aut alia prouincie potestas, vt Titius a creditoribus suis ante annos duos non conueniatur omnibus interim quo iure quaqȝ iniuria denegans actionez, hoc nouo iure, quod in creditores alienos statuit, ipse creditor vti debebit, nec ante biennium debitores suos cōuenire poterit, qđ habet equitatem summam, que suos legi subijcit autores. quo similiter edicto tenetur, qui speciatim aduersus aliquem ius iniquum postulauerit ⁊ impetrauerit. ius iniquum appello, quod nō est ex equo, sed in alteram inclinat partem, quādo sic auditur vna pars vt alteri preiudicium irrogetur. can. fi. iij. q. ix. indulta tibi est aduersus creditores tuos exceptio quinquennalis, in te hec etiam retorquebitur, eaqȝ tui debitores vtentur. l. iij. d. tit. quod quisqȝ iu. Vides equalitatem legibus commendari, vt eo pacto tecum, videlicet, agatur, quo tu cum alijs egeris. Simile est ⁊ in. l. Ratas. C. de rescind. vend. vbi, quam sibi legem tribui milites qdam postulant, ea conueniuntur. diuina est illa Mosis sanctio, non erit apud te acceptio personarū. Deut. j. ius dicentibus mā-

datum

datum hoc perpetuum est. Leuit. xix. non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, sed iuste iudica proximo tuo. Regula iuris, in iudicijs non est habenda acceptio personarum. in. vj. Est acceptio personarum, quum electione quadam alius alio melius accipitur, id est, tractatur, et ei plus fauetur. Ignota vox latinis, vt puto, certe non est in pandectis. Paulus ad Ro. ij. voce greca vsus est, prosopolipsia, quam vulgo in acceptionem personarum vertunt, proprie significat respectum persone, quum vni magis fauemus quam alteri, non ob ipsius rei, sed persone discrimen. iniquitatem hanc deus fieri per Mosem prohibuit, nolite, ait, facere iniquum aliquid in iudicio. Unde et talionis pena constituta est, qua lex olim. xij. tab. parem vindictam permittebat, vt cui membrum ab alio ruptum esset, ipsi itidem ex equilibrio membrum rumperet, apud Gellium cap. j. libri. xx. que, si dici potest, in quit Augustinus, iniustorum iustitia est. can. Sex differentie. xxiij. q. iij. quam et in accusatoribus quondam, iudice tamen decernente, seruauit ecclesia, vt qui non probabat quod obijciebat crimen, penam quam intulerat, ipse pateretur. can. Quisquis. et seq. ij. q. viij. Et talionem calumniator recipiebat. iij. q. iij. can. ij. idem quoq; ciuili iure. l. si cui. ff. de accusat. l. iij. C. qui accus. non pos. abrogatam contraria iudiciorum consuetudine, vsq; forensi Feli. prodidit in cap. Super his de accus. Talionem mihi spectare videtur lex illa, si quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, quive percusserit, volens occidere, morte moriatur. Exod. xxi. cui respondet Romanorum lex cornelia de sicarijs, lib. xlviij. digestorum, vt iuxta verbum domini, qui gladio ferit iniuste gladio iuste pereat. eodem pertinet et illud hebrei sapientis, per que peccat quis, per hec et torquetur. Sap. xj. Exemplum habes in. c. an sit. de appell. cap. fi. de immu. eccle. cap. pastoralis. de iure patro. et innumeris alijs in locis. Ne sim verbosior, legibus omnibus iudicium claudicans improbatur, equalitas precipitur. prouerbialiter hoc dicunt, equa lance iudicare, et vna eademque lance trutinari. l. non tantum. ff. de re iud. l. quum quis de natur. lib. et. l. vt liberis. de collat. C. et alibi. Trutina nobis est adhuc, vt fuit antiquis, symbolum iustitie. in iudicijs hec, vbi non debet vni licere, quod alteri non permittitur. l. non debet. ff. de reg. iuris. expectatur et ab arbitris equalitas, quorum iussum non oportet in alterius persona ratum esse, in alterius non. l. si quum dies. §. pe. ff. de arb. sed pacta pleraq; nos et priuatorum contractus ex equitate, papinianum sequentes, interpretamur. l. si socius pro filia. ff. pro socio. Et sunt actiones mutue prodite, obligationesq; mutue. l. si idem. ff. de iurisd. instit. de autor. tuto. §. de mutuis petit. que nituntur equalitate omnia. vitanda quoq; est inequalitas in bonis paternis inter liberos diuidendis, vt precipuum aliquid nullus habeat, et quod preceperit in medium quisq; conferat. l. j. de collat. bon. ff. auct. ex testamento. C. eodem. quo in loco multa Baldus. Fertur Solonis celebrata vox, quemadmodum scribit in huius vita Plutarchus, equalitatem minime bellum efficere. inequalitas est discordiarum mater, equalitate continetur concordia. describtus est a Cicerone finis in iure ciuili, qui alius non est, quam legitime atq; vsitate in rebus causisq; ciuium equalitatis conseruatio. primo de orat. libro. Et in partitionibus orat. equitas, ait, est que directi, et veri, et iusti, et, vt dicitur, equi et boni ratione defenditur et consistit, id est, illa simplex et naturalis bonitas, qua nemini nocere, omnibus prodesse cupimus, suum cuiq; tribuentes, opprimentes neminem, semper ad rectam veritatis normam viuentes, equitas appellatur. vnde veteres illi iurisconsulti vocantur arbitri equitatis, qui iuris ciuilis institutiones ediderunt ad sopiendas dissidentium lites. can. responsa. dist. ij. his, atq; alijs pluribus, sed omnia sicuti cum decoro dici non possunt vno in loco, ita nec debet, in ciuitate nostra christiana statuitur isonomia, perpetua comes Aristocratie, turpis enim est omnis pars vniuerso suo non congruens, secundum quam equaliter omnes ad salutem sine sexus varietate, sine annorum discrimine recipit ecclesia, quando quidem, quod Paulus ad galathas scribit, neq; liber est, neque seruus quisq;, nec Scyta, nec Romanus, immo neq; vir, neq; femina in Christo Iesu, qui cunctis eterne vite lumen pari equalitate largitur, ait Ciprianus in can. nec quemquam. de cons. dist. iiij. Aristotiles quinto Ethicorum, et in tertio politicon de equalitate ciuili disputans, hanc appellat To cataxian dichieon, id est, ius secundum dignitatem, quod pro cuiusq; dignitate premia distribuit et honores, penasve statuit proportione quadam. i. rationis equalitate seruata, contra quam si quid distributum fuerit, non ius erit, sed iniuria, vt si sint in postremis, quos omnium primos esse conueniebat, primasq; ferant bipedum postremi. pendet hinc sequens conclusio.

¶ A quo tamen non est alienum, quod aiunt, aliter cum regibus, et aliter cum alijs agendum esse.

DE ÆQVITATE.

¶ Equitas, vt cum Bart. scribit Albericus, est iuris temperamentum, ex causa recedens a communibus regulis iuris. l. prima. C. de legib. ius a cunctis vult obseruari, siue lege constet, siue moribus, ad prescriptam semel normam recta omnia, et inflexibilia exigens, autore donato. Equitas vero multum de iure remittit, hec iustitie maxime propria est, vt scribit Cic. Offi. j. vnde sumpta videri potest illa Constantini, et Lucij impp. constitutio. Placuit in omnibus rebus precipuam esse iustitie equitatisq; scripte, quam stricti iuris rationem. C. de iud. cui concinit. c. vlt. de transact. non est equitas aliud, nisi quedam iudicandi et decernendi equalitas, non eadem omnibus, sed suum cuiq; tribuens. Equalitas enim est seruato rerum discrimine, cuiq; pro sua dignitate distribuere quod decet, et officio conuenit. Hoc in Exegesi probaui, postrema hec. c. de multa exponens verba, que maioribus beneficijs etc. Si quid equaliter inter aliquos diuidendum est, vni plus, alij minus dari potest, equalitas enim boni viri definitur arbitratu. quod asserit Bar. in. l. iij. ff. de annuis leg. isonomian interpretatur idem Cic. in primo de na. deo. equabilem tributionem, quasi ait. omnibus omnia, paria paribus respondent. quemadmodum in repu. bene instituta nihil est equatione bonorum et fortunarum capitalius quamuis pari sint omnes virtute, sic et penarum equalitas, etiam ex ijsdem facinoribus, summa esset inequalitas, summaq; iniquitas. Aliter enim serui, aliter liberi puniuntur. l. Aut facta. ff. de penis. Et hic aliter cum regibus, et aliter cum alijs agendum esse dicitur, nam in inferendis coactionibus dignitati deferendum est, et persone. c. Pastoralibus. de offi. deleg. Et cap. ij. eodem titu. in. vj. Festiuiter dixit Plinius equalitate in ferendis sententijs nihil inueniri posse inequalius. Adsit igitur, quod monet Horatius, Regula peccatis que penas irroget equas, Nec scutica dignum horribili sectere flagello. Ita rem hanc satis confusam digero vt ordinario iure, mitius et leuius plectendos putem, qui sunt aliqua dignitate nobiles, quam qui priuati viuunt, et ignobiles. can. qui contra. xxiiij. q. j. Neque enim decuriones in metallum damnari possunt, nec furce subijci, vel viui exuri debent. l. Mors est. §. Sed enim sciendum est. ff. de penis. que sunt humiliorum pene. Et qui gradus ecclesiasticos meruerunt nullis verberibus subiacere debent. can. Quum beatus. xlv. dist. nisi forte criminis modus, et accidens qualitas grauius quiddam postularet. l. quedam. d. tit. de penis. et. d. can. quum beatus. quis nescit famosos puniri durius, quam integre fame homines? vt illo ti. dicitur. in fi. l. Capitalium. quandoq; videre est vnicuipiam delictum vel nullam vel leuissimam irrogare penam, quam dat alij grauissimam. Et inuenies, vbi par omnium pena constituta sit, etenim differentia nulla est, ecclesiasticus aliquis. an laicus ignobilis, an nobilis damnetur hereseos. cap. Ad abolendam. De heret. Et miles quandoq; punietur, vbi ne paganus quidem appellabitur, vt ebrius clericus acerrime castigatur, quum propter annos et minoribus parcatur. can. Ante omnia. xxxv. dist. dignitas, vt plurimum, crimen auget, criminisq; punitionem. Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. ait Satyricus. et simile est. in can. Nulli fas. xxv. questione prima. Qui non possunt nisi magno populi malo, et scandalo peccare, crudeliore pena digni sunt, non crudelitate sententie, sed correctionis exemplo. can. Precipue. xj. questione tertia. l. presbiteri. C. de Episco. et cler. Quod si publica cesset offensio, seuerius in omni supplicio punire solent ignobiles, quam nobiles, idcirco dixi supra, iure ordinario, secundum quod ex personarum conditione et factorum violentia pene sunt diligenter estimande, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa postulet. l. iiij. ff. de incen. etc. Perpenso itaq; iudicio respiciendum est iudicanti, quid queq; res exigat, vt quam velit ille sententiam ferat, vel grauiorem vel leuiorem, Sunt enim pene omnes hodie arbitrarie, sed ita, vt moderationem non excedamus. l. Respiciendum. Et. l. hodie. ff. De penis. In ciuilibus componendis controuersijs quatenus oporteat equitatem sequi, nostri varias distinctiones afferunt. summatim more meo dicam iudex in omnibus legem seruare tenetur quatuncunq; dura sit et austera, neq; enim iudex clementior lege velle videri debet. Solius principis est, vbi ius et equitas pugnant, interpretationem mediam inspicere. Que tamen lex equitate nititur, semper est ab omnibus amplectenda, Pariter et seruanda est equitas in definiendo negocio, quod nulla lata lege decisum est oportet, inquit Inno. ex equo et bono iudicem statuere, cuius arbitrio res committitur. Pars equitatis multo maxima est, in causis expediun-

dis summarie procedere, periniquum est protelare lites, equum est igitur abbreuiare lites, ait Feli. in cap. ex parte. ij. de offi. dele. ga. hoc si qui non obseruent, equitatis iudices appellari non debent. Prodita que diximus de equitate. §. citatis in principio, locis inuenies. Quibus conuenienter non probat Aristoteles in vlla repub. sed nec in regno iudices esse, qui non legibus, sed arbitrio suo iudicent, potissimum si qui sint, qui in rixosa quadã & que stuaria iuris scientia consenuerunt, & per obliquas causidicorum strophas bubali nare ducuntur. Acribodiceos tales omnes instituit, legum prescripto iurisque regulis astrictos, quas prefracte & exacte custodiant, nisi qua forte accidant legibus nõ definita, tũc opus est epieichdia, id est equitate. Congenita nobis affectio sepe nos transuersos agit, vnde lex reuocat & ratio. Nec dignitas, immo nec etas aliquem liberat ab his animi perturbationibus. Quid illud verbi est. A senioribus egressa est iniquitas. Et senes erant, & sacerdotes, & populi iudices, qui suis testimonijs Susannam lapidarunt. Omnes igitur legibus obediunto. Ceterum, de legibus humanis, vt bono viro suum sit arbitrium, non licet in diuinis epieichisin, quod scriptum est, exequendum est. Sic Moises populo Deut. xij. non facietis singuli, quod vobis rectum videtur, sed quod precipio tibi, hec tantum facito domino, nec addas quicquam, aut minuas.

SOPHO SVO.

Qualem Esse cupiam ciuitatem Christianã, vides dulcis. Sophe. que nr̃a tuo, tuiq; similium iudicio supponimus. Neque enim vlla in re litem meã facere volo. Ne[illegible] is ego sum, qui cuz inueteratis hominum studijs contendere velim, quippe cui veritas et non valde placeat, quum seditiosa est. Pauculis his, qualiacũq; sint, omnem mihi materiam comprehendere visus sum, que propius attingit ad hoc cap. nouit. nixus magis euangelicis scripturis, & ecclesiastis decretis, q̃ ciuili vllo, vel oligarchico iure, quod huc duntaxat aduoco in subsidium, neque enim lex principis alicuius ecclesiam congregauit, sed fides Christi, a quo vno est hec Aristocratia nostra, quam si quis mecum non probat, & in illa nescio qua viuere malit monarchia, nil moror, p me sint omnia protinus alba, qui malim monitor esse, q̃ dogmatistes. Quicunq; tamen, quales ve simus, & vbicunq; simus ac viuamus, omnes audiamus apostolum precipientem cunctis, obedite prepositis vestris, & subiacete eis. Ad Hebreos vlt.

FINIS

Tractatus Regiminis mundi

Authore Michaele Ulcurruno Pampilonen. J. U. D. Quem Tractatum ipse author Opus imperiale inscripsit.

Proemium.

In principio deus creauit hominez, ad imaginem, & similitudinez suã. Gen. c. j. cũ p̃ticipatiõe sui luminis diuini. Psal. iiij. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, quod nos ius naturale dicimus. Et istud ius naturale fuit ab exordio rationalis creature. vt dicit tex. in. c. nõ est peccatum, quasi in fin. distinctio. vj. & institu. de rerum diui. §. singulorum. Et dimisit deus hominẽ in manu consilij sui. Eccle. c. xv. Precepitq; ei, ne de ligno scientie boni, & mali comederet. Gen. c. ij. oia q; animãtia subiecit ei. psal. viij. Et sic est hominis lex, vt s̃m propriã rationẽ operaret̃, fuit ex ordinatione diuina, q̃ lex naturalis erat tã valida in primo statu. s̃m sanctũ Tho. j. ij. q. xcj. arti. vj. q̃ nihil sensualitas faciebat prima ꝯ rationẽ. S; ꝓpter pctm̃ originale, q̃ primus parens ꝯ preceptũ dñi comedit de illo ligno vetito. Gen. c. iij. incurrit in hoc, q̃ ferat̃ s̃m appetitũ sensualitatis. Et hoc vnicuiq; cõtingit, q̃to magis a ratione discedit, tãto magis assimilat̃ irrationali creature. Psal. xlviij. Et hõ cũ in honore esset, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Deinde hõ ꝓpter cõsuetudinẽ peccandi obscurat̃ in particularibus agẽdis, vt dicit sctũs Tho. prima. ij. q. xcix. ar. j. Inde sequitur illud prouer. ix. Cogitationes hoiuz timide, & incerte ꝓuidẽtie nostre. Inde est, q̃ humane rationi naturale sit (cũ sit imperfecta) vt gradatiz de magis imperfecto, ad minus imperfectũ veniat. Et primi, qui inuenerũt, attentarunt aliquid vtile communitati hominum non valentes omnia ex ipsis considerare, posteriores solent instituere aliqua, que i paucioribus deficere possunt a communi vtilitate hominum. Facturus igitur iuris interpretationem, cum antiqui iuris cõsulti ab initijs vrbis Romane de origine iuris ciuilis omniumq; magistratuum successione, iuris prudentum repetendum existimauerũt. l. j. ff. de origi. iuris. cũ rubro. Nos vero qui posteriores sumus, tũ etiaz lumẽ diuinũ nobis ab exordio impressum, cũ propter peccatũ fuerit obscuratũ, diuinis scriptis est nunc magis illuminatũ. Ideo iustum esse nobis visuz est, vt ab initio ciuitatis prime, que fuit illico, quo minor mundus (qui alias microcosmus dicitur) fuit creatus, iuris interpretationem assumamus. Quoniam proprie dici põt ipse primus homo ciuitas, que nihil aliud est q̃ vnio multitudinis ciuium. Sic in illo primo statu pfectionis sola ratio dominabatur, cui oẽs potẽtie humane obediebãt, & ideo erat vnio omniũ potentiaꝝ cum ratione. Et ad hoc denotandum, fuit in principio creatus vnus, & non plures homines. Ut sicut ex vno homine omnes descendimus, ita debet esse vnio, & societas inter omnes homines, prout ecclesia cantat. Deus qui corda fidelium vnius efficis voluntatis. Exordium enim ab vnitate proficiscitur capi. loquitur. xxiiij. qõ. j. Unde etiam dominus edificat ciuitatem supernam ad similitudinem ciuitatis terrene. Psal. cxxj. Hierusalem que edificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Et diuina participatio in homine dr̃ ius naturale. De quo iure, inuocato diuini numinis auxilio, a quo omne datum optimũ & omne donũ perfectũ descendit. Iaco. j. c. sine quo nihil validum nihil sanctũ, interpretationẽ assumendo, cum superioribus diebus materiam illam subtilem, & quotidianã preparatoriorũ iudicij, q̃ prius a nostris docto. non bene explicatã, & in pluribus iudicijs fere extinctam reperimus, deo duce in forma repetitionis super. §. iulianus. l. si finita. de dam. infec. ff. s̃m mentẽ iuriũ explanauimus. Nũc vero animaduertens humanũ genus in pluribus partibus periclitari, tũz propter omissionem principiorum, que docto. relinquerunt scribẽda. Et si aliqui nixi sunt explicare, tamen non valentes comprehẽdere illa magis in confuso dimiserunt. Tum etiam propter multitudinem errorum, quos propter vitium scriptorum in quibusdã, in alijs vero voluminibus libroꝝ propter inaduertentiam aliquorũ iuriũ interpretũ inuenimus. Hinc in fame sitiq; iustitie constitutus, cum omnis fere spes remedij mihi deficeret, leuaui oculos meos, vnde veniret auxiliũ mihi. Et illico diuina inspiratione intellexi, auxilium meum a domino. Et cum in his meditarer, occurit mihi versus prophete. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Et cum lex communem vtilitatem respiciat, visum fuit in hoc intentioni mee in aliquo me satisfacere posse, inuocaui dominum dicens. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & dedit mihi sensum, ex quo diuino numine adiutus, percepi quatuor discutiẽda, que in iuribus nostris hactenus remanserunt declaranda. Primum de lege, dũ dicit, legem. Secundum de legislatore, dum dicit, pone domine. Tertium, qualis debet esse lex, ibi dum dicit, viam iustificationuz tuarum. Quartum de executore legum, ibi, & exquiram eam semper. Et cum huius legis arbitrium supremum in vnum optimuz, qui in temporalibus imperator dicitur, sit redactum, ideo ad regimen totius orbis terre, hoc opus imperiale nomen habebit. Quod diuidetur in quatuor partes. In prima tractabitur de lege. In secunda vero de conditore legis. In tertia de iustificatione legis. In quarta de executore legis. Deinde quelibet pars determinabitur per questiones principales. Et hinc quelibet questio sub diuisionibus separatis finem accipiet.

PRIMA PARS.

Istam primaz partem examinabimus per quinq; principales questiones.
In prima questione dicetur in genere, quid sit lex.
In secunda, quotuplex sit lex.
In tertia, de lege naturali siue diuina.
In quarta, de lege humana.
In quinta, de differentia inter ius canonicum, & ius ciuile.

SVMMARIVM

1 Uocabuli significatio in omni disciplina in primis explicanda.
Diffinitionis effectus qui sint.
2 Legis diffinitio in genere.
3 Lex

¶ Prima questio principalis.

1
Um igitur †Juxta con-
silium iuris
consulti in.l.j.ff.si cer.peta. primo sit
referenduꝫ de significatione vocabu-
li, que per diffinitionem terminatur.
l.j.ff.de dolo.ná vt illo tex.satis pro-
batur. Primo omnis bona diffini-
tio conuertitur cum suo diffinito. Se-
cundo dicit omnem quiditatem ⁊ es-
sentiam diffiniti. Jtem tertio, qꝛ sepa-
rat diffinitum a quolibet alio, ⁊ hec
2 tria requiruntur in bona diffinitione. †Lex enim in genere potest
sic diffiniri, ſm sanctũ Tho.j.ij.q.xc.arti.iij. quod lex est quedam
rationis ordinatio, ad bonum commune, ab eo qui curam com-
munitatis habet, promulgata. Et licet diffinitiones sint periculo-
se, vt patet in.d.l.prima, tamen hec diffinitio cõtinet dictas tres
conditiones bone diffinitionis. dicit enim primo, qḋ sit ordinatio
rationis, qḋ requiritur.c.consuetudo.j.dist. Ubi dicit tex. qm̃ le-
3 gẽ ratio comendat. Secundo dicit, ad bonum commune †ad de-
notandum, qḋ lex debet respicere vtilitatem communem omniũ,
⁊ debet esse communis, vt dicit tex.in auct.de nõ alie.aut permu.
§.quia vero verisimile.in fi.ibi oportet enim. colla.ij. Tertio di-
cit ab eo, qui curaꝫ habet, in quo denotatur potestas eius, qui cõ-
dit legem. Jn lege diuina solus deus, in lege vero humana qui ha-
beant hanc potestatem.j.dicemus. Jtem quarto dicit, promulga-
ta, ⁊ sic requiritur promulgatio, que, qualiter fiat.j.dicetur. vides
qualiter hec diffinitio quiditatem ⁊ essentiam legis continet, con-
uertitur cum suo diffinito, ⁊ separat diffinitum a quolibet. Sꝫ cũ
lex sit quid summum in rebus creatis ⁊ difficillimum, ad intelligẽ-
tiam.j.dicendorum opus est, vt latius dicamus de significatione
4 huius vocabuli, †⁊ vt dicit sanctus doct.j.ij.q.xc.artic.j. Lex est
quedam regula, ⁊ mensura actuum, ſm quam inducitur quis ad
agendum, vel ab agendo retrahitur. Et sic obligat ad agendum,
nam lex dicitur a ligando. Et accipitur dupliciter, vno modo si-
cut in mensura regulãte, ⁊ per hunc modũ, lex est in ratione sola,
que est mẽsura regulans. Alio modo est, sicut in regulato ⁊ men-
surato, ⁊ sic lex est in omnibus, que inclinantur in aliquid ex ali-
qua lege dicitur lex non essentialiter, sed participatiue. Hinc est, si-
cut lex humana secundum quod est in regulãte, seu in ratione pra-
tica, ita etiam lex eterna est, prout in regulante in ratione siue pro-
uidentia diuina. Et sicut in lege humana prout in regulato accipi-
tur, lex est participatiue in regulatis, qui subduntur legislatori, ita
etiam lex diuina, quia omnia subsunt deo legislatori, est in omni-
bus participatiue. Et sic habes, quid sit lex, que potest intelligi ḋ
lege diuina, ⁊ humana, prout hic diffinitur, assumendo legeꝫ in ge-
nere generalissimo. Sed vt clarius constat de veritate huius diffi-
nitionis, vid etur primo posse opponi contra illam.
¶ Quia videmus, quod sunt alique leges, in quibus non sunt om-
5 nia contenta in diffinitione. †nam ꝯstitutiones inducentes bella,
⁊ seruitutes sunt contra rationem naturalem, cum libertas sit de
iure naturali, ergo seruitus est contra ius naturale, ⁊ per ꝯñs ꝯ̃ ra-
tionem naturalem. Et ita hoc fatetur Bart.in.l.si id qḋ.ff.de cõ-
6 di.indebi. †Et idem dicit de dñio, cũ iure naturali omnia sint cõ-
munia.c.ius naturale.j.dist.⁊.c.quo iure.viij.dis. Sꝫ tu dic ꝯ̃riũ.
nam vt dicit tex.in.§.singulorum.de re.diui.insti.⁊ apertius, in.§.
fere.ver.quod enim, ibi naturali ratione occupanti conceditur.
7 ¶ Et pro solutione responde, †quod libertas ⁊ possessio commu-
nis omnium non sunt proprie de iure naturali, vt latius dicemus
⁊ probabimus.j.in tertia parte, ⁊ sic non est inconueniens, qḋ ra-
tione naturali sint inducte ṕdicte ꝯstitutiones, ⁊ sic remanet ve-
ra.d.diffinitio.⁊.d.c.ꝯsuetudo.⁊.c.erit aũt.iiij.dist.cum glo. ibi.
¶ Jtem secundo arguitur ꝯ̃ eandem diffinitionem, de.l.j.ff.de iu-
sti.⁊ iur.vbi in.§.huius studij, fit diuisio iuris in publicum ⁊ priua-
tum. Et illud ius priuatum est tripartitũ, in ius naturale, gẽtiũ, ⁊
ciuile. Et sic est contra diffinitionem ⁊ contra tex.in.d.§.quia ve-
ro verisimile.ver.opꝫ.vbi cauetur, qḋ lex dꝫ eẽ constituta in vtili-
tatem cõem, sed non in priuatam vtilitatem. Tamen in.d.§.hu-
ius studij, dicitur, ꝙ ius priuatum est ad singuloruꝫ vtilitatẽ. Pu-
blicum vero ad statum rei Romane.
¶ Sed dico, licet gl.ibi in aliquo posset morderi. Bart.tamẽ si nõ
habuit respectũ ad gl.bene soluit, ⁊ defendi põt, lꝫ quidam Mo-
dernus ibi volens reprehendere Bar.aliqua superflua dicit. Sꝫ
tu sub breuibus dic, principalis intentio legis semper est ad bonũ
cõe felicitatis humane. Sed qñ disponit super statu alicuius rei-
publice, vel cõitatis, siue re totius cõitatis, effectus legis incipit
in cõi, deinde secundario venit in priuatos, ⁊ iõ dr̃ ius publicum.
8 †Sed qñ lex nõ disponit super re cõi, tñ intẽtio legis est cõis, hoc
est pacificus status totius cõitatis, tñ effectus legis incipit in pri-
uatis, vt quilibet particularis sit pacificus in hac felicitate huma-
na, ⁊ sic oibus existentibus in pace, tota cõitas est in statu trãquil-
litatis, ⁊ sic secundario, ⁊ ideo in lege dꝫ esse intentio principalis
vtilitatis cõis, vt oẽs cõprehendat. Sed hoc esse nõ põt respectu
iuris priuati, nisi ex principio felicitatis priuatoꝝ. Et ideo ꝓpter
principium effectus legis, hoc est respectu regulatorum per legẽ,
vt supra diximus. dicitur ius priuatuꝫ. Sꝫ in iure publico, effect⁹
legis in regulato incipit in cõmuni, secũdario in particularibus.
Sed inquantũ lex cõsideratur in regulãte, si rõne est regulata, cũ
ipse sit cõstitutus ad cõmmunẽ curã omniũ, impossibile est qḋ pos-
sit esse in priuatã vtilitatem ꝯstituta. Et sic defenditur diffinitio
ṕdicta, defenditur etiã Bart. Et sic debes intelligere dicta iura.
¶ Jtem tertio opponitur ꝯ̃ diffinitionẽ, in eo qḋ dicit ab eo q cu-
rã cõitatis hꝫ. Nã videm⁹ aliquos principes facere leges ad cu-
piditatẽ propriam, vel gloriã. Et sic omissa illa cura cõmunitatis
vel etiã qꝛ caret tali cura, qui proprie dicuntur tyranni.
9 ¶ Ad hoc rñdet sanctus Tho.j.ij.q.xc.iij.arti.iij. †qḋ lex dr̃ ini-
qua, non solum qñ nõ ordinatur ad bonum cõe, sed ẽt ex auctore,
qꝛ caret potestate, vt sunt tyrani. vel quia inequaliter imponũtur
onera multitudini, licet sint in vtilitatem cõem. Et de talibus di-
citur, ve qui condunt leges iniquas. Esaie.c.x. Et sic sunt leges.
tñ ſm Augusti.in primo libro, de libe.arbi. leges esse non vñr, cũ
10 iuste non fuerint. †Unde tales leges non obligant in foro ꝯscien-
tie, nisi propter vitandũ scandalũ, iuxta illud Matth.v. si anga-
riauerit te aliquis mille passus, vade cum eo ⁊ alia duo. Et sic ta-
les leges proprie non dicuntur leges, sed potius violentie.
¶ Jtem quarto opponitur ad id quod in diffinitione ponitur, pro-
mulgata. Et sic ad essentiã legis requiritur promulgatio. Sꝫ ista
diffinitio est gñalis, vt.s̃.diximus, cõprehendit etiã legem natura-
lem, sed sic est, qḋ hec lex naturalis inest creature ab exordio crea-
tionis, ⁊ sic non bene adaptatur hec diffinitio ad omnem legem.
¶ Sed ad hoc dico quod bene conuenit hec diffinitio iuri natura-
li, tamen quia pro intelligentia solutionis requiritur cognitio iu-
ris naturalis, ideo pro responsione ad tertiam principalem que-
stionem huius prime partis me remitto.

SVMMARIVM

¶ Secunda questio principalis.

Jrca secundam principalem qõnẽ
hui⁹ prime partis
1 †Augusti.in primo lib.de li.arbit.ponit duas leges,
vcꝫ eternam ⁊ temporaleꝫ, quam dicit humanam.cõ-
cordat Jsidorus in.v.lib.ethimologiarũ vt refert tex.in.c.omnis
j.dist.vbi dicitur. Omnes leges aut diuine sunt, aut humane.
¶ Sed con tra hoc oppono fortiter, de.ca.j.dist.j.⁊ Matthe.vij.
Omnia quecunqꝫ vultis, vt faciãt vobis homines, ⁊ vos eadem
facite illis. Hec est eniꝫ lex, ⁊ ꝓphete, ⁊ istud est lex naturalis, siue
ius naturale. Et sic vna est lex non plures, hoc est enim lex, dicit, ⁊

non leges. ¶ Item secundo opponitur, dicit idem Augustinus
2 in primo libro. de liber. arbi. † In lege humana nil est iustum ac rectum, ꝙ a lege eterna hoies sibi nō deriuauerint, hoc est a iure naturali, vt. j. in sequēti principali. q. dicemus. Itē dicit text. in capitulo fin. nona distinctio. leges diuine naturali, de iure consistunt. Si ergo lex humana deriuat̄ a iure naturali, ⁊ leges diuine natura cōsistunt, sequitur non sunt due leges, sed vna vcꝫ natura
3 lis. ¶ Itē tertio arguo fortissime. † Deus candē curā habebat rōnalis creature nūc, sicut in principio, vt dicit Boetius. O qui ꝑpetua mundū rōne gubernas, ⁊ sic sua gubernatio est vna ⁊ ꝑpetua. Cōfirmat tex. in. c. j. de reli. ⁊ vene. sanc. In principio ineffabilis altitudo prudētie dei, nullis inclusa limitibus, ⁊ nullis terminis cōprehēsa, recti cēsura iudicij, celestia pariter ⁊ terrena dispo nit. Et sicut deus loquebat̄ Moysi ⁊ alijs pluribus, vt pꝫ ex testō
4 veteri ⁊ nouo, ita ēt in principio. † nā vt dicit tex. Ambro. d̄ peni. di. ij. in. c. primus hō cōfabulator erat assiduus dei. nō cures d̄ expositione gl. i. p ꝯtēplationē, q̄ꝛ vt dr̄ Gen. j. ij. ⁊. iij. c. Deus loquebat̄ cū Adā, ⁊ ēt cū alijs, ⁊ ad Cayꝫ, lꝫ eēt malus ⁊ fratricida, tñ ei loquebat̄ deus. Et Gen. c. iiij. tñ videmus, qd̄ in illo primo statu sola lex naturalis erat, ⁊ sine ꝯstitutione hoies viuebant. vt dicit ēt Bar. in. d. l. si id qd̄. ff. de ꝯdi. indebi. Ergo postꝙ eadeꝫ est dilectio ⁊ gubernatio dei erga creaturā rōnalē nūc, sicut in principio, infertur, qd̄ sicut tūc vna erat lex. s. naturalis, ita ēt nūc, licet fuerit in scriptis redacta. alias. n. si lex eēt diuersa, eēnt diuersa regimina, ⁊ mutatio volūtatis diuine in gubernatiōe humane creature. qd̄ eēt ꝯ̄ predictas rōnes ⁊ auctoritates. Et habemus tex. i iure nr̄o. insti. de iure natu. §. sꝫ nālia. ea que a ꝓuidētia diuina ꝓcedūt, sunt imutabilia. Sꝫ creatura rōnalis eodē mō ꝓcedebat i primo illo statu, sicut nūc diuina ꝓuidētia, ⁊ sic eadē gubernatio, ⁊ eadē ēt lex. ⁊ hec argumēta sunt indissolubilia, ⁊ nō pñt habere respōsionem. Ponamus ergo qd̄ lex est vna videlicet naturalis.

¶ Quid ergo dicemus ad auctoritates Augusti. ⁊ Isidori, ⁊ tota schola theologoꝝ ⁊ iuristarū tꝫ, ꝙ due sunt leges. August. dicit, ⁊ ponit duas leges, vcꝫ eternā, ⁊ tpalē. Isidorus vo diuinā, ⁊ humanā. Immo idē Aug. vr̄ sibi ꝯ̄rius, nā semel ponit dictas duas leges. Et iterū dicit. qd̄ in humana lege nihil est iustum, qd̄ a lege eterna hoies sibi nō d̄riuauerint. ⁊ sic sicut lex eterna, ita ēt lex humana erit ⁊ sic ambe sunt eterne, ⁊ nō erit dr̄ia, nisi illa que est totius ad ptē. Sicut flumina deriuant̄ a mari, tñ aqua fluminis eadē est, sicut illa que est in mare, humida, ⁊ eiusdē qualitatis. ⁊ ea q̄ dñr de lege eterna, debēt dici de lege humana. l. q̄ de tota. ff. d̄ rei ven. ⁊ sic est de necessitate dōm, qd̄ aut lex humana nō deriuatur a lege eterna, aut si deriuatur, nō sunt due leges, sꝫ lex humana deriuata a lege eterna est pars legis eterne. ecce vides difficultateꝫ additā difficultati inter auctoritates eiusdē Augustin. doctoris ab ecclesia approbati. d. c. j. de reliq. ⁊ vene. sanc. in. vi.

¶ Unde pro solutione harum difficultatū ꝯsidera, sicut deus ꝯstituit hoī duas ciuitates, vnā vcꝫ celestē, que est illa Hierusalē, que
5 edificatur vt ciuitas. Psal. cxxj. ⁊ aliā vcꝫ terrenā. † Ita in hoie ꝯstituit a natura duas vitas, vcꝫ tpalē, ⁊ eternā. Pro tpali vita dicit, nolite timere eos, q̄ occidunt corpus. Et pro vita eterna dr̄ Jo. xj. c. Et omnis qui viuit ⁊ credit in me, nō morieē in eternum.
6 † Ita ēt a natura oportebat homini dare duas leges, vnā pro acquisitione celestis Hierusalē. Aliā vero pro ciuitate terrena conseruanda tpaliter. Et hoc denotāt verba Gene. c. j. Faciamus hominē ad imaginē, ⁊ similitudinē nostrā, ⁊ sic dādo ei siue creando in eo vitā eternā, sicut deus est eternus. Lꝫ mali postea p electionē pro vita p sua mala opera eligunt, ⁊ ꝯsequunt̄ mortē eternam. Deinde dicit, crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā, ecce dedi vobis oēm herbaꝫ afferētē semē sup terrā ⁊ vniuersa ligna ⁊c. vt sint vobis in escā. ⁊ sic pro hac vita tpali ꝯseruāda, ⁊ ita respectu huius vite tpalis ⁊ fidelitatis humane dr̄ lex tpalis, que tēdit ad trāquillitatē vite tpalis. Et sicut hō hꝫ a natura inclinationē ad ꝑpetuitatē, hoc est ad vitā eternā, ita ēt hꝫ a natura ad ꝯseruationē huius vite tpalis inclinationē, ⁊ hoc est ius nāle, qd̄ est lex eterna, vt. j. ij. q. principali dicemus. Et istud ius naturale est lex eterna, que procedit a rōne eterna, ⁊ sic respectu regulātis. Sꝫ s̄m qd̄ est in regulato. dupliciter dirigit illū, prout est in creatura rōnali, vcꝫ ad vitā eternā. Et hoc mō est lex diuina, put dicit Isidorus. Uel eterna, s̄m qd̄ dicit Augu. in positione duaꝝ legū, ⁊ ēt dirigit ad
7 felicitatē humanā, siue tpalē vitā, ⁊ hoc mō dr̄ lex humana. † Et sic dꝫ intelligi dictū Augu. qd̄ in lege humana nihil est iustum qd̄ nō deriuauerint homines a lege eterna, hoc est a iure naturali, vt
8 vides. Et specialius in sequenti. q. dicemus. † Et hoc est qd̄ dicit tex. in auct. quo opor. epis. in prin. coll. j. vbi dr̄, qd̄ ab vno ⁊ codē principio ꝓcedunt sacerdotiū, ⁊ imperiū, hoc est intelligēdū a iure naturali, a quo deriuant̄ iura diuina ⁊ humana. Sacerdotium diuinis ministrat, imperiū vero humanis preest. Et sic intelligunt̄ ꝑdicta iura ⁊ dicta sanctoꝝ doctoꝝ. Et sic ēt apparet ꝙ ille Modernus in quodā ope de vltimo fine iuris canonici ⁊ ciuilis. ⁊ in tit. de iusti. ⁊ iur. ff. nixus est aliquid dicere de naturali iure, sed parū, aut nihil boni dicit. Itē p hoc infero ꝙ Car. zab. non bñ dicit in principio sui operis sup clemen. Nihil nouū in eternis soluꝫ, ⁊ nō in his que corrūpunt̄ possit verificari, cū terrena sicut eterna i ratiōali creatura a iure naturali ꝺpēdeāt. Et ꝗuis ꝑdicta ⁊ multa que dicētur, ab aliquo hactenus nō sint ita declarata, nō ppea sunt noua, ⁊ sic vere dr̄, nihil nouum. Propterea cū peccatū non dependeat a iure naturali, ꝓ nullo iudicat̄, sꝫ qd̄ est bonū deriuatur
9 a iure naturali, ⁊ sic nō est nouuꝫ. † Et sic Gratianus in principio decretoꝝ nō bñ exorditur, dum dicit, humanū genus regi naturali iure ⁊ morib⁹, quasi velit dicere, qd̄ mores hoiuꝫ sint differētes naturali iure, ⁊ diuina auctoritas per eum allegata ipsum condēnat. ꝙ ex hoc iure naturali, ꝙ tibi vis alteri facies. fine oia q̄cūqꝫ vultis vt faciant vobis homines, vos eadē facite illis, ex quo ois lex pēdet. Ideo melius dicit Isidorus in. d. c. oēs. j. di. oēs leges aut diuine sunt, aut humane. Intellige oēs leges scripte, q̄ꝛ lex naturalis a qua dependet lex diuina, nō ē scripta, ⁊ humana, licet sit
10 diuina, nō ē scripta ab extra, sꝫ in corde. † Itē caue, ne decipiaris in eo ꝙ sequitur, diuine natura humane moribus constant. Intellige licet humane a natura procedāt, tñ nō immediate, sed mediātibus moribus. Sed diuine immediate, actus enim hominum a natura procedunt, qui actus morales dicuntur. Et hoc est quod vult Cicero in sua rethorica. Initium iuris est a natura profectū postea res a natura profectas, ⁊ consuetudine probatas legū metus ⁊ religio sanxit. Et sic humane leges moribus consistunt, qui tñ procedūt a natura. Sꝫ qñ illi mores, qui ꝓcedūt a natura, fuerint ꝓbati cōsuetudine, efficitur lex humana. Sꝫ lex diuina nō indiget approbatiōe ex ꝯsuetudine, vel alr̄ ex aliquo actu hominū sꝫ potius lex diuina approbat actus hominū. Et iō leges diuine, que nō sunt determinationes iuris naturalis, dñr morales. Et sic qñ doctores sancti distinguunt legē diuinā ad humana lege, intellige d̄ lege scripta. Et sic loquit̄ tex. in. d. c. oēs. ⁊ Augustin⁹ vbi. s.

¶ Predictis sic presuppositis, iuxta id ꝙ in principio diximus, assumamus istud ius naturale siue legē naturalē, ⁊ hec est lex eter
11 na, nō scripta. † Ex hac lege deriuatur lex diuina scripta, vt dicit ēt tex. in. c. fi. ix. dis. ibi leges diuine natura cōsistūt. ⁊ in. c. fi. vj. di. §. his itaqꝫ in lege ⁊ euangelio naturale ius ꝯtinetur. Itē ius canonicū, in q̄ nihil aliud cōtinet̄, nisi ꝙ in diuinis scripturis, ⁊ legibus inuenit̄. Et sic habes, ꝙ ius, ꝓ tendit ad felicitatē eternaꝫ est tripartitū, vcꝫ ius naturale, inquantū inclinat hominē ad eternam vitam. Item ius diuinum scriptuꝫ. Item ius canonicū hoc probatur ex text. in. d. c. fina. ix. distin.

12 ¶ Item † ius humanum est etiā similiter tripartitum, vt dicit tex. in. d. l. j. ff. de iusti. ⁊ iur. collectuꝫ enim est, aut ex naturalibus preceptis ex ea parte, qua ius naturale dirigit hoieꝫ ad felicitatem humanam, aut gentium, aut ciuilibus. Et hanc tripartitioneꝫ poteris facere, siue in iure publico, siue priuato, intelligēdo priuatuꝫ ius ⁊ publicū, vt supra exposuimus. vt dicit gl. ibi in ver. tripartitum. Et q̄ꝛ idem Modernus laborat ibi, scribēdo plures columnas super isto iure publico qualiter accipiatur, dic breuiter, quod ius publicum intellige illius, qui condit legem, vel etiam communitatis que seruat tale ius publicū. Nā sicut qd̄ q̄sqꝫ populus ipse sibi ius constituit id ipsius propriū est ciuitatis, ⁊ vocat̄ ius ciuile. insti. de iure natu. §. nā. qd̄ ita si illud ius est publicū, erit ius publicū illius ciuitatis. Et si priuatū sit ius, similiter erit priuatuꝫ eiusdem, qui condidit leges, hoc est multitudinis cui preest.

SVMMARIVM

1 Jus naturale vnde ortum habuerit.
2 Juri naturali quomodo insit ratio diuina.
Uoluntas, seu ratio diuina dupliciter consideratur.
3 Jus naturale quid sit. ⁊ nu. sequen.
5 Lex naturalis quomodo est promulgata.
6 Juris naturalis diffinitio explicatur.
7 Legis naturalis opationes non sunt eedem in oībus creaturis.
8 Coniunctio maris ⁊ femine, liberoꝝ procreatio, ⁊ educatio quomodo sint animantibus omnibus communia.
9 Lex naturalis sit ne perfecta.
10 Successionem filiorū in bonis parentum nō esse iuris naturalis.
11 Jus naturale paruulis ab initio inest, si non actu, saltem potētia.
12 Jus naturale sit ne vnicum, seu vniforme in omnibus animantibus.

¶ Tertia questio principalis.

HEc Questio principalis cõtinet tredeciz questiones. Jn prima.q. dr̃ de origine iuris naturalis. Jn scd̃a dr̃, qualiter inest ratio diuina in iure naturali. Jn tertia, qd est ius naturale. Jn quarta, de operationibus iuris naturalis in aiantibus. Jn quinta, an nature po suit omne cõplemẽtũ in rebus creatis. Jn sexta, an istud ius naturale sit vniformiter in hoie, cũ alijs reb⁹ creatis, ꝛ in quo differat. Jn septima, qualiter differt istud ius naturale in hoie ab alijs animalibus. Jn octaua, an hoc ius naturale sit ꝓprie in creatura irrõnali. Jn nona. an istud ius naturale, ꝛ lex eterna sint vnũ ꝛ idẽ. Jn.x. an ius naturale per se, sine scriptura diuina sit sufficiens ad beatitudinem, ꝛ quare sunt scripture diuine. Jn.xj.q. qualiter ius diuinũ deriuat̃ a iure naturali. Jn.xij. q̃liter ius naturale determinat̃ p ius diuinũ. Jn.xiij.q. qd̃ dilectio dei ꝛ ꝓximi est iure naturali. ¶ Circa istõ ius naturale vel diuinũ glosatores iuriũ, ꝛ aliq Doc. in.c.ius naturale.j.dist. vcȝ Archi. ꝛ qdã Alexan. referẽdo alios attẽtarunt aliqd declarare, sed nihil aut parũ dicũt. Et ille Modernus in.l.j.§.ius naturale.ff.de iusti. ꝛ iu. se iactat aliquid dicere ꝑ quasdã auctoritates quas ex sancto.doc. assumit i aliquos incidit errores. Sed cũ tota felicitas eterna ꝛ tp̃alis ab hac lege naturali depẽdeat, ꝙ doctores relinquunt declarãdã, deo iuuãte iuxta vires clariori luce materiã istius iuris naturalis explicabi-
1 mus. ¶ †Et prio quero de eius origine, ad h̃ rñdet iuriscõsultus Ulpianus ꝛ bñ, in.l.j.§.ius naturae.ff.de iusti. ꝛ iur. qd̃ ꝓcedit a deo, dũ dicit natura.i. deus, docet istud ius cuncta animãtia, ꝛ sic ꝓcedit a deo, ꝛ in hoc oẽs periti ꝯcordãt, lȝ ille Modernus scripserit, ꝙ fundat̃ sup rõne pratica, sȝ minus bñ loquit̃. Cũ ẽt scũs Docto. quem ipse sepe alleg. prima.ij.q.xcvij. arti.iij. dicit, ois lex ꝓficiscitur a ratione ꝛ volũtate legislatoris. Lex quidẽ diuina ꝛ naturalis a rõnabili dei volũtate. Lex aũt humana a volũtate hoĩs rõne regulata. Et sic pȝ, id qd̃ ꝓcedit a deo, nõ põt fundari sup rõne hoĩs, q̃ est ipsa rõne pratica in moralibus, sed solũ in rõne diuina. Quã ratio humana apprehendit eo mõ quo potest.
2 ¶ †Scd̃o quero qualiter procedit siue inest hec rõ diuina in iure naturali. Ad hoc rñdet sctũs Doc.j.ij.q.xciij.art.iiij. qd̃ volũtas siue rõ diuina assumitur dupl'r. Uno mõ inquãtũ ipsa volũtas siue rõ diuina in se ipsa, vcȝ inquãtũ est ipsa dei essentia, ꝛ inquãtuȝ hoc rõ, siue lex eterna nõ subdit̃ gubernationi diuine, sed idẽ ẽ ꝙ lex eterna. ꝛ sic lex eterna, siue volũtas, aut rõ diuina est idẽ qd̃ ip se deus. Alio mõ, rõ vel volũtas diuina accipitur, ꝓut vult circa creaturas, que quidẽ sunt subiecte legi eterne, inquãtũ hax̃ rõ est in diuina sapiẽtia, ꝛ harũ respectu volũtas diuina est rõnalis siue lex diuina, ꝛ sic est qd̃ quecũq; diuine gubernationi subdunt̃, subijciuntur ẽt legi eterne. Sed ea que ꝑ hoĩes fieri pñt, subdunt̃ gubernationi humane. Sed ea q̃ ad naturã hoĩs ptinẽt, nõ subdunt̃ gubernationi humane, vcȝ vt hõ habeat aiam, vel manũ, aut pedes, ꝛ similia, que hõ hȝ a natura, sȝ subdunt̃ legi eterne oia, que sunt in rebus a deo creatis. Et sic habes, qd̃ vno mõ ꝯsiderat̃ rõ siue lex eterna, ẽm qd̃ est ipsa dei essentia. ꝛ alio mõ ẽm qd̃ vult, ꝛ est circa creaturas, ꝛ hoc ẽo mõ est in iure naturali, siue est ius naturale.
3 ¶ †Tertio quero, qd est ius naturale. Ad hoc rñdet paulus ad Ro.c.x. O altitudo diuitiarũ sapiẽtie, ꝛ sciẽtie dei, ꝙ incõprehensibilia sunt iudicia eius, ꝛ inuestigabiles vie eius, qs enim cognouit sensuȝ dñi? Et ita vr̃, cũ ius naturale sit iudiciũ dei, ꝛ ei⁹ opus, vt.s̃.diximus. infert̃ qd̃ est incõprehẽsibile ꝛ inuestigabile, ꝛ hoc verũ est hȝ ꝙ in se est ius naturale ꝓcedat a rõnabili dei volũtate, sicut nullus põt inuestigare rõnẽ diuinã, ita nec eius volũtatẽ, siue legẽ naturalẽ, nisi ipse deus. ꝛ sic iuriscõsultus i. d.§.ius nãle. relinqt eius inuestigationẽ. Sȝ quedã exẽpla effectus iuris naturalis posuit tria, nẽpe qd̃ maris ꝛ femine ꝯiunctio, liberoruȝ procreatio, ꝛ eorũ educatio sũt effectus iuris naturalis, ꝛ cũ hoc finẽ imposuerunt iuriscõsulti. Sed ille vas electionis spũ sancto repletus ꝛ illuminatus, altius declarat dicens ad Ro.j.c. inuisibilia dei a creatura mũdi ꝑ ea que facta sunt intellecta ꝯspiciũtur, sempiterna quoq; eius virtus ꝛ diuinitas. Et ita per actus, qui ꝑ creaturã producunt̃, venimus in cognitionẽ istius iuris naturalis. Et cũ oẽs naturales actus siue operationes, q̃ ꝑ creaturã regulatã ꝓducunt̃, sint bone, venimus in cognitionẽ, ꝙ.s̃. dicta diffinitio, quã.s̃. in principio posuimus, est bona, ꝛ põt adaptari ad
tionis. Quedam vero sūnt magis determinata, quo℞ ratione quī
libet popularis statim potest de facili etiam videre, ⁊ q̄z in paucio
ribus circa huiusmodi humanum iudicium cōtingit peruerti, in-
digent huiusmodi editione, ⁊ ista sunt. x. p̄cepta decalogi, que fue
runt data per deum Moysi, tamen, vt diximus, in lege naturali
continētur, in illis duobus preceptis iuris nature cōissimis. Que
dā vero sunt, quo℞ ratio non est adeo manifesta, sed solū sapiēti-
bus. Et ista sunt precepta moralia super addita decalogo, ⁊ redu
cūtur ad precepta. x. decalogi per modum cuiusdam additionis
41 ad ipsa. †Et vt oīa valeas intelligere melius qualiter sunt iste su
peradditiones, est sic, nam primo precepto decalogi prohibet̄ cul
tus alieno℞ deorum, cui superadduntur alia precepta prohibiti-
ua eo℞, que ordinātur ad cultū idolorum. Sicut habetur Deut.
xv. Non inueniat̄ in te, que lustret filium suū aut filiam suam, pro
ducens p̄ ignē, nec sit maleficus, nec incātator, nec phitones ꝯsu
42 lat, nec diuinos, ⁊ querat a mortuis veritatē. †Scd̄m autē prece-
ptū prohibet periuriū, supaddit̄ ei prohibitio blasphemie. Leui.
xx. ⁊ prohibitio false doctrine. Deu. xiij. Tertio precepto superad
43 duntur cerimonialia, de quibus in seq. questio. dicetur. †Quarto
de honore parentū, superadditur preceptū de honoratione senū.
Leui. xix. Coram cano capite consurge, ⁊ honora personā senis.
Et vniuersaliter omnia precepta inductiua ad reuerentiam exhi
bendā maioribus, vel ad beneficia exhibenda, vel equalibus, vel
44 minoribus. †Quinto aūt presupposito, ꝙ est de prohibitione ho-
micidij, additur prohibitio odij, ⁊ cuiuslibet violationis ꝯtra pro
ximū, sicut illud Leui. xix. Non stabis cōtra sanguinem proximi
45 tui, ⁊ ẜm illud ne oderis fratrem tuum in corde tuo. †Precepto
aūt. vj. de prohibitione adulterij, superadditur preceptum de pro
hibitione meretricij, ẜm illud Deu. ij. Non erit meretrix de filia-
bus Israel, nec fornicator de filijs Israel. Septimo autem prece
pto de prohibitione furti superaddunt̄ oīa, que ad prohibitioneȝ
46 calumnie, ⁊ rapine pertinēt. †Octauo precepto de prohibitione
falsi testimonij, addit̄ prohibitio falsi iudicij, ẜm illud Exod. xxiij.
Nec in iudicium plurimo℞ acquiesces sentētie, vt a vero deuies,
⁊ prohibitio mēdacij, vt ibi, ⁊ prohibitio detractionis. Leui. xix.
non eris criminator, ⁊ susurro in populis. Nono ⁊ decimo prece
ptis vniuersaliter omnis mala cōcupiscentia tollitur, ⁊ prohibet̄.
Itē ad dilectionē dei ⁊ proximi ordinant̄ quedā precepta decalo
gi ẜm manifestā rationē debiti, alia xō ẜm rōnē magis occultaȝ.

¶Sed iustum est, vt nonnullorum opinionem satis erroneā euella
mus, circa hāc q̄stionem queramus de duobus. Dixerunt. n. alij,
dominium

dominium esse de iure naturali. Alij vero, ꝙ de iure diuino, licet
de hoc qualiter dominium est de iure gentium, dum tractabimus
de correctione errorum, latius probabimus.
¶ Sed pro nunc breuiter, primo quero, quare prius deus nõ dedit
ista ꝓcepta .x. decalogi, ⁊ alia superaddita. Scdo quero, cũ dñiuʒ
ꝑ iniquitatẽ fuerit introductũ, vt dicit text. in. c. dilectissimus .xij.
q. j. Quare deus approbat illud in .vij. ⁊ .x. preceptis decalogi, q̄
furtũ prohibet facere. Sed has duas q̃stio. soluã ꝑ vnũ ꝯriuʒ, vt
47 hec materia sit tibi magis clara. † Iure naturali oia sunt cõia. c.
quo iure. viij. dist. ⁊ c. ius naturale. j. dist. vbi cõis oiʒ possessio. Itẽ
dñium iure gentiũ extitit introductũ. l. ex hoc iure. ff. de insti. ⁊ iu.
Et sic videť, ꝙ non sit verũ, ꝙ .x. precepta decalogi deriuenť a iu
re naturali, cum eo iure nõ sit dñium. Sed hoc nõ obstante, dico
ꝙ vera est cõclusio in hac .xj. q. posita. Et aduerte, homo habet a
natura cõmune cuʒ omni substãtia cõseruationẽ sui, ⁊ dum hoies
in ꝑfectione viuebant, oia erant cõmunia, ⁊ nõ erat cognitũ, hoc
meum, ⁊ illud tuum, sed qd̉ quisq; sibi volebat, alteri faciebat. Sʒ
vt dicit tex. i auc. qui. mo. nat. effi. sui. col. vij. §. natura bella, lites,
atq; libidines, ⁊ ꝯcupiscentie, causaʒ posuerunt ad aliud schema,
hoc est ordinem, quo gentes vtunť, dicit ibi gl. ⁊ hoc est iniquitas
illa, ex qua venit siue introductũ est dñiuʒ, de quo in. d. c. dilectissi
48 mis. † Et hec introductio (cũ hoies indies malicie ⁊ peccato de-
diti cõtra illaʒ inclinationẽ naturalẽ, que est dilectio proximi ince
perunt rapinas, alij vero ocio dati in sudore laboris alieni viuere
studebant, ⁊ cõseruatio societatis humane iam periculum pati ce
pit) ꝓuenit propter tres rationes, quas ponit san. doc. ij. ij. q. lxvj.
arti. ij. ⁊ dicit hãc adinuentionẽ ad humanã vitã fuisse necessariã.
¶ Primo, q̄ quilibet est magis solicitus circa rẽ propriã, q̃ com
munẽ, quã quis aliq̃n negligit, ⁊ alijs ꝓcurãdũ reliquit, hoc satis
probat tex. in. l. ij. C. quã. ⁊ qui. quar. pars debe. Scdo, q̄ res hu
mane maiori ordine tractanť, si singule res singulis tanq̃ proprie
procurãde traduntur, alias fuisset quedã cõfusio. Sed hec ratio
intelligi debet sane, q̄ ita simpliciter nõ procedit, q̄ vt dicitur in
c. j. dist. j. de iure naturali est, omnia quecũq; vultis, vt faciant vo
bis homines, vos eadem facite illis. Si hoc seruaretur inter ho-
mines, non haberet locum dicta ratio. Sed debet intelligi nõ ꝫm
tẽpora primeua, quo tempore hoies obseruabant dictam legem,
⁊ sic quilibet habebat curam cuiuscũq; rei tantum respectu proxi
mi, sicut respectu sui. Sed attento tempore sequenti, quo mũdus
in maligno est positus, habet locum hec ratio, ⁊ hac consideratio
ne habet etiã locum tertia ratio. san. Tho. qui dicit, ꝙ resultat sta
tus magis pacificus, quãdo quis contentus re propria illam ad-
ministrat. ⁊ sic vides, ꝙ propter iniquitates hoim fuit introductũ
dñium propter dictas rationes per gentes ad pacifice viuenduʒ.
49 † Et sic attenta multitudine maloꝝ hoium, que indies crescit, nõ
bene dixerunt quidam philosophi, ꝙ quietissime viuerent homi-
nes in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scʒ meuʒ
⁊ tuũ, quos refert gl. in. d. c. dilectissimis, immo deus hanc adin-
uentionẽ hoiuʒ per rationem naturalem approbans dicit, nõ fur
tũ facies, ⁊ non queras rẽ alienam. Et ita vides, ꝙ attento perfe
cto statu bonorum hominũ, in priori tempore non erat inuentum
dñium, nec erat necessariuʒ, ꝙ possessiones distinguerenť, in cõita
te homines viuebant. Et sic non erat opus, ꝙ per hoc, vel aliud
precepta decalogi essent in primo statu perfecto hominum.
¶ Item ad secundam questio. dico, ꝙ deus non est iniquitatis ap
50 probator, sed tex. in. d. c. dilectissimis, † debet intelligi, ꝙ propter
iniquitatem hominũ, qui creuerunt in multis euenit propter bo-
num, ⁊ pacificum statuʒ societatis, ⁊ conseruationis humane hec
adinuentio dominij, quam deus approbat, ⁊ subueniendo huma-
ne nature dedit illa precepta decalogi, ⁊ attento isto tempore ex
dilectione proximi deriuatur, ne quis faciat furtum, aut querat rẽ
alienam. Uides solutionẽ dictarum questionũ ⁊ cõtrarij. s. positi,
⁊ etiam qualiter ista precepta decalogi, ⁊ superaddita deriuantur
a iure naturali, ⁊ ꝙ actus hominum sunt morales, ⁊ ꝙ isti actus
procedunt a iure naturali, ideo ista precepta decalogi, ⁊ alia que
deriuantur a iure naturali dicuntur moralia. Et ita intelliges tex.
in. d. c. fi. §. his itaq;. vj. dist. que dicuntur moralia, ⁊ quare dicun
tur moralia ea, que in lege sunt scripta, ⁊ nota hec, q̄ forsan nõ so
lum hi, qui in iuribus scripserunt, sed etiam plures theologi non
aduertunt, quare dicuntur ista precepta decalogi ⁊ de his que in
lege diuina sunt, que ⁊ quare dicuntur moralia, ⁊ hoc etiam facit
ad ea que dicemus dum tractabitur de iure humano.
51 ¶ † Duodecimo quero pro intelligẽtia iuris diuini ⁊ tex. in. d. c. fi.
vj. dist. §. his itaq;, q̃ sunt ista q̃ non sunt moralia in iure diuino, ⁊
quare non sunt moralia, ⁊ qualiter reducunť, siue pertinẽt ad ius
naturale. Ad hoc respondet tex. in. d. §. his itaq;, ꝙ i lege diuina
quedã sunt moralia, vt nõ occides ⁊c. quedã mystica, puta sacrifi-
cioꝝ ꝓcepta, vt de agno immolãdo ⁊ his similia. Sed moralia cũ
ad ius naturale ꝑtinẽt, vt. s. diximus, nullã mutabilitatẽ recipiũt.
Sed mystica, lʒ ad superficiem probãtur a iure naturali aliena, ta
men quãtum ad moralem intelligẽtiã inueniunť sibi annexa, ⁊ sic
cum quantũ ad superficiem videanť esse mutata, tamẽ quantum
ad moralẽ intelligentiam mutabilitatẽ nescire probãtur. Sed de
claro cũ san. Tho. j. ij. q. xcix. arti. iij. ⁊. iiij. ꝙ lʒ tã precepta mora-
lia q̃ etiam cerimonialia, que dicuntur mystica, pertinent ad dire
52 ctionem vite humane in deum, † tamẽ cerimonialia differũt a pre
ceptis moralibus. Colere enim deum, cum sit actus virtutis, ꝑti-
net ad preceptũ morale, sed determinatio huius precepti vt colať
talibus hostijs, vel talibus muneribus, hoc ꝑtinet ad precepta ce
rimonialia. Adhuc magis declaro, iaʒ vides, ꝙ hec ꝓcepta deca
logi, ⁊ alia superaddita moralia cõtinentur sub iure naturali, ⁊ ꝓ
cedunt ex vi instinctus nature, vt ex premissis in ꝓcedenti questio.
apparet. Sed precepta cerimonialia mystica, vel iudicialia sunt
determinationes ꝓceptoꝝ decalogi ex vi istitutionis, nõ aũt ex vi
naturalis instinctus. Pone exemplũ, hoc preceptum, nõ furtum
facies, deriuatur ab hoc, nõ malefacies, vel ab hoc, qd̉ tibi nõ vis
alteri nõ facies, quod procedit ex dilectione ꝓximi, ⁊ hoc nunq̃
põt accipere mutabilitatẽ, q̄ ꝯtinetur a iure naturali, qd̉ est dile-
ctio proximi. Similiter ꝙ deus colať, hoc nõ potest habere mu-
tabilitatẽ. Sed in hoc ꝙ deus colať cũ agno in testamẽto veteri,
venit ex vi institutionis, q̄ deus instituit, ꝙ cuʒ agno fieret sacrifi
cium, ⁊ nõ referebat, ꝙ cũ agno vel alias instituisset, ⁊ hoc nõ pro
cedit a iure naturali instictu naturali, sed ꝓpter istitutionẽ, ⁊ ideo
fuit mutatũ, ꝙ non colereť cũ agno, q̄ illud erat figurale. Sʒ hoc
quo ad moralem intelligentiã, vcʒ ꝙ deus colatur nõ recipit mu
tationẽ, q̄ illud erat figura corporis dñi nostri, q passus est ꝓ no-
bis, ⁊ sumimus nũc sub specie panis ⁊ vini. Sed hec ⁊ similia ꝓce
pta legis diuine, que veniũt ex instinctu nature, sunt ꝓcepta mora
lia. Alia vero q̃ ab extra veniũt, q̄ nõ refert, ꝙ a principio sic vel
aliter istituerenť, sunt cerimonialia extra ius naturale quo ad lite
rã, sed ꝫm sensuʒ moralẽ sunt de iure naturali. Et isto modo deter
minať ius naturale ꝑ ius diuinũ, sʒ i alijs deriuať a iure naturali.
¶ Tertiodecimo ⁊ vltimo quero. s. diximus ꝙ dilectio ꝓximi est
de iure naturali. An hoc sit verum. Gratianus in capit. tolle cha
ritatem, de penit. distin. ij. dicit ꝙ sic. ratio secundum eum, quia si
homo a principio non habuisset charitatem, non fecisset eũ deus
ad similitudinem suam, sed glo. ibi contradicit, dicens, ꝙ homo
in creatione solum habuit naturalia, quibus proficere vel mereri
non poterat, sed post creationem addita sunt ei gratuita. Sʒ quic
quid dicat glos. tene contrarium. Nam deus cum sit summuʒ bo
num creauit hominem, ⁊ ab initio eius creationis dedit ei legem
naturalem, que est lumen vultus sui, ⁊ qd̉ ab initio Adam habue
rit charitatem, probo ratione euidenti. Lex enim nostra natura-
lis nihil aliud est, quam participatio legis eterne, hoc est ipsius di
uine bonitatis, vt. s. diximus, † sed deus charitas est. Ioan. ca-
54 no. j. capitu. iiij. ⁊ sic ius naturale nihil aliud est q̃ participatio ip
sius charitatis, ⁊ ideo cum ab exordio homo habeat hoc ius na-
turale. d. capitu. fi. vj. distin. concluditur ꝙ etiam cum illo iure na-
turali habuerit charitatem hoc est a natura. Preterea deus crea
uit hominem ad imaginem ⁊ similitudinem suam. Geñ. capitu. j.
⁊ sic habuit charitatem. sed vt dicit glos. ibi postea, hoc est post
creationem dedit ei hanc similitudinem, non creauit hominẽʒ ad
imaginem ⁊ similitudinem suam, sed hoc est falsum, vt dicitur ibi,
in dicto capitu. primo vbi dicitur ꝙ creauit ad similitudineʒ suã,
⁊ sic ab initio sue creationis habet hãc similitudinem. Preterea
dicit Ioan. cano. j. capitu. iij. quoniam hec est annuntiatio quam
audistis ab initio, intellige ab exordio rationalis creature, vt dili
gatis alterutrum, audistis, intellige per impressionem diuini lumi
nis, que firmior auditio est q̃ auditus auris. † Unde dicitur in
55 capitu. charitas. el. ij. de peni. di. ij. §. item proximos, ꝙ tunc dici-
mur diligere proximos, quando diligimus ex eo qd̉ sunt nature
participes. Et sic hanc participationem dilectionis habemus a
natura, ⁊ propter hoc debemus alterutrum diligere. Item quar
to probatur hoc in capitu. primo distin. prima vbi dicitur, ꝙ ius
naturale est hoc vnum inter alia, prout vultis vt faciant vobis ho
mines, ⁊ vos eadem facite eis similiter. Sed hoc venit ex dilectio
ne Luce. vj. capitu. vbi post eadeʒ verba dicit. Et si diligitis eos,
qui vos diligunt, que vobis gratia est: quasi dicat, ꝙ debemus di
ligere inimicos, vt proxime ante dicitur ibi, ⁊ sic hoc a natura ve
56 nit. † Preterea hoc probat ecclesia. capitul. xiij. iuncta. l. j. ff. de
iusti. ⁊ iur. §. ius naturale, vbi dicitur, ius naturale est, qd̉ natura
omnia animãtia docuit, sed ad dilectionẽ omnia animãtia incluã

tur, vt dicitur. d. c. xiij. omne animal diligit simile sibi, ⁊ omnis homo simile sibi, ⁊ hoc experientia vides, ꝙ oia aialia diligūt simile sibi. Et sic infert, ꝙ hec dilectio venit homini a natura. Nec facit ad casum id qđ dicit gl. ꝙ in naturalibus puris nō erat homo in statu merendi vel demerēdi, qꝛ charitas erit, ⁊ est in gloria eterna, tamen non erit status merendi, vel demerendi. Preterea ideo ille status non poterat mereri, qꝛ tunc in eo primo statu omnes fere adinuicem diligebant. Et sic videtur, ꝙ tunc non videtur mereri, nec etiam nunc si propterea diligimus, qꝛ etiam diligimur ab alijs, vt dicitur Luce. c. vj. ⁊ sic etiam nunc habitu est charitas in infantibus ab initio. Et sic concluditur, ꝙ dilectio dei ⁊ proximi, ⁊ sic charitas est a iure naturali, a quo deriuantur (vt diximus) iura diuina.

57 † Et etiam dic idem in lege canonica, qꝛ cum in canonica scriptura nihil aliud sit ꝙ̄ quod in diuinis scripturis, ⁊ legibus inueniatur, ⁊ diuine leges natura consistunt, vt dicit tex. in. c. fi. ix. dist. infertur ex hoc, ꝙ etiam ius canonicum dependet a iure naturali ad finem iuris diuini. Et predicta omnia, que de iure naturali dicta sunt, nota, qꝛ a doc. iurium sunt incognita. Et credo ꝙ etiam theologis nostre tempestatis, ⁊ pluribus eorum antecessoribus, vt per eorum scripta apparet. Sed sanctum Thomam super alios melius sensisse iudico. Protestor tamē ꝙ a sentētia sancte matris ecclesie minime discedere intēdo, immo eius correctioni semper etiam in. ſ. dicendis me submitto.

SVMMARIVM

Quarta questio principalis.

Sta questio principalis continet. xij. questiones. In prima questione dicitur de origine iuris humani. In secunda questione, que est lex eterna, a qua deriuatur hec lex humana. In tertia, que differentia est inter ius diuinum, ⁊ humanum. In. iiij. quomodo deriuatur lex humana a lege eterna. In. v. quare lex humana est cōstituta. In. vj. qualiter iste particulares directiones, in quibus lex humana fundatur, a lege eterna deriuantur. In. vij. an ius naturale indigeat determinatiōe iuris humani, ⁊ qualiter determinat. In. viij. an lex humana possit mutari, vel corrigi. In. ix. qd est lex humana. In. x. an hec lex humana necessarie nunc sit redacta in scriptis. In. xj. quotuplex sit ius humanum. In. xij. quare nunc totum corpus iuris humani nuncupatur ius ciuile.

Circa istam legem humanam habemus plura volumina librorum scripta ab initijs vrbis Rome, ex quibus mundus gubernatur, saltem gubernari debet, vt dicemus in. ij. parte. Sed cum in eis anteriorem huius iuris humani cognitionem nonnulli non reperierunt, retrocedentes nec cognitionem aliquam huius iuris se habere profitentur, vt quidam in. l. j. ff. de iusti. ⁊ iur. in prin. in. v. nota. asserit, ꝙ nō inuenit quenꝙ̄, qui ea, que diceret, ad principia iustitie reduceret. Et ideo de se ⁊ suis similibus dicit, ꝙ cuꝫ cognitio iuris versetur in discernendo equum ab iniquo, eaꝫ barbara consuetudine ⁊ modo quodam corrupto prosequuntur, et quod nescit aliquem, qui quod iure credit docere, equitate discerneret. Et si forsan hec excusatio admittatur per sinistri locutioneꝫ parrie in eius infamiam, non poterit se defendere. Sed nostri iurisconsul. propter sinistram locutionem illius non recipiunt detrimentū in suis dictis, quorū diuinis doctrinis mūdus optime valet

let gubernari, quos etiam imperialis maiestas summis laudibus approbat, ⁊ eorū dicta ab oibus fore seruanda decernit, propter qđ in cognitionem iusti ⁊ iniusti deuenimus, ⁊ cum lex humana moribus consistat, satis sufficienter latini ab initio vrbis Rome initium sumpserunt. Sed vt propositioni nostre in principio huius operis facte satisfaciamus.

1 ¶ † Primo quero, vnde lex humana habuit originē. omnes vna voce asserunt, qđ a lege eterna, vt inter iuris diuini interpretes, Aug. in .j. lib. de libe. arbi. dicit, in lege humana nihil est iustū ac rectū, qđ a lege eterna hoīes sibi nō deriuauerint. ⁊ inter nostros iurisconsultos hoc idem asserit in .l.ij.ff. de leg. vbi dicit tex. ꝙ lex est inuētio quedā, ⁊ donū dei, ⁊ omnes scribētes hoc asserūt. Alij vero dicunt, ꝙ a ratione naturali. Sed que sit ista ratio, aut qualiter hec lex dependet, aut deriuat a lege eterna, vel ratione, tacuerūt. Hoc tamen est summe necessarium ad cognitionem legis humane, ⁊ ad cognoscendum iustū ab iniquo. De quo tamē opus erit, vt specialius dicamus deo iuuante in quarta parte.

2 ¶ † Secundo quero que est lex eterna, a qua deriuatur lex humana, ⁊ quomodo deriuatur ab ea. Et in hoc aduerte, q̄ non inuenies hoc a iuris peritis, nec a doc. scribentibus in theologia declaratum, quem ego viderim. est tamen res necessaria, ne sis sicut illi, qui fatentur se nescire cognitionem separationis iusti ab iniusto, ⁊ cum non viderint ramum, nolunt querere radicem. Tu vero qui discernere cupis equū ab iniquo, iuxta .l.j.ff. de iusti. ⁊ iur. equum est, vt scias radicem eius, in quo versaris. Lex enim hec eterna, a quo deriuatur lex humana scripta, est ius naturale, vt late probauimus .s. in .ix. questione. Hoc presupposito, diximus insuper in .vj.q. qualiter istud ius naturale inclinat diuersos ad diuersa, ⁊ tot sunt precepta, quot sunt eius inclinationes naturales. Et inter alia continet vnum preceptum cōmunissimū ⁊ principiū scz conseruationem suijpsius. Secundum siue aliud preceptū cōtinet, vcz dilectionem dei ⁊ proximi, vt ibi, ⁊ in vlti. q. s. diximus. Sed cōsidera pro intelligētia .j. dicendorum, ꝙ hec duo precepta inter alia dicunt ius naturale, dico inter alias inclinationes naturales, que immediate veniunt a deo legislatore, ⁊ istud est principiū indemōstrabile, naturaliter tamē oibus notū hoc est, per operationes rerū creatarū. Iuxta illud ad Ro.j.ca. Inuisibilia enim dei a creatura mūdi ꝑ ea, que facta sunt intellecta cōspiciuntur .i. per actus, qui a creatura fiunt ꝑ proprias inclinationes natura-

3 les. † Et q̃q̃ cōseruatio suijpsius sit preceptū cōissimū ⁊ magnū in creatura rationali, tamē maximū est dilectio dei, ⁊ secūdū huic simile dilectio proximi. Et hoc modo a natura intellectualiter cognoscit. Sed cū propter cōsuetudinē peccandi est hoc in hoibus obscuratū, petijt ille phariseus, qđ est mādatū magnū in lege. cui Dñs declarat dicēs Mat. xxij.c. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, ⁊ in tota anima tua, ⁊ in tota mēte tua, hoc est maximū ⁊ primū mandatū. Secundū aūt simile huic est, diliges ꝓximum tuum sicut teipsū, in his duobus mandatis vniuersa lex pēdet ⁊ prophete. Et hoc mandatū est ab exordio creationis rationalis creature in corde scriptū, qđ ē ius naturale, siue lex eterna. Et de his q custodiunt hanc legē dicit Aposto. cū gentes que legē nō habent, naturaliter ea que legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptū in cordibus suis, ad Ro.c.ij. glo. ordinaria, nō habēt legem scriptā, sed naturalē scriptā in cordibus. Et aduerte, q̄ ꝑcepta huius iuris naturalis sunt cōmunia, vt .s. diximus, ⁊ dicit sanct. doct. prima .ij. q. xcix. ar. iij. possunt enim tēdere ad finem vltimū beatitudinis eterne, ⁊ ad finē vltimū felicitatis humane. Et ideo dicit, ꝙ determinatione indigēt, determinātur aūt per legē humanā, ⁊ ꝑ legē diuinā. Sed .s. in .xj. q. ij. principalis quest. diximus qualiter deriuat lex diuina. Et in .xij. qua-

4 liter determinatur per legē diuinā. † Sed ius humanum similiter deriuatur a iure naturali. Tamē cū ius diuinum scriptū qđ deriuatur a iure naturali, vt sunt decem precepta decalogi, ⁊ alia superaddita per ipsummet legis naturalis latorem, qui est deus, vel ꝑ eius prophetas fuerit datū, ⁊ ita nullo pacto potest errare, quia eius est interpretari, cuius est condere .l.j.C. de legi. Sed cū deus dedit illā legem naturalem, non mutat, sed declarat siue interpre-

5 tatur ipsemet. † Et sic sicut ius naturale remanet firmum ⁊ immutabile, ita etiam ius diuinum deriuatum .c. fi. §. his itaq; vj. dist. ⁊ in illa parte qua per ius diuinū stat ius naturale declaratum auctoritate diuina, lex humana nō potest errare in aliquo, sed debet

6 sequi illam declarationem iuris diuini. † Unde est, quod si ius humanum in aliquo contrariatur iuri naturali, diuino vel canonico, non dicit lex, sed potius corruptio, ⁊ penitus venit extirpandum. c. fi. ix. dist. Et ita intelligis nunc rationem illius tex. qui est text. Augustini. Nūc habes notitiam istius legis eterne, a qua deriuatur hec lex humana ab hoc iure naturali. Sed quia aliquis posset opponere huic, quod proxime dictum est, si est verū, ꝙ lex humana debet cōformari cum iure diuino, alias est excludenda, superflue disponitur per legem humanam super eo, quod lex diuina determinat. Item super re non dubia, cum lex debeat esse super dubitabili .l. qđ labeo .ff. ad carbo. ⁊ .l.j. in fi .ff. ad muni. ⁊ cū hoc sit necessarium ad aperiendum mentem. Primo de hoc faciam questiones per se, vt melius intelligas. Deinde ponemus aliam questionem de deriuatione legis humane a lege naturali.

7 ¶ † Tertia questio. que differentia est inter ius diuinum ⁊ humanum. Et videtur qđ nulla sit differentia, quia sicut in decem preceptis decalogi dicimus, vnum cole deum. Ita in legibus humanis dicimus, erga deum religio. vt .ff. de iusti. ⁊ iur. l. veluti. Et sicut dicimus in secundo precepto. Ne iures vana per eum, ita in nostris iuribus, vt in titu. de iure iur. ff. ⁊ C. ⁊ in decretalibus, ⁊ sicut dicimus in tertio precepto, sabbata sanctifices, ita etiam in ti. de ferijs. Et sicut dicimus, Venerare quoq; parentes, similiter in legibus, vt parentibus pareamus .d.l. veluti. Et sic discurre per alia precepta decalogi, ⁊ etiam alia superaddita, de quibus .s. in .xj. q. precedentis questionis principalis diximus continentur in legibus humanis. Sed in hoc aduertendum est pro iuuenibus,

8 † nam in quacunq; lege intentio legislatoris est attendenda principaliter, vt est tex. in .c. intelligentia de ver. signi. Et in intellectu hominis finis rei dicitur esse principium, vt dicit Bar. in .l. ambitiosaz .ff. de dec. ab or. fac. ⁊ ꝺm Philo. Unaqueque res a fine de-

9 bet nominari. † Intentio enim principalis legis diuine (vt dicit san. doc. prima .ij. q. xcix.) est, vt constituat principaliter amicitiā hominis in deum, vt etiā dicit in .c.j. de sum. tri. ⁊ fi. catho. vbi ad

10 vnū finem eterni boni omnes fideles in spe ambulāt. † Sed intētio principalis legis humane est, vt faciat amicitiam hominū ad inuicem. Et hoc etiam infert ex tex. in proe. decretalium, vbi dicitur, ꝙ nisi iustitia conatus effrenate cupiditatis reprimeret, ꝗ corda extra mūdi termios exularet, ⁊ sic finis legis humane ⁊ tēporalis tranquilitatis ciuitatis, ad quem finem peruenit lex cohibēdo exteriores actus quantum ad illa mala, que possunt perturba-

11 re pacificum statum ciuitatis .c. facte sunt .iiij. dist. † Sed finis legis diuine est perducere hominem ad finem felicitatis eterne, qui quidem finis impeditur per quodcūq; peccatum, ⁊ non solū per actus exteriores, sed etiam per actus interiores, hoc est per cogi-

12 tationes. † Sed lex humana non dat alicui cogitationis penam. l. cogitationis penam .ff. de penis. Et ideo dicit Bart. in tractatu de tyrannia, de hoc non pertinet ad iuristam. Hinc etiā est, ꝙ lex humana inducit hominem ex temporalibus penis, vel premijs inducendis per homines .l.j. in prin. ff. de iusti. ⁊ iure. Lex vero diuina ex premijs, vel penis exhibendis ꝑ deum. Matth. xxv.c. Qui bona egerint ibunt ad vitam eternam, qui vero mala, in ignē eternum. Et ita lex diuina semper tendit per media altiora. Et sic apparet ꝙ leges ille, que loquūtur de religione ⁊ pietate, ⁊ alie quas supra deduximus, non sunt diuine, prout ille modernus putabat

13 in dicta .l. veluti .ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊ admiratur. † nam leges humane non curarunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum. Et propter hoc etiam san. doct. prima secunde .q. xcix. ar. iij. dicit, ꝙ leges humane multa confinxerunt circa res diuinas, secundum qđ eis videbatur expediens ad reformandos mores hominum sicut patet in ritu gentium, vt patet in Ualerio maximo de cultu deorum ibi ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si diuine potentie bene ⁊ constanter fuisset famulata, ⁊ ibi hoc exemplificat in pluribus locis. ⁊ de neglecta religione vbi apparet ꝙ causa tranquilitatis humane societatis illa confixerunt. Et sic vides differentiam legum humanarum ⁊ diuinarum ex fine ⁊ ex auctore. Hoc etiam probat text. in .d.l. veluti. iuncta fi .l. prime .ff. de iustit. ⁊ iur. ꝙ erga deum religio est de iure gentium ad bonum cōe hominum institutū. Et sic etiam considerato fine iuris humani erat hoc quid dubitabile non in obseruatione eius quo ad finē felicitatis eterne, nec ad sciēdū an deberent seruari vel nō, sed solum pro forma tenenda ad finem felicitatis humane, sed hoc sine discrepatione legis diuine.

14 ¶ † Quarto quero quomodo deriuatur lex humana a iure naturali, ⁊ attēde bene, nā doctores iuris hoc inuestigādū reliquerunt, nec alij clare nec ꝑfecte docuerūt, intelligo ēt de theologis, ⁊ hec est res difficillima vt videbis. Nā vt vidisti ī deriuatione legis diuine a iure naturali difficultas manebat in cognitione, duntaxat. Alias vero lex diuina venit ad subueniēdū nobis, ꝑ quā venimus ad cognitionē legis naturalis, que ꝑꝑ peccata nostra remanebat obscurata, ⁊ certi sumus, quia per eundem legis naturalis lato-

15 rē extitit lex diuina scripta promulgata, † sed hec lex humana est

fundata super ratione pratica, que fallibilis est ⁊ incerta, vt pro-
verb. ix. ca. Cogitationes hominum timide ⁊ incerte prouidentie
nostre. Et cum hoc ius naturale sit lex diuina, cum lex humana sit
dictamen rationis pratice ca. consuetudo. j. dist. licet sit deriuãda
ab illo iure naturali ⁊ diuino, tamen ratio humana nõ potest par
ticipare ad plenum dictamen rationis diuine, que est lex natura-
lis, sed suo modo ⁊ impfecte, vt patet ex dicta auctoritate Pro-
16 uer. ix. c. † Et ideo est, ꝙ propter incertitudinem humani iudicij,
presertim de rebus contingentibus, ⁊ particularibus contingit
de actibus humanis diuersorum diuersa esse iudicia. c. q̃ diuersi-
tatem, de conces. prebend. ex quibus etiam diuerse ⁊ contrarie le
ges procedunt, vt patet in proe. ffoꝝ. ver. ⁊ antea quidem, vbi an
te compilationem. ffoꝝ. erant multe confuse, ⁊ inutiles leges, ⁊ cõ
trarie ⁊ supflue. Et in proe. C. in prin. ibi, resecatis contrarijs ⁊c.
Unde sanctus Tho. prime. ij. q. xcj. arti. iij. dicit, ꝙ similis est pro
cessus rationis pratice ⁊ speculatiue, vtraqꝫ enim ex quibusdam
principijs ad quasdam conclusiones procedunt. Sicut enim in
speculatiua ratione ex principijs indemonstrabilibus naturaliter
cognitis producuntur conclusiones diuersarum scientiarum, qua
rum cognitio non est nobis naturaliter insita, sed per industriam
rationis inuenta, ita etiam ex preceptis legis naturalis, quasi ex
quibusdam principijs communibus ⁊ indemonstrabilibus neces
se est ꝙ ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter
disponenda. Et iste particulares dispositiones adinuẽte scd̃m hu
manam rationem, dicuntur leges humane, seruatis alijs cõditio
nibus, que ad legis rationem pertinent, vt. i. dicemus, presertiz in
iij. parte. Hinc est, ꝙ licet homo ex dictamine rationis pratice ap
prehendit participationẽ legis eterne fm̃ illa cõmunia principia,
non tamen fm̃ particulares directiones singulorum, licet in lege
eterna contineantur, ita dicit sanctus doct. vbi. s. Sed si quis hec
sine alia declaratione referat, infertur ipsum velle ignotum sibi p
ignotius explicare. Ideo aduerte, nam fm̃ Philo. Omne agens
17 agit propter finez, qui habet rationẽ boni. † Et sic principium, su
per quo fundatur, ratio pratica est, qd̃ bonum est faciẽdum, ⁊ ma
lum vitandum. Ut est tex. in. l. j. ff. de iusti. ⁊ iu. vbi ius est ars boni
⁊ equi bonum ab iniquo separans. Sed vltra hoc opus est, vt
satisfaciamus illi moderno, qui in. d. l. j. in prin. posuit os in Hi-
spanos quos dicit inconsulte agere, ex eo ꝙ pueros nondum pri
mis rudimentis latini sermonis imbutos, legali sapiẽtie subijciũt
professores, vnde iustum est, ꝙ nos qui etiam Hispani sumus, mi
nus bene prospicientes de hoc errore releuantes, de specie bruto
18 rum quam asserunt ad humanam speciem reducamus. † Et ad-
uertendum est, ꝙ primum principium ⁊ commune etiam cuz om-
nibus animantibus est, dilectio sui similis, ⁊ sic homo diligit sibi
simile. Eccle. c. xiij. Et qd̃ hoc sit verum etiam euangelica doctri
na comprobabimus, immo qd̃ magis est, licet primuz ⁊ maximũ
19 preceptum legis nature sit, vt deum super omnia diligamus, † ta
men ad eius dilectionem ex proximi dilectione deuenimus, vt di-
citur cano. j. Jo. c. iiij. Si quis dixerit quoniam diligo deum, ⁊ fra
trem suum oderit mendax est, qui eniz non diligit fratrẽ suũ, quẽ
videt, Deum, quem nõ videt, quõ põt diligere? ⁊ sic presupponit
dilectio proximi, vt inde veniamus ad Dei cognitionem, vt hoc
etiam vr̃ probari ex auctoritate Apo. ad Ro. primo. inuisibilia
Dei per ea que facta sunt intellecta ꝯspiciuntur. Et sic cuz deus
sit inuisibilis, vt vidimus creaturam participẽ diuine bonitatis,
⁊ hoc ex eo, q̃ Deus prior dilexit nos, vt dr̃. d. c. iiij. sꝫ in hoc nõ
insisto, sufficit ꝙ a iure naturali habemus dilectionem proximi,
ex eo, q̃ est nostre nature particeps. d. c. charitas. el. ij. ver. proxi
mos. de peni. di. ij. Item rationalis creatura hꝫ ẽt a natura aliud
principium legis nature, vcꝫ ꝯseruationem suiipsius, hinc venit
ex his duobus preceptis, siue principijs indemonstrabilibus na-
turaliter tñ notis, que proueniunt a lege eterna, postq̃ a natura
habemus inclinationem ad ꝯseruationem nostram. Et ex simili
ẽt inclinatione habemus, ꝙ diligamus pximum, q̃ est nostre na
20 ture particeps, † ⁊ sic opꝫ nos ex his duobus principijs simul iũ
ctis dicere, ꝙ diligamus ꝯseruationem pximi, ⁊ ita homo a na-
tura inclinatur ad ꝯseruationem pximi, ⁊ sic ex dilectione proxi-
mi venit, ꝙ faciamus sibi omne id, qd̃ volumus pro nobis, ⁊ si-
cut pro ꝯseruatione nostra euitamus malũ, ita etiam pro ꝯserua
tione proximi, ex quo ẽt venit, qd̃ tibi non vis, alteri non facies.
Et ista duo precepta naturalia peruenerunt ex dictis preceptis
siue principijs, que naturaliter cognoscimus ex dictamine ratio-
nis pratice, sunt tñ alias indemonstrabilia, sed per naturalem in-
clinationez scimus siue instinctu nature. Et in statu perfectionis
hominis non habebant nisi ista duo precepta ad pacificum statũ
hominis, hoc est ad tranqlitatem societatis humane, ⁊ ex his ẽt
ueniebat hoc, nemini esse faciendum malum. Et lꝫ precepta diui
na respicientia dilectionez proximi fundentur ẽt super his duo-
bus preceptis, tñ omnia iura humana deriuantur ab his duo-
bus preceptis, vcꝫ ꝙ diligamus ꝯseruationẽ pximi, sicut nr̃am,
⁊ euitemus eius malum. Et hec seruabant homines a principio
in dicto statu perfecto. Et quia bonum cõe participatur cuilibet
in particulari, ideo recta ratione eo tpe volebant homines, ⁊ vi-
uebant in cõitate, bonum cõe semper pro maiori parte appeten-
tes. Et si hoies nunc haberent hãc reciprocã dilectionẽ, nullis in
digeremus legibus humanis scriptis ad felicitatem humanam.
Et ista est cognitio potissima ad discernẽduz equũ ab iniquo. Si
enim particulares actus hominũ dirigant̃ ad ista duo precepta,
erunt iusti tales actus, si vero sunt ꝯtrarij, erunt iniusti. Et sic sta-
tus hoium erit in ꝯcordia, vel discordia ex actibus similibus, vel
dissimilibus huius legis nature, a qua procedunt oia iura huma
na. Sed q̃ in his cõibus principijs siue vniuersalibus homo nõ
potest errare, que semper pmanent ex perfectionibus diuine ra-
tionis instituendis naturam. Sed cum hoc ius humanum conti
neat quedam particularia fm̃ diuersos casus emergentia, nunc
est videndum, qualiter iste particulares dispositiones procedant
a naturali lege, vt melius postea valeamus cognoscere, quid sit
iustum, ⁊ quid iniquum. Sed vt hoc melius comprehendat̃, pri
mo erit dicendum, quare lex humana sit constituta.

¶ Quinto quero quare lex humana est ꝯstituta. Et ad hoc sciẽ-
21 duz premitto, † ꝙ omnis lex que hoibus dat̃, est directiua huma
noꝝ actuum. Et actus hoium dñr morales, ⁊ sic hec scientia di-
citur moralis philosophia, vnde cũ homini naturaliter inest que
dam aptitudo ad virtutẽ, tñ ipsa virtutis perfectio opus est ꝙ si
bi adueniat per aliquã disciplinam, q̃ non facile inuenit̃ sibi suffi
ciens homo ad hanc virtutis perfectionẽ, ⁊ vt dicit san. doc. j. ij.
q. xc. v. art. ista virtus precipue ꝯsistit in retrahẽdo hoiem ab in-
debitis delectationibus, ad quas pcipue hoies sunt proni, ⁊ ma
xime iuuenes, circa quos est efficacior disciplina, ⁊ qdem ꝙtum
ad illos iuuenes, qui sunt proni ad actus virtutũ, sufficit discipli-
22 na paterna, que est per monitiones. † Sed sunt alij ad vitia pro-
ni ⁊ ita proterui, qui verbis de facili moneri non pñt, necessariuz
fuit, ꝙ p vim, vel metũ cohiberent̃ a malo, vt sic a maleficijs de-
sistẽtes, ⁊ alijs qetam vitã redderẽt, ⁊ ipsi p assuefactionẽ reduce
rent̃, ꝙ volũtate facerẽt, que prius metu implebãt. ⁊ sic fierẽt vir
tuosi, ⁊ hec est disciplina legũ humanaꝝ, vt est tex. Isi. in. c. facte.
iiij. di. ⁊ lꝫ in pmo statu hoiuz hec disciplina paretũ, vel senũ (cuz
hoies p maiori pte essent pni ad bonũ) sufficiebat, ⁊ ideo illo in-
stinctu nature pcedẽte monitione senioꝝ sine ꝙstõne in pace viue
bant. c. ius naturale. j. di. Sed postea cursu tpis aliq malitiã eli-
gẽtes iã opprimere alios ceperũt, vt fuit Nebrobt. c. si. vj. di. §.
fi. ⁊ eoꝝ ꝯsortia bonos corruperũt, iuxta. c. sepe. xxviij. q. j. ⁊ cuz
rapina, bella, libidines, ⁊ alia maleficia iã in humanis creuissent,
facte sunt ꝯstitutiones, hoc est leges humane, vt dicit tex. in auc.
23 qui. mod. nat. effi. sui. §. nature. † Et sic ois lex humana est phibi
bitiua malitie, q̃ non compellit benefacere, sed malefacere pro-
hibet. c. ad fidem. xxiij. q. v. vbi Aug. dicit, ꝙ mores optimi liber
tate voluntatis eliguntur, sed mores pessimi non legis integrita
te puniuntur, sed propter transgressionem malitia hominis cor-
24 rumpitur. † Unde indies crescente malitia inter homines opus
est nobis legibus, iuxta. d. auc. qui. mo. na. eff. sui. colla. vij. in pñ.
vbi tex. dicit, ꝙ nulla lex, nec senatuscon. platũ in repu. Ro. vide
tur ad omnia sufficienter pmulgatum, sed multa indigere corre-
ctione, vt a nature varietatez, ⁊ eius machinationes sufficiat. Et
sic lex humana est ꝯstituta ad correctionem morum hominum. l.
j. C. de sec. nup. Nunc vides causaz constitutionis humane. Sed
aduerte, licet aliqui ponant pro principio iuris nemini esse facien
dum malum, tamen quid sit malum, quid bonum non possumus
discernere, nisi per relationem ad dilectionem proximi, quod est
principium cõissimum iuris naturalis, ex quo deriuatur, quod ti
bi vis alteri facies ⁊c. Et ex hoc cognoscimus, quid sit bonum, ⁊
quid malum, vnde postea iura fundantur.

25 ¶ † Sexto quero, quomodo iste particulares directiones homi
num, in quibus lex humana fundatur, a lege eterna deriuantur.
Respondeo, ⁊ dico, ꝙ supra diximus in proxime precedentibus
questionibus, ꝙ principia communissima indemonstrabilia, sed
per se inclinatione naturali nota erant. Primo dilectio proxi-
mi, secundo conseruatio sui. Et ex hac inclinatione ad conser-
uationem iuncta cum dilectione proximi, ad quas ex instinctu na
turali deducimus (⁊ hec est lex eterna) venit illud preceptum le-
gis nature, qd̃ tibi vis alteri facies, ⁊ qd̃ tibi nõ vis alteri non fa-
cies, qd̃ in. d. c. j. dist. j. ꝯtinet̃. Sed q̃ diximus ꝙ postea cum ali-
qui

q̄ homines deprauati deinde male facere inceperūt, ex dictis vniuersalibus preceptis dixerūt inferēdo, q̄ nullus deberet alteri facere malū. Et in primo tempore ad hoc sufficiebant inter hominēs monitiones parentum & seniorū, qui omnes erant dediti ad bonum, & sine cōstitutione viuebant. d. c. ius naturale. j. dist. Sed postea aucta malitia hominum in tantum creuerunt mali, q̄ non sufficiebat illa disciplina verbalis, & sunt facte cōstitutiones. d. §.
26 natura in auc. quib. mod. natu. effi. sui. hoc modo. † Nam primo Cayn incepit vsurpare dñium, hoc est vsurpatione habuit principium dominium a Cayn. Deinde a Nembroth. d. ca. fi. in fi. vj. dist. Sed cum plures in malitiam declinassent, dixerunt gentes, & constituerunt propter conseruationem pacificā distinctiones possessionis, que prius erat communis, vt. d. c. ius naturale, & q̄ dominia rerum distinguerentur. d. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. hac forma, vez cum homines propter vsurpationem malorum viderent perturbationem in conseruatione sua & vita, sic quilibet incepit habere curam rei particularis, & cum vidissent hoc esse bonum pro statu pacifico tenendo, & etiam propter meliorem administrationem & curam quam quilibet adhibebat in particulari p̄ conseruatione totius, & per consequens partis, fecerunt dictā constitutionem distinctionis dominorum. Et similiter facies processum de quibuscūq; alijs rebus, de quibus fit lex, vtputa cum homines per actus naturales ratione naturali faciunt aliquas res, & vident, q̄ ille res sunt vtiles cuilibet particulari & sic oibus, & in his ratio debet fundari in dilectione omnium pro conseruatione etiam oim, que est illa lex naturalis, hoc est preceptum vniuersale iuris naturalis, & ille res sic per actus hominuz producte per cursum temporis apparent, q̄ sunt vtiles omnibus, & constitutio in scriptis. Deinde illud qđ primo faciebant omnes, vel plures sine constitutione, omnes astringerentur ex precepto ad illud faciendum. Et sic intelliges dictum Ciceronis in Rethorica sua, initiū iuris humani est a natura profectum, deinde quedam in consuetudinem ex vtilitate rationis venerunt. Postea res & a natura profectas & consuetudine probatas, legum metus, & religio sanxit.
27 † Unde intelliges etiam illud, q̄ rationis prima regula est ius naturale, hoc est q: debet fundari hec ratio pratica in illis principijs vniuersalibus legis nature cōseruationis cōis, & dilectionis in conditione legis. Et ita intelligas tex. in. c. omnes. j. dist. q̄ leges humane moribus cōsistant, hoc est q: primo sunt mores, & si illi mores fuerint probati cōsuetudine, q̄ sint vtiles oibus & boni, fit lex humana. Et ita etiam intelliges tex. in. c. fi. vj. di. ver. ius cōsuetudinis post naturalē legem exordium habuit, hoc est lex humana q̄ primo debet esse per consuetudinem prolata, post habitaz probationē constituit. Et ideo dicit Philo. ij. Politi. q̄ leges habent maximā vim ex consuetudine. Et sic vides qualiter deriuatur lex humana a iure naturali, & per hec videre & cognoscere poteris antequā lex fiat, quid sit iustum, & quid iniustum, sed postq̄ lex est promulgata, qualiter equi & iniqui cognitionē valeas percipere. j. in seq. q. dicemus. Sed q: diximus. s. q̄ lex naturalis idigeat determinatione per ius diuinū, & etiam humanum. Deinde qualiter determinatur per legez diuinā. s. in. iij. principali. q. ver. duodecimo q̄ro, dixi, nūc restat dicere de hac determinatione per legē huma.
28 ¶ † Septimo quero. s. qđ diximus, qđ ius naturale determinat per ius humanū, imo q̄ indiget determinatione. Hoc videtur cōtra manifestam rationem esse, nam vt dicit Augu. in. j. lib. de lib. arb. Per legez eternaz oia sunt ordinatissima. Et. s. in. ij. q. tertie prin. questio. dictū fuit, q̄ ea que ad naturā hoīs ptinent, nō subdunt gubernatiōi humane, sed istud ius naturale ad naturā hoīs ptinet, ergo non potest terminari ratione humanarū id, qđ naturale est, sit fundatū in ratione diuina. Sed hoc nō obstāte dico, q̄ indiget ista determinatione. Et hoc nō venit ex defectu aliquo, q̄ sit in lege naturali, sed propter malitiam & proteruiam malorum hoim ex moribus, qui a natura procedūt ratione naturali, pro cōseruatione nature humane, & pacifico statu societatis hoim facta est lex humana, cohibēdo exteriores actus, quātū ad illa mala, q̄ possunt perturbare pacificum statuz hoim. d. §. natura, & c. facte. iiij. di. Et hec ꝓhibitio mali, & regimē ꝯseruatiōis humane, qđ ꝓcedit ex moribus hoim, deriuat a iure naturali, & hoc sufficiebat
29 ad felicitatē societatis humane, † sed propterea q̄ hoies ꝓterui sua malitia indurati non desinunt facere malū, opus erat vltra dictam prohibitionē, que per legē fit, apponere penā. Et hoc est arbitrarium a principe, q̄ non refert vno vel alio modo imponat. Uerbi gratia, prohibetur lege furtum fieri ab aliquo, sed non obstante prohibitione committit furtum, venit ex deriuatione legis naturalis, vt rem sublatam furto quis restituat, ne qs locupletet cum aliena iactura. l. iure nature. ff. de reg. iur. Sed pena, que imponitur malefactori a iure vltra persecutionem rei, non deriuat a iure naturali, q: non refert a principio, q̄ per legez ponatur pena dupli, vel tripli, vel dimidij. Et ita de similibus penis propter maleficia a lege impositis, siue propter contrauētionem legis, & simi
30 libus causis siue dispositionibus. † Hinc est, q̄ si p legez nō est apposita pena, erit i arbitrio boni iudicis. Hoc est q̄ dicit text. insti. de iniur. §. in summa. ibi, officio iudicis extraordinaria pena hoc est arbitraria, qđ arbitrium non potest extendi vltra penam relegationis, vt dicit tex. quē ibi glo allegat, ſm quem text. debet illa gl. in. d. c. in summa. intelligi per doctrinam Bart. in. l. nō solū. §. si liberationis. ff. de libe. lega. Et aduerte, q: vidi multos iurisperitos errare in intellectu illius glo. Et nunc vides qualiter determinatur lex naturalis per legem humanam, & indiget determinatiōe pro pacifico statu hominū. Uides tamē, q̄ licet sicut cerimonialia in diuinis, ita etiā he determinationes in humanis legibus vident a iure naturali aliene, tñ quo ad moralem intelligentiam, q: propter pacificam conseruationē societatis humane sunt cōstitute & iuri naturali sunt annexa. Et sic potest verificari ille tex. in. c. fi. §. his itaq;. dist. vj. in lege humana sicut in diuina, in hoc vez i determinatiōe iuris naturalis, hoc est, q: lz talia iura humana sint mere positiua. quia non deriuantur a iure naturali, sed q: finis talium iurium est cōseruatio humane societatis in dilectione & pace & tranquilitate, quo ad hanc moralem intelligētiam sunt annexa
31 iuri naturali. † Hinc etiam vides prescriptiones hoc modo fore inductas, & hoc non modo inuentione, sed etiam in temporis prefinitione, quia ad ius prescriptionis nihil referebat, quod a principio esset statutum tempus nouem annorum in prescriptione lōgi temporis, sicut est dispositū de. x. annis. Et ita de quadriennij & quadragenali & alijs prescriptionib9 dicas, & de similibus, que a principio cōstitutionis sunt arbitrarie, & istud proprie dicit ius
32 positiuum. † Quando vero fit constitutio legis habito respectu a principio ad mores hominum consuetudine probatas, deriuatur a iure naturali quodammodo talis constitutio humana, & illa dr̄ colligi ex preceptis naturalibus. Et ita debes intelligere text. in. d. l. j. §. priuatum ius. Et hec nota pro intellectu iurium doctoruz & ad faciendum leges nouas. Ecce vides quanta est potestas le
33 gislatoris in humanis, † & cuz primus & summus legislator i orbe sit imperator, vt in secunda parte dicet, habet auctoritatē in duobus, primo in his, que deriuātur a iure naturali, hoc modo videlicet ad discernendum, an tales mores sint boni, & tales q̄ pertineant ad virtutem communē gentium, vel non, & si viderit eos eē approbandos, facit legem. Et similiter in lege ꝯdita tenenda, vel corrigenda, vt in sequenti. q. declarabimus. Jtē secūdo habet auctoritatē in determinationibus iuris naturalis, hoc eniz ad ipsius imperatoris arbitriū reductū est, & cuz nihil sit in tēporalibus qđ vitam hois excedat, & potest arbitrari de vita hoc est de imponenda mortis pena, vt patet ad legem corne. de sica. quāto magis de bonis tēporalibus habere arbitrium discernēdi equū ab iniquo, hoc est, an sit ad cōem vtilitatē, id est pertinet ad conseruationem & pacem hominū siue societatis humane. Et hoc modo ante legē conditam nullus potest habere veram cognitiōez iusti & iniusti, nisi solus legislator, hoc est imperator in vniuerso, qui hanc auctoritatē habet a deo immediate, vt dicemus i secūda parte, & sic. d. l. ff. de iusti. & iu. in princi. loquitur de solo legislatore. Et ideo bene exponit glo. ibi profitemur, hoc est docemus. Et hoc respectu ille modernus, qui ꝯqueritur ibi in verbo nota nō poterat aliquē inuenire, qui docere posset ipsum, nisi solū impatorē. Sed postq̄ lex est cōdita, multos doctores poterat inuenire, q: certi sumus, q̄ illud, quod disponitur per legem, equum dicitur, & iustum. Et ideo dicit ibi tex. docemus cognitionem equi & iusti, hoc est id qđ disponit per nos ꝯstitutione legis est equū, & id qđ respuimus est
34 iniquū. † Et postq̄ lex est cōdita, nullus pōt iudicare de ipsa. c. in istis, in prin. iiij. dis. intellige, q̄ inferior non potest. c. cuncta per mūdū. ix. q. iij. q: ipse oēs iudicat, & nullus de ipso siue de ipsius le
35 ge. cle. ne. romani de ele. † Superior tamē potest iudicare de lege inferioris. c. j. de cōsti. in. vj. vt imperator de lege legis potest iudicare, an sit iusta vel nō. Et rex de aliquo inferiore sibi similiter potest. Sed vidimus auctoritatē imperatoris eē talem, q̄ superiorē non potest habere, cum de vita hominis, vt dictuz est, potest arbitrari. Ex hoc iferre poteris, q̄ ille modernus incōsiderate posuit os in leges imperatoris, dicens, q̄ non habuit bonū sensum in dispositione legis in prescriptione. xl. annorum, si post inceptam prescriptionem superuenit mala fides, siue sciētia rei aliene. Similiter in legitimatione spuriorum, & in vetāda educatione liberis. Sed illis & alijs que deuiant a ratione latius respondendo multa deo dante in alio opere viuis rationibus corrigemus. Dicas ergo q̄

omne id quod dispositũ inuenimus in legibus humanis dr̃ iustũ τ equũ. Scđo habes, ꝙ i his, que disponẽda sunt, arbitriũ discernẽdi equũ ab iniquo, stat penes impatorẽ, siue in his que dicimus deriuari a lege eterna, siue ẽt q̃si lex naturalis venit determinãda. Sed qꝛ restat nunc dubium dicti. §. his itaqꝫ, an in his que per deriuationem a lege eterna constituuntur, possit fieri mutatio legis.

36 ¶ † Octauo quero an lex humana possit mutari, vel corrigi. Et vr̃ ꝙ nõ, de hoc est tex. in. d. c. fi. §. his itaqꝫ. vj. distin. vbi dicit tex. ꝙ moralia mãdata ad naturale ius ptinent, τ sic mutationẽ nõ recipiunt. Sed sic est ꝙ iura humana non moralia, τ ita ad naturale ius ptinẽt, ideo mutari nõ possunt. Sed in contrariũ est text. in. l. nõ dubiũ C. de leg. τ. c. j. de ꝯsti. in. vj. τ ad. §. his itaqꝫ, respõdet, ꝙ ibi loquit̃ de preceptis moralibus, que in diuina lege sunt scripta, τ lꝫ moralia legis humane deriuant̃ a lege naturali, tñ hoc fit differẽter, qꝛ lex naturalis est lex diuina, τ q̃uis precepta moralia decalogi a iure naturali deriuantur, tñ per deum sunt approbata per scripturam, ita ꝙ cum idem promulgator iuris naturalis, qui

37 est deus, dicta precepta dederit, non potuit in aliquo errare. † Et sicut illud ius naturale est immutabile, qꝛ a deo est illa lex, ita etiã id qđ dependet ab eadem lege naturali, postq̃ ab eodẽ legislatore sunt p scripturã promulgata dicta precepta dealogi, τ ẽt super addita, qꝛ ẽt ea p spiritum sanctum per ora prophetarum τ sanctorum eius, vel per ipsum dominũ nostrũ sunt tradita. Et sic eis lex humana non potest derogare, etiam ad felicitatem vite humane, qꝛ iura humana eis cõtraria essent repellẽda. c. quoniam. viij. dist. Sed cum illa lex naturalis sit diuina, licet in ea ẜm illa cõmunia principia eiusdẽ que. s̃. diximus in. xj. q. tertie princi. questio. homo nõ potest errare, tñ in particularibus que p legẽ diuinã nõ sunt approbata p scripturam, ratio humana nõ põt ad plenũ participari dictamẽ rationis diuine, que est lex naturalis, sed suo modo τ imperfecte, cogitationes. n. hominũ timide, τ incerte proui

38 dentie nostre. Sapiẽtie. ix. c. † τ ideo dicit Augu. in. j. lib. de libe. arbi. ꝙ lex tẽporalis q̃uis iusta sit, cõmutari tñ p tpa iuste potest, hec. n. lex ꝯtinet precepta quedã particularia ẜm diuersos casus emergentia, τ ideo potest mutari, tam in parte rationis, qꝛ primi, qui condiderunt legem, nõ valuerũt omnia cõprehẽdere, que ad cõmunẽ vtilitatẽ hominũ cõueniebant, sed in multis deficiebant, ideo posteriores mutãt aliqua, q̃ in paucioribus deficiunt, in auc. qui mod. nat. effi. legiti. in princi. ibi nulla lex est ad omnia sufficienter ab initio promulgata, sed multa indigere correctione, τ. l. j.

76 Papa quando prescribere possit.
77 Prescriptionem non habere locum in his, que sunt supreme potestatis imperatoris.
78 Prescribi id tantuz potest, quod posset aliquo titulo trãsferri in prescribentem.
79 Imperator non potest transferre in alium supremam potestatem legis condende.
80 Papa vtit accessorie potestate tpali pro tuendis spiritualibus.
81 Papa quibus ex causis imperium transferre possit. z nu. 85.
82 Uassallus ad hoc, vt possit propter culpam a domino decisere, que sint necessaria.
83 Imperator semper consulendus in negocijs arduis.
84 Imperatorem nullus iudicat in temporalibus.
86 Papa non põt eximere aliquem principez a ptãte imperatoris.
88 Determinatio duobus apposita vtrunqz ex equo determinat.
90 Imperatori rebelles incidunt in crimen lese maiestatis.

Sta questio est ita ardua q doctores nostri non bene eam cõprehenderunt, z ppterea semper mundus est in armis, z religio Christiana recipit detrimentum. Ideo diligenter venit inuestigãda, iuxta dictum iurisconsulti in. l. legaui. ff. de lib. leg. † Quero igit cum
1 imperator sit vnus in orbe, an habeat hanc potestatem tpalez super omnes fideles z infideles, ita q nullus possit dici exemptus, quin teneatur obedire eidem imperatori recognoscẽdo eum superiorem. Et vt deinceps nullus valeat pretendere ignorantiã, nec excusari possit sub pena damnationis perpetue z tpalis, tenenda est conclusio vera z catholica, qđ omnes tenentur obedientiã prestare in tpalibus imperatori sine exemptione aliqua, preter Romanum pontificem, qui nulli in aliquo subest, vt supra proxima questione principali dictuz est. Et pro maiori declaratione, z corroboratione huius conclusionis, circa hanc questionem hũc ordinem seruabo. Primo arguam contra dictam conclusionem per xiij. media. Secundo per alia. xiij. media eandem pbabo. Tertio soluendo argumenta in contrarium deducta, pluribus rationibus eandem conclusionem validissime corroborabo.

¶ Et veniendo ad primum, arguo sic primo contra dictam con-
2 clusionem catholicam. † Omnis potestas a Deo est, ad Roma. cap. xiij. sed sic est, vt dicitur prouerb. viij. cap. dicit Deus. Per me reges regnant, z legum conditores iusta decernunt. Ex hoc inferuntur duo, vnum, videlicet, q reges regnando possunt facere leges, fm q illa potestas est a Deo. Sed sic est, qđ imperator non habet aliam potestatem, quãm facere legem, z illam habet a Deo, sicut reges, infertur ergo cõclusio, q paritas est inter imperatorem, z reges, z sic sunt exempti, ita q quilibet potest dici imperator in suo regno.

¶ Item secundo arguo sic, † omnis lex est fundata super ratione
3 naturali, postqz ergo reges habent potestatez legis cõdende, vt. s. proxi. argu. est dictuz, sic eoz leges sunt fundate super ratione naturali. c. erit aũt lex. iiij. dist. siue ergo loquamur de lege animata, vel inanimata, semper est illa super ratione naturali fundata, vt dicemus. J. tertia parte huius opis, z potestas temporalis est ad hoc, vt illa lex effectui tradat, vt dicemus late infra quarta par-

te huius operis. Sed potestas imperatoris, ⁊ regum in hoc pari forma procedit ergo sequitur, ꝙ eiusdem Imperatoris potestas superflua esset supra reges, nimirum possunt dici exempti.

¶ Item tertio arguitur, lex non est posita iusto, sed vbi spiritus
4 Dei ibi libertas. c. due sunt leges. in fi. xix. q. ij. †sed sic est, qd cor regis in manu Dei est, ⁊ vbi voluerit iclinabit illud, ⁊ iterū labijs rex regit, dicit scriptura diuina relata in ep̄la iter claras. C. d summa tri. ⁊ fid. cat. Si ergo rex spū Dei ducit, sequit ꝙ in eo est libertas, ⁊ sic lex nō est posita sibi, ideo nō subijcit imperatori, cum nō subijciat eius legi. Sed sicut imperator dicit in. l. digna vox. C. de leg. legibus soluti sumus, similiter ⁊ rex hoc potest dicere.

¶ Item quarto arguo sic. ꝯclusimus in prima. q. princi. qd imperator, ideo hꝫ potestatem tpalem a Deo imediate, qꝛ ius naturale est participatio diuini luminis, a quo deriuātur leges humane, vt dictū est in prima parte. iiij. q. prin. Et hanc participationem hꝫ imperator a Deo, ita etiam reges, ⁊ alie creature humane, ⁊ sic quo ad hoc nō est dr̄ia inter reges ⁊ imperatores. Si vero ꝯsideramus hanc potestatem respectu populi, similiter habēt eam reges supra multitudinem, quibus presunt sicut ipse imperator, aut per occupationem, sicut fuerunt Reges Hispanie, qui iste a faucibus Sarracenoꝝ obtinuerunt dicta regna, siue per nominationem, siue electionē dicamus, put in regno Nauarre, vbi regnicole postq̄ obtinuerunt regnum expulsis sarracenis elegerunt ipsimet regem, cui dederunt ptātem legis ꝯdende cum certa moderatione, videlicet, ꝙ illam possit facere cū ꝯsensu dictorum regnicolaꝝ, ⁊ nō alias, ⁊ in illis regnis interuenerunt omnia que fuerūt in electione imperatoris, vt in. l. ij. ff. de orig. iur. dicit, ex hoc infertur, ꝙ dicti reges non sunt subiecti imperatori.

5 ¶ †Preterea ⁊ quinto arg. regula est. ff. de reg. iur. in. l. nihil tā naturale est, q̄ eodem genere quoq; dissoluere quo colligatum est, sed Romani per vim occupauerunt principatum orbis, vt patet in chronicis, ⁊ est text. in. l. ij. ff. de origi. iur. Et deinde Julius cesar imperium vrbis Rome, Pompeio ac ceteris nobilissimis romanis occisis per vim arripuit, postea maiorem partē orbis, qui ter centies nonies fertur pugnasse, ⁊ quinquaginta duabus vicibus pugnauit solus, Marcum marcellum supergressus. Et post eius obitum Octauianus imperator eius nepos auxit, ⁊ totum orbem in vnam monarchiam redegit. Luce. ij. c. exijt edictū a Cesare augusto, vt describeret vniuersus orbis. ergo sequitur ꝙ non solum reges, sed etiam populi eodem modo per vim, ⁊ armis possunt ab eodem imperio dissolui ⁊ eximi.

¶ Item sexto argu. si tenes ꝙ sponte obedierunt gentes eidem
6 imperatori, †certum est, ꝙ par in parem non habet imperium. c. innotuit. de elec. sicut. n. imperator vel papa, non potest successori legem ponere, quin ab ea discedere liceat. Simili modo etiam inter gentes, licet predecessores in imperatorem transtulerūt potestatem legis ꝯdende, tamen non potuerunt ligare successores, vt inuite remaneāt in obedientia eiusdē imperatoris. ⁊ hoc probat tex. in. d. l. ij. ff. de origi. iur. in prin. ⁊ in. §. initio. dicit text. ꝙ a principio Romani gubernabantur per reges, qui habebāt oēm potestatem a populo, tamen tempore Tarquini superbi fuerunt expulsi reges, eo qꝛ noluerunt gubernari per eos, sequitur ergo, ꝙ eodem modo quelibet puincia potest idē facere. Et sic dimisso imperatore alium eligere, qui eandem potestatem, quā tenet imperator habeat, aut qd in cōmunitate viuant, vt Venetijs, ⁊
7 Florentie, ⁊ similibus. †nullus enim potest sibi legem imponere, quin ab ea discedere non liceat. l. si quis. ff. de lega. iij.

¶ Item septimo arg. fortiter, posito ꝙ rex vel alique gentes, vel puincie non possint sponte ab obedientia imperatoris discedere,
8 tñ saltem prescriptione possunt se eximere. †prescriptiones enim sunt pro cōmuni vtilitate inuente. l. j. ff. de vsuca. ⁊ maxime in casu presenti, qꝛ ad primeuam naturam reuertuntur.

¶ Preterea octauo arg. vna ecclesia prescribit ꝯtra aliā ecclesiam sub Romano pontifice, vt patet per multa iura iuris canonici, imo etiam aliquando ꝯtra suum superiorē. c. de quarta. de prescrip. cum simi. igitur posito ꝙ sibijpsis exemptionem nō possent prescribere ab imperio, tamen reges, vel alij possunt prescribere, vt Romano pontifici (qui maior est imperatore) imediate subijciantur. Et hanc opi. tenuit primo Hosti. deinde omnes canoni. in. c. per venerabilem. qui fil. sint legi. vt ibi refert Abb. in c. cum contingat. de foro compe. cum simi.

9 ¶ Itē nono arg. †certū est, ꝙ quis non pōt deponere, vel punire aliquē, nisi hēat ptātem in eum. c. cum venisset. de insti. ⁊ cle. ij. de rescrip. sed Romanus pōtifex deposuit regē Francoꝝ noīe Hildericū, ⁊ eo, ⁊ suis descēdentibus puatis, trāstulit regnū de veris heredibus in aliud genus, videlicet in Pipinum patrē Caroli magni, vt patet in chronicis, ⁊ est tex. in. c. alius. Item. xv. q. vj. ergo Papa est superior regis Francoꝝ in tēporalibus, ⁊ sic non imperator, ⁊ pbatur hoc. nā vt. §. prima qōne prin. dictū est, papa est maior imperatore, ergo in nullo pōt sibi subesse cū sit imediatus Christi vicarius. ⁊ pbat in. c. solite. de maio. ⁊ obe. ergo si papa non subest imperatori, est maior in potestate, quam habet erga regem Francoꝝ, nec potest dici maior mediatus, hoc est, ꝙ imperator sit supra reges, ⁊ supremus summus pontifex, qꝛ supra proxima questione principali est conclusum, Imperatorem in nullo subesse pape in temporalibus. Preterea, qꝛ de iure ciuili, primo debebat causa discuti coram imperatore, deinde coram papa, si fuisset mediatus superior, sicut dicimus in appellatione, que non hꝫ locum omisso medio de iure ciuili. Sed postq̄ Romanus pontifex priuauit dictum Regem Francorum est superior immediatus, ⁊ sic idem rex est exemptus ab imperatore.

10 ¶ Preterea decimo arg. †per tex. in. c. j. de for. fideli. in lib. feudorū. ⁊. d. c. fuit translatum. de. c. de forma. xxij. q. vlti. vbi ponit istos sex casus, videlicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, quos declarat ibi text. puta ꝙ vassallus non erit causa, ꝙ dominus patiatur damnum in corpore suo. Item ꝙ non reuelauit secreta sua in damnum suum, nec munitiones quam habet contra hostes. Item de iustitia, ⁊ reliqua exemplifica, vt ibi per tex. ⁊ docto. Et vassallus non solum debet abstinere a predictis, sed etiam debet super illis auxilium, ⁊ consilium domino exhibere. Item in fine dicit tex. ꝙ eodem modo dominus est obligatus vassallo sup omnibus predictis. Et sic non sufficit per illum text. abstinere a malo, nisi fiat qd bonum est. ⁊ tex. est in. c. non satis. lxxxj. distin. presupposito ergo, ꝙ reges, ⁊ alij principes, ⁊ cōmunitates (qui dicunt se exemptos a potestate Imperatoris) ad premissa omnia tenerētur. Et si in aliquo delinquunt in contentis in. d. c. j. ⁊ alijs ad que sunt obligati de iure, incidunt in penā a iure statutam, ita etiam imperator, si non obseruat simili modo subditis suis omnia ea que pdicta sunt, iure possūt eximi ab eius imperio. Sed videmus ꝙ imperatores non adimplent erga reges, principes, ⁊ communitates cōtenta in. d. c. j. inter quos plerunq; vigent bella intestina, ⁊ grauia. Sed imperatoribus nō est cura de premissis, merito debet verificari, id quod dicit in. c. esto. xcv. distinctio. cur te habeam in principem, cum tu non me habes in senatorem. Et ideo iuste possunt dicere se esse exemptos ab obedientia imperatoris.

¶ Item vndecimo arg. fortissime. Cōclusio est vera, ꝙ papa approbat imperatorem. c. venerabilem. de electio. ⁊ etiam ex causa deponere. c. ad apostolice. de re iudic. in. vj. Si ergo papa potest in totum priuare imperatorem toto imperio, multomagis poterit in parte saltem eodem modo. argumen. l. que. de tota. ff. de rei
11 vendi. †Sed Romanus pontifex ostendit, ⁊ dicit in. c. per venerabilem. qui filij sunt legiti. quod rex Francorū in temporalibus superiorem non recognoscit, ⁊ sic aut declarat ipsum regem fuisse, siue esse exemptum in temporalibus a potestate imperatoris, aut vult nunc ꝙ ipse sit exemptus, ⁊ ꝙ nullum recognoscat in superiorē, nec est querendum de causa, quia quod principi placuit
12 legis habet vigorem. instit. de iure nat. §. sed quod principi. †nec ab aliquo potest queri causa, cur papa hoc facit. c. cuncta. ix. dist. q. iij. Et sic patet, ꝙ rex Francorum est exemptus ab imperio. Et si idem rex est exemptus, eadem causa vel simili alij reges possunt dicere se exemptos, ⁊ non sunt sub imperatoris obedientia.

¶ Preterea duodecimo arguitur fortiter. Certū est, vt dicitur Joan. xx. ⁊ Matth. xvj. Christus Petro, ⁊ successoribus dedit
13 claues regni celorū, † ⁊ Nicolaus papa in. c. omnes. xxij. distin. declarat, ꝙ iste claues sunt potestas terreni ⁊ celestis impij, ⁊ hoc corroboratur Joā. xx. dixit Christus Petro, pasce oues meas. Non distinguens de ouibus, ⁊ de pabulo tam spirituali, q̄ corporali. Et hoc clare dicit extrauagans Bonifacij octaui. Unā sanctam, ⁊ hoc corroboratur, qꝛ papa transfert imperiū de vno loco ad alium, sicut fuit translatū de Romanis in Grecos. l. j. C. de veter. iur. enucle. §. sed ⁊ si que. vbi imperator vocat Constantinopolim Romā nouā, deinde a Grecis in Germanos. d. c. venerabilē. de elect. ⁊ gl. in. c. ad apostolice. de elec. ⁊. c. in die. de ꝯsecra. dist. v. Et sic apparet papam habere ptātem supra imperatores, qui habent potestatem temporalem, ⁊ sic infertur summum pontificem habere maiorem potestatem, q̄ imperatores, ergo suprema iurisdictio temporalis manet in papa, prout hoc probatur Luce. xxij. Ecce duo gladij, non dicit nimis est, sed satis est, ⁊ non dixit projce, sed dixit mitte gladium in vaginam. Et ille gladius denotat potestatem temporalem. Et sic remanet penes papā, ⁊ ille est caput totius corporis mystici, ⁊ sic imperator est de

ouili, alias

nulli, alias non esset catholicus, ⁊ per cõsequens nec imperator, qꝛ vt. §. proxima qõne principali dictum est, ad essentiã imperatoris oportet ꝙ sit catholicus, recipiens lumen a papa, ⁊ hoc cõuenit ẽt ad bene esse ecclesie, ⁊ totius vniuersitatis orbis, tã respectu finis boni eterni, quam ẽt tpalis vnam monarchiã, vnuz principem, ad quẽ cetera referantur dare cõuenit. sed his sic presuppositis non habemus ius aliqđ, vel aliam certitudinẽ, per qđ appareat ꝙ papa totam illã potestatez tpalem in impatorem transtulerit, ⁊ sic reges, ⁊ pncipes in his ꝓuincijs, in qbus non apparet se subesse imparatori dicere se esse exẽptos, hoc non erit de facto, sed ab antiquo hoc fuisse, ⁊ esse de iure dõm est. Nõ ob. l. deprecatio. ff. ad. l. rhod. de iac. vbi dr̃ ꝙ imperator est dñs totius mundi. cũ simil. qꝛ hoc intelligitur in his ptibus mundi, in quibus hz dñiuz, hoc est dicere ꝙ est dñs totius mundi, eoꝝ vcz qui sunt sub imperatore, non tñ potest intelligi de his, de qbus non apparet illos aliqñ fuisse sub ptãte imperatoris, nec lex impatoris eis posset in iure suo exẽptionis derogare, qꝛ eodem modo posset talis rex, de quo non apparet aliqñ fuisse subditum imperatori, facere legem, se non recognoscere superiorem in temporalibus.

¶ Item decimotertio pro cõplemento arguitur, per tex. in. l. non dubito. ff. de capt. ⁊ l. mercatores. C. de merc. ⁊ merca. vbi appet ꝙ impatori non sunt oẽs obedientes, nec subiecti, ⁊ videmus hodie, ⁊ toleraꝛ ab ecclesia, ꝙ reges in hac exẽptione ptãtis tpalis viuant, alias. n. si non essent exempti, asserendo se esse exẽptos extarẽt in peccato manifesto, quos papa dẽret ab errore reducere,
14 monendo eos ad obedientiã imperatoris, †nec dz tolerare manifestos peccatores, put fecit alias in. c. nouit. de iudi. ⁊ ẽt in persona impatoris. c. ad apostolice. de sentẽ. ⁊ re iudi. in. vj. ⁊ in. d. rege Francoꝝ. c. alius. itẽ. xv. q. vj. sed videmus ꝙ ecclesia eosdem tolerat, ergo pz ex hoc ꝙ non peccant reges in nõ obediendo imperatori, ⁊ ideo dñr exempti, alias starẽt in peccato manifesto, nec ecclesia eos toleraret. imo ꝙ plus est, habemus determinationez ecclesie in ꝯtrarium, qꝛ Ludouicus quidam rex Francoꝝ fuit canonizatus ab ecclesia ꝓ sancto, quod tñ impossibile foret, si non fuisset exemptus a potestate imperatoris, quia in non obediendo fuisset in peccato, ⁊ per consequens non potuit canonizari, ⁊ ita de alijs. sic habes fundatã intentionem eoꝝ qui asserunt, nõ omnes reges subesse imperatori. Sed qđ aliqui sunt exempti non recognoscẽtes impatorẽ in suporẽ. Sz ꝑfecto hec opinio est erronea, ⁊ ꝓpter hunc errorẽ totus mundus semper est in armis, ⁊ fides xp̄iana piculũ patiꝛ, iõ hec opinio sapit heresiz, vt. J. videbis.

¶ Nunc veniendo ad fm, videlicet ad corroboratiõnẽ ꝯclusionis
15 catholice dico† ꝙ deinceps quicũqz vult saluus esse, dz tenere, ꝑdicare, ⁊ docere catholicã hanc ꝯclusionẽ, ꝙ imperator est vnus supremus in temporalibus in orbe, ⁊ nullus rex, princeps, vel cõmunitas est exẽptus ab imperio, sed omnes imperatori obedire
16 tenentur. Hoc ostendiꝛ primo† canonũ statuta ab omnibus sunt custodienda. c. si romanoꝝ. xix. dist. in tantũ, ꝙ sicut non valet cõsuetudo, lex, vel statutũ contra legẽ naturalem, vel diuinam scriptam. c. fi. de consue. ita nec cõtra canonũ statuta. c. si. ix. dist. ⁊ c. quo iure. in fi. viij. dist. ⁊ §. prima parte in tertia, ⁊ quarta questionibus principalibus, ⁊ latissime in quinta questione principali diximus. canones enim ex auctoritatibus noui ⁊ veteris testamẽti depẽdent. c. qualiter ⁊ qñ. el grande. de accu. non dico de cõstitu
17 tionibus ecclesiasticis, vt. d. c. fi. ix. dis. i fi. h ꝑsupposito, †habes in iure canonico tex. in. c. solite. de maio. ⁊ obe. vbi p papã disponitur, ⁊ tenetur ab ecclesia Romana catholica, qđ duo sunt capita in orbe, vnũ qđ diuinis ministrat, vcz papa, qui significatur per solem, ⁊ aliud qđ preest temporalibus, scilz imperator, ⁊ ille per lunam denotatur, ⁊ contrarium dicere est hereticũ, vt dictũ est. §. in hac secunda parte in prima ⁊ secunda questi. principalibus, ergo ista duo, imperiũ, ⁊ sacerdotiuz in supremitate equiparanꝛ, vt equalis sit determinatio. l. nã hoc iure. ff. de vulga. ⁊ pupil. substi. videlicet sicut papa est supremus in spiritualibus, ita etiã imperator in tẽporalibus. Sz dicere ꝙ in spiritualibus aliquis sit exemptus a papa sapit heresim. Ita etiã in tẽporalibus dicere, qđ aliquis sit exemptus ab imperatore sapit heresim. Unde Aristoteles. xv. metha. lz lumine fidei nõ erat illuminatus, hñ sensit in hoc dũ dicit, nec bona est principatuũ pluralitas, vnus ergo priceps.
18 ¶ Cõfirmaꝛ hoc auctoritate euangelica, oĩs enim Christi actio est nostra instructio. c. significasti. de elec. imo est dictũ irrefragabile eiusdem domini nostri. Jo. xiij. exẽplũ enim do vobis, vt quẽadmodum ego facio, ⁊ vos faciatis. Sed idem dominus noster voluit nasci tẽpore quo totus mundus erat in pace sub vno impatore optimo Octauiano. Deinde ẽt eius mãdatis obediendo, licet esset tũc in vẽtre matris dominus celi ⁊ terre, ad edictũ Octauiani impatoris in vtero virginis ibat in Hierusalez. Luc. ij. exijt edictum a Cesare augusto, vt describereꝛ vniuersus orbis, ⁊ in Bethleẽ natus est. ecce ergo exẽplum dedit Christus oĩbus ad
19 obediendũ vni impatori. †itez postea hoc exemplũ expresso precepto declarauit Matth. xxij. Marci. xij. reddite que sunt Cesaris Cesari, hoc preceptũ generale est, lz super nũmismate fuit interrogatus a iudeis, sed vľiter rñdit, tam super tributo dãdo imperatori, qz ẽt in quibuscunqz alijs ad impiuz spectãtibus. sed in dicto exẽplo qđ dedit obediẽdo imperatori, qꝛ venit ad eius edictũ, iam ostẽdit obediẽdũ esse imperatori, ⁊ illa obediẽtia debeꝛ sibi. ergo illa ab omnibus dz prestari nõ solũ exẽplo Christi, sz ẽt eius precepto. Non obstat id qđ aliqui dicũt, ꝙ xp̄s illud precepit pp humilitatẽ, ⁊ ne scãdalizaret. iuxta illud Mathe. xvij. vbi dum petereꝛ tributũ, dixit Petro, ꝙ solueret de eo ꝙ i pisce quẽ in mari capturus erat inueniret, ⁊ hoc ne scãdalizaret. Sed dico qđ hoc magis approbat ꝯclusionẽ nr̃am. Si tñ vis euitare pote
20 ris dupliciter. †Primo qꝛ ibi de tributo ꝙ p exactores regis petebaꝛ hoc dr̃, nõ de imperatore, qꝛ post aduẽtũ xp̄i ablatũ est sceptrũ de Juda, vt dicit Jacob. Nõ auferet sceptrũ de Juda, nec dux de femore eius donec veniat qui mittẽdus est, sic nõ tenebaꝛ
21 illi iuste soluere. †Sed ppea dedit exẽplũ, ꝙ ẽt Papa ⁊ alij ecclesiastici dum ab eis petiꝛ tributũ, si p nõ solutionẽ scandalũ speraꝛ, teneñ soluere, nec resistere facto. Si eniz Jesus xp̄s (qui vno verbo poterat in terrã proijcere oẽs mũdi homines, sicut fecit tẽpore passionis sue omnis exercitus Judeoꝝ, qui ad eum capiẽdũ veniebat, ꝓstratus est in terrã, dicto hoc verbo, ego sum. Joã. xviij. c.) voluit tñ soluere tributũ ad euitãdũ scãdalũ, sp ecclesiastici hoc debẽt facere, si pp nõ solutionẽ speraꝛ oriri scandalũ, exẽplo xp̄i, vel ẽt aliter dic, ꝙ quo ad casuz siue nostrã ꝯclusionez nõ obstat hoc. qꝛ iudei eo tp̄e potius veniebãt dolo scãdali ponendi causa. Sed Christus palã rñdit. reddite qđ est Cesaris Cesari. ⁊ hereticum est dicere ꝙ Christus iniustam sñiam dederit, immo illa sententia est vera, ⁊ pro lege habenda. ex quo venit conclusio infallibilis diuina, ꝙ imperatori est obediẽdũ, ⁊ que sunt imperatoris sibi sunt reddẽda. Itẽ scđo pro ꝯfirmatione huius cõclusio. dico, ꝙ cũ apud romanos existeret imperiuz tẽpore cõstãtini, trãslatũ est illđ in grecos. Deinde ex Grecis in germanos, ⁊ Carolus magnus rex Frãcoꝝ fuit assumptus in imperatorez. ⁊ nunc catholicus totius Hispanie, ⁊ vtriusqz Sicilie Rex potentissimus Carolus est imperator electus. ⁊ sic valent tales mutationes, imo ẽt electiones eorũdẽ regũ. si ergo rex Hispanie vel Francie non recognosceret superiorẽ, tũc per talẽ electionẽ nihil sibi quereret, ⁊ sic in eodẽ essent duo capita equalia suprema, qđ est monstrũ in rerꝝ natura. Non obstat si dicaꝛ, ꝙ solet dari p papã archiepiscopatus alicui episcopo nõ suffraganeo, vel vnũ regnũ habenti aliud regnũ, ⁊ sic nõ est icõueniẽs. Sz ad h rñdeo ꝙ in illis nõ est incõueniẽs, qꝛ dicunꝛ quasi diuersa mẽbra, siue ꝙ representare põt diuersa membra, qꝛ in vno corpore sumus diuersa membra sub vno capite, ⁊ sic non esset aliquod monstrũ, sed qđ sint duo capita de per se hoc est intollerabile. Itẽ secũdo qꝛ papa ex cã trasferat imperiuz, siue electionẽ imperatoris de gẽte, significat ꝙ quelibet prouincia participat de imperio, ⁊ per consequẽs oẽs dicuntur sub imperatore.

¶ Item tertio pro hac ꝯclusione facit, nã in primo statu iuris gẽtiũ, ⁊ ẽt in scđo statu oẽs cõiter viuebant, sine in cõitate. Deinde vero venit ad cõitatẽ Assiryoꝝ, postea Romanoꝝ, sed demum ipsi Romani, qui tũc dominabanꝛ populis, vice totius generis humani elegerũt vnum, vt in eo esset omnis potestas. l. ij. §. nouissime. ff. de orig. iur.
22 †Sed nunc statuto ecclesie, ⁊ eius approbatiõe illa potestas eligẽdi est penes illos electores Alemanie, q vice totius vniuersitatis mundi eligunt imperatorẽ, vt dicit Joan. and. in addi. ad Spe. in tit. de rescrip. presen. §. fina. ver. item qđ obtẽtũ. ⁊ hoc est diuina promissione, qꝛ cũ vt dicit i proemio decretaliũ, effrenata cupiditas sui prodiga inducit homines in deteriora. ⁊ in proemio cle. dicit, sensualitas humana indies ad malũ declinaꝛ, per qđ morum subuersio obrepit. hoc ẽt de reb. ecclesie non alienan. in pn. colla. ij. ⁊ sic non sine misterio potestas eligẽdi, ⁊ qui postea legẽ daturus est in pauciores redigitur, iuxta dictuz Augustini. si populus sit bene moderatus, ⁊ grauis, cõisqz vtilitatis diligentissimus custos, recte lex ferꝛ qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica adimitur. porro si paulatim idẽ populus deprauatus habeat venale suffragiũ, ⁊ regimen flagitiosis sceleratisqz cõmittãt admittiꝛ tali populo talis potestas dandi honores, ⁊ ad paucoꝝ bonoꝝ reddiꝛ arbitriũ. postqz ergo dicti electores sp cũ eligũt iperatorẽ, vtunꝛ vice totius populi generis humani sequitur ꝙ habeꝛ illud, ac si oẽs

Galli Hispani, ꝛ reliquę nationes eligerent, sed cũ omnis pote⸗
stas sit a Deo ad Roma.c.xiij.q: quilibet vtitur impressione di⸗
23 uini luminis, qđ est in homine, qđ est ius nãle, † ꝛ necesse fuit ꝙ
ꝑpter vitia hominũ fierẽt ꝯstitutiones.§.natura.in auc.quibus.
mod.natura.effi.sui.ꝛ potestas condendi cõstitutiones in vniuer
so, sicut ante erat penes omnes, redacta est i vnũ, imo ẽt potestas
eligendi illum vnum ducta est in arbitrium paucorum, videlicet
septem electorum Alemanie, necesse est dicere, ꝙ omnes natio
nes nemine discrepante sint subiecte imperatori, ꝛ eius legi. hinc
infertur quod non bene loquitur Occam, dum dicit ꝙ imperiũ
sit penes Romanos, ꝛ ꝙ vniuersitas romanoꝝ posset super hoc
aliud statuere, q: fabula est, ꝛ ꝯ rõne, ac ꝯ catholicã determina⸗
tionem. ꝛ ex hoc ẽt excludit̃ illud ꝙ aliqui dñt ꝙ potest quis pre
scribere contra imperium respectu obedientie, ꝛ.J. in responsione
ad septimũ, ꝛ octauum argumentum latius dicetur.

24 ¶ Jtẽ quarto ꝓ veritate nr̃e ꝯclusionis dico † ꝙ Deus nũꝙ͂ di
misit nãm humanã sine cõi regimine totius nature respectu finis
nõ tñ beatitudinis eterne, verũ ẽt felicitatis humane, hoc pꝫ q:
in primo statu homines in cõmunitate viuebãt, ꝛ solũ sufficiebat
illud ius naturale, qđ tibi vis fieri alteri facies.c.dist.j.ꝛ instinctu
nature.c.ius naturale.ea.dist.sine constitutione, q: cum essent in⸗
tegre vite cõiter seniores instruebant iuniores, sed postmodũ au
cta malitia hominũ, humana societas iam incepit declinare ad
malum fecerũt constitutiones iure gẽtium in secundo statu.d.§.
natura. ꝛ multi contractus sunt inuenti in illa cõmunitate.l.ex
hoc iure.ff.de iust.ꝛ iure. Sed eo tẽpore non erãt actiones.l.ij.ff.
đ orig.iur. ꝛ hoc est verũ, ꝗcquid dicãt aliqui, q: nõ inuenieť lex
aliqua que aliud dicat, sed quilibet proximo suo fidem seruabat
Et in his mundus in communi regimen habebat interim venit
Assyriorum imperium in quibus consistebat monarchia. Dein
de successit imperiũ totius mundi ꝯsistere in cõmunitate Roma
noꝝ. Demũ vides qualiter ex cõitate Romanoꝝ ventũ est impe
riũ in vnũ. ꝛ ex hoc patet, ꝙ voluntas Dei est ꝙ nunc tota natu
ra humana quo ad beatitudinẽ temporalẽ per vnũ regat̃, vnione
cõitatis. primo totius orbis, deinde cõitatis particularis, in fine
vero per vnũ hominẽ, qui est imperator, inuisibilia enim Dei a
creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. ad
Roma.c.j. Unde opus est dicere ꝙ totus orbis est sub imperio
respectu finis felicitatis humane, ꝛ licet populus iudaicus suo tẽ
pore erat populus electus, in his que pertinent ad finem felici⸗
tatis eterne, tñ quo ad temporalem beatitudinẽ Deus voluit vt
esset sub imperio gentilium.

25 ¶ Jtem quinto fortificat̃ nostra ꝯclusio inconuincibiliter.† om⸗
nis homo est animal sociabile, vt dicit Philosophus.j.politico
rum. ꝛ vt dicit ibi Philosophus. Omnibus ad huiusmodi so⸗
cietate a natura est appetitus. Unde dicit̃ Ecclesiasti.c.xiij. qđ a
natura omnis homo diligit sibi similẽ. ꝛ ẜm Philosophum vbi
supra, qui est absq; ciuitate, aut nequã est, aut potior ꝙ͂ homo, ꝛ
vt dicit Augustinus vbi.J. societas humana vniuersali vocabu⸗
lo ciuitas nũcupat̃. Opus est igitur, vt dicamus ꝙ regimen hu⸗
ius ciuitatis siue societatis humane remaneat, aut penes totã so
cietatem in cõmuni, aut penes partem huius societatis, aut pe⸗
nes vnum. Sed videmus ꝙ non est in tota vniuersitate, q: illud
erat tẽpore iurisgentium, nec penes particularẽ cõmunitatẽ, q: il
lud erat primo tempore Assyriorum, deinde tempore Romano
26 rum ergo est de necessitate dicendum ꝙ est penes vnũ.† arguen⸗
do ergo a sufficienti partium enumeratione, videmus, ꝙ non est
in aliquo regum regimen totius mundi, siue totius societatis hu
mane, ꝛ hoc notorium est, debemus ergo dicere, qđ est aut penes
Papam, aut imperatorẽ. sꝫ non est in Papa, q: vt dicit Hiero⸗
nymus, ꝛ est canon esto subiectus.xcv.dist. recordemur semp, ꝙ
apostolus Petrus precepit sacerdotibus pascite eum qui in no
bis est gregem domini, preuidentes nõ coacte, sed spontanee se⸗
cundum domini preceptum. ꝛ hoc est ꝙ dominus precepit pasce
oues meas, que sunt de grege, sed alie gentes non sunt de grege,
nisi fideles, hoc patet Joan.xvij. non pro mundo rogo, sed pro
his, quos dedisti mihi, quia tui sunt, ꝛ omnia mea tua sunt, ꝛ tua
mea sunt, ꝛ sic Christus habet curaꝫ de ouibus suis gregis, ꝛ ita
etiam Romanus pontifex non habet imperiũ, nisi super bonos
principaliter, nisi accessorie, vt premissum est supra proxima que⸗
stio. princi. videlicet quando per malos ouile suum turbatur. Et
hoc etiam idem Romanus pontifex affirmat, in.c. cuꝫ ad veruꝫ.
xcvj.dist.ꝛ.c.qm̃.x.distin.ꝛ omnes concedũt ꝙ non habet actu,
sed nec habitu, vt dicta questione proxima. Ergo est dicendum,
ꝙ est penes imperatorem. Presertim quia in.d.c. esto. dicit tex.
non coacte, sed spontanee pondera verbum coacte, nam lex hu⸗
mana, ꝛ sic imperator coacte potest, ꝛ sic compellit ad felicitatẽ
humanam.xxiij.q.v. ad fidem, ꝛ sic hec potestas legis humane
non est penes papam, sed in imperatore. Jgitur concludendum
est, ꝙ si aliquis rex dicat se non subesse imperatori, asserit nõ esse
de societate humana, ꝛ sic aut erit nequam, aut plus ꝙ͂ homo, in
cuius derisum iuxta dictum Homeri, vt refert Philoso. primo
politicorum, dici potest, sine domo, sine iure, sine tribu, ꝛ sic rema
net semper nostra conclusio catholica vera.

27 ¶ † Preterea sexto corroboratur conclusio, dicit Philoso. pri
mo politicoꝝ, homo est sociabile animal, magis ꝙ͂ omnes apes,
ꝛ ꝙ͂ omne gregarium, ꝛ nihil natura frustra fecit, ꝛ sic dicit Hie⸗
ronymus, ꝙ cum vniuersus orbis sit vna prouincia vniuersalis,
in qua vnus est imperator.c.in apibus.vij.q.i. licet prout est diui
sus orbis, dicantur plures prouincie, vt dicit text.in.c. scitote.vj.q.
iij. tñ in toto orbe vnus est imperator, si ergo est imperator totius
orbis, nullus potest dici exemptus, ꝛ imperator est ille, qui diui⸗
dit prouincias.l. si eadem.ff.de offi.assesso.

¶ Jtem septimo conclusio catholica corroboratur hoc modo.
28 † nam ẜm Philoso. iustuꝫ est omnia a fine denominari, finis eniꝫ
omnia ratificat, ꝛ finis est principium in intellectu, vt dicit Bar.
in.l. ambitiosam.ff.de decre.ab ordi.fac. ꝛ Augustinus in.j. lib.
de libe.arbi. ponit tantum duas leges, videlicet eternam, ꝛ tem⸗
poralem, quam dicit humanam, ꝛ illa lex eterna est diuina, ꝛ pa⸗
pa diuinis ministrat, imperator vero humanis preest, vt in auct.
quomo.opor.epis.colla.j.in prin. hoc probat tex.in.c. lege impe⸗
ratorum.x.distinc. vbi dicitur, ꝙ lex imperatoris non est supra le
ges, sed subtus, ꝛ sic dicit ꝙ imperiali iudicio non possunt iura ec
clesiastica dissolui, ꝛ sic infertur, ꝙ lex imperialis est alia a lege ec
clesiastica. sed non sunt nisi due leges, ẜm Augustinum, scilicet di
29 uina, ꝛ humana, † ꝛ sic est inferendum, ꝙ papa solum se immiscet
diuinis, ꝛ imperator humanis. ꝛ hoc clare probat tex.in.c. inter.
xxxiij.qđ.ij. vbi facit differentiam inter mundanam legem, ꝛ spi⸗
ritualem, ꝛ dicit vltra, ꝙ ecclesia non habet, nisi gladium spiritua
lem, que non occidit, sed viuificat. Sed vt supra probatum est, fi⸗
nis legis diuine est facere amicitiam hominis cum Deo, finis ve
ro legis humane est, facere amicitiam hominum adinuicem, ꝛ sic
prout fines sunt diuersi, ita etiã potestates societatis. Et sic opor
tet, ẜm diuersos fines, ponere etiam duo corpora ficta, vnum qđ
tendat ad finem felicitatis humane, aliud vero, qđ respiciat bea⸗
titudinẽ eternaꝫ. Sꝫ in.c. nulla ratione.xciij.dist. dicitur nulla ra⸗
tione sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius epi disciplina ꝛ ꝓ
uidentia gubernãtur, tales enim acephalos id est sine capite pri⸗
sca ꝯsuetudo nũcupauit. Sicut ergo in spiritualibus oportet, qđ
quis habeat caput vsq; ad papã exclusiue in ecclesia militanti, ali
as dr̃ acephalus. Jta ẽt in tẽporalibus, vsq; ad impatorẽ exclusi
ue opꝫ ꝙ quilibet habeat caput, alias diceret̃ acephalus, qđ esse
nõ põt, quin habeat caput, ꝛ sic est iferẽdũ ꝙ nullus rex princeps
vel communitas potest esse, ꝙ non subijciatur imperatori.

30 ¶ Preterea octauo ꝓ hac ꝯclusiõe facit hec rõ, † dñiuꝫ est intro
ductũ iure gentium.l. ex hoc iure.ff.de iusti.ꝛ iure. vt infra tertia
parte in quarta questiõe tertie principalis questionis dicet̃. Hoc
etiaꝫ probat tex.in.c. quo iure.viij.dist. vbi dicit̃, ꝙ dominiũ fuit
introductũ iure humano, sed dicit ibi tex. ꝙ iura humana sunt iu
ra imperatorum, q: per imperatores ꝛ rectores seculi Deus di⸗
stribuit humano generi, ꝛ sic habes ex hoc dicto Augustini in.d.
c. quo iure. ꝙ nunc ista iura humana per que fuit dominiuꝫ intro
ductũ, sunt imperatoris. Ratio est q: per ipsum imperatorẽ, vel
per rectores seculi, in quorũ locũ succedit imperator, nunc Deus
31 distribuit humano generi.† Et sic iste tex. probat primo, ꝙ ius gẽ
tium, ꝛ ius imperatoris sunt idem auctoritate scilicet ꝛ generali⸗
tate, auctoritate enim quia sicut iure gẽtiuꝫ fuit inuentum domi⸗
nium, ita etiam iure imperatoris, cũ illud dominium, sit iure hu⸗
mano, illud ius humanũ procedit ab imperatore, vel rectoribus
seculi. Jtem ratione generalitatis, quia ius gẽtiũ est quo iure om
nes vtũtur, ita etiam iure imperatoris, dum dicit tex. ꝙ per impe
ratores ꝛ rectores seculi Deus humano generi tradidit, qđ om
nes homines comprehendit.c. humanum genus.j.di. Et omnia
illa iura que ꝑ illos rectores seculi sunt cõdita, dicũtur esse impe⸗
ratoris, dum dicit tex. iura humana iura imperatorum sunt. vnde
bene dicit tex.in.l.ij.C. de vete.iur.enucle. omnia nostra facimus,
ex nobis omnis eis impartietur auctoritas. Non intelligas vbi
verbũ, reges ꝛ doctores de regibus q nũc sunt, sed de rectoribus
illis, qui totum humanuꝫ genus gubernabant, siue tempore iuris
gentiũ, siue Romanorum, quo tempore anteꝙ͂ essent imperato⸗
res ad condendum legem ꝛ regendum erant deputati. vide.l.ij.ff.
de orig.iur. ꝛ hoc per verbuꝫ seculi, ꝛ sic erãt rectores totius secu
li, non

li,non dicit prouinciarũ. Secundo per verbum humano generi, sed isti reges non pñt dici, qd dent iura humano generi in genere collectiuo,sed puincijs tantũ quibus presunt. Tertio, qr text. ibi dicit,qd illa iura,que per tales rectores siue reges dabantur nunc sunt iura imperatoris,qr nunc imperator habet eandẽ potestatem quã añ illi rectores seculi habebãt. Nunc intelliges tex. et ibi gl. in.c.ius quiritũ.j.dist. vbi quirites,et illa iura ibi nominata sunt solum Romanorum,et non aliorum,hoc est per eosdem inuenta. et cũ essent rectores totius seculi,id est mũdi,ad vniuersum orbem sunt extẽsa illa iura,que nũc sunt imperatoris,p.d.c.quo iure, et ideo merito dicit tex.tolle iura iperatoris,et qs audet dicere hec villa est mea,iste seruus est meus,aut hec domus mea est, siue illud ius dominij veniat succcessione hereditatis,vel alias prescri-
32 ptione vel alio modo,vel cõctu.d.c.ius quirit.† Ex predictis infertur qꝫ nullus rex, vel princeps, aut cõitas põt se eximere a ptãte imperatoris,qui solus potest tollere iura impetatoris,et nullus alius inferior.cle.ne romani.de elec.cũ simili. cum ergo iure imperatorũ est dominium,qr nõ est vis dicere,qꝫ sit iure gentiũ, vel imperatoris,qr imperator eadem auctoritate nũc fungitur, qua olim omnes gentes, vt.s.late dictũ est, qcquid dixerit Bar.in.l. j.ff.de cõsti.prin. qui sine fundamento loquitur dum dicit,an princeps possit cõ ius gentim dispensare,qr imperator eadẽ auctoritatem nunc hꝫ sicut olim oẽs gentes de hoc ẽt in prima parte.s.late vidisti. Si ergo aliquis rex vel princeps,aut cõitas hꝫ dñium hoc hꝫ iure imperatoris.et ideo si aliquis attentaret dicere se exẽptũ ab imperatore,si idẽ imperator amoueret legẽ suam quo ad hoc,non posset ille allegare de iure aliquo,et sic de necessitate oꝫ
33 se recognoscere subditũ imperatori.† Et quãuis nullus põt iudicare de lege imperatoris postqꝫ est ɔdita.c.in istis.iiij.dist.et.c.cũcta.ix.q.iij.tñ licite hoc põt facere imperator, ẽt si alie rationes non procederent,tñ qr est vtilitas publica,vt oẽs obediãt inperatori,qr sm Philosophum,nõ est bona pluralitas principum ,sed vnus princps.quem refert ẽt Barto.in.l.cũctos populos.C.de sum.tri.et tex.in.d.c.in apibus. Item infertur ẽt aliud,qꝫ omnia iura humana processerunt a Deo per ora imperatorũ,et sic Deus approbauit illos rectores seculi, et Imperatores, et sic erant veri imperatores,et veri rectores seculi,etiã ante constantinũ(quicquid dicat Bal.in.d.l.cũctos.) et alij,cũ iura humana pro maiori parte fuerunt ante constantinum,et etiam ante Christi natiuitatẽ.
34 ¶ Preterea nono facit pro nostra conclusione.† Regula est de vsu.c.qr frustra legis auxiliũ inuocat qui cõmittit in legẽ. Sed ille qui se vult eximere cõmittit in legẽ.l.deprecatio.ad.l.rodiam. de iac.ff.et.l.bene a zenone.C.de quadri.pres.et.c. adrianus.lxiij. dis.Spe.in tit.de feud.§.ij.ver.xiiij. Bar.in.l.ij.§.per hanc.ff.de rei vendi.vbi cauetur qꝫ imperator est dominus totius mũdi,ergo non debet habere auxilium legis humane,siue imperatorum,quo iure aliquis potest tenere dominium siue ius.d.c.quo iure.et.c.ius quiritum. Et ideo non potest dici aliquis exemptus,quia qui dicit se exemptum,negat potestatem imperatoris, et sic impossibile est,qd eius lege possit se iuuare,et ita erit persona priuata.
35 ¶ Item decimo corroboratur hec conclusio sic.† nullus inficiatur,qꝫ leges sunt fundate super ratione.c.erit autem lex.iiij.dis.et c.consuetudo.j.dis. Sed certum est qd in iudicijs totius christianitatis vtuntur legibus imperialibus,vt experientia vides,et tũc aut dicunt qꝫ vtuntur illis legibus tanquam legibus imperialibus sui superioris,et res est clara,aut dicunt qꝫ vtuntur illis iuribus tanqꝫ ratione fundatis, et tunc etiam postqꝫ inueniuntur in eis.d.l.deprecatio.et.l.bene a zenone.vbi dicitur,qd imperator ẽ dominus totius mundi, et sic etiam infertur,qd recognoscunt imperatorem in dominum tanqꝫ hoc sit rationabile, cui homo debet se subijcere,et tenere rationem pro lege.c.consuetudo.j.dis.
36 ¶ Preterea vndecimo facit pro conclusione† certum est, qd leges sunt facte, vt mali per disciplinam legum coerceantur.c.facte iiij.dis.et in eo qd quis approbat, non debet retrocedere.l.generaliter.C.de non num.pecun. Sed sic est, quod omnes reges, pricipes,et communitates non solum permittunt,immo curam habent,quod in suis regnis et dominijs leges imperiales legantur et addiscantur,in quibus imperator inter alia disponit se esse dominum totius mundi,omnium nationum,regum,et etiam rerum, ergo sequitur,qꝫ contra id quod approbant seu saltim cõsentiunt non possunt dicere se esse exemptos.
37 ¶ Item duodecimo verificatur nostra conclusio.† Imperium super toto genere humano fuit approbatum per deum,quia edicto vnius imperatoris obedire voluit, et quia Octauianus erat tũc in temporalitate caput totius humane societatis. Luc.ij. Exijt edictum a Cesare augusto,vt describeretur vniuersus orbis,et in hoc versatur vtilitas communis,vt dicit philosophus.vnus ergo princeps,et est tex.in.c.quo iure.viij.dis.vt.s.in octauo fũdamento conclusionis induxi. Et sic his presuppositis infero,quod nullus potest se eximere ab imperatore,tum quia derogaretur determinationi, siue approbationi diuine, que vult, quod vnus sit princeps in orbe in temporalibus,quod tamen non esset,si aliqs esset exemptus ab imperatore,tum quia non reperitur, qꝫ imperium sit diminutum,et sic remanet illesum,tum etiam, quia talis, qui vult se eximere,siue dicit se exemptum,repugnat vtilitati comuni,que semper est preferenda,et ab omnibus approbanda, qr omnes participant in dicta vtilitate.

¶ Preterea tertiodecimo et vltimo pro fundamẽto nostre catholice conclusionis dico, qd vt.s.conclusimus i proxima questione principali,et dicere contrarium esset hereticum,temporalis societas humana recipit lumen a spirituali societate, que tendit in
38 eternam beatitudinem.d.c.solite.de maio.et obe.† Et sicut Christus est exemplar omnium nostrarum actionum.d.c. significasti, et Jo.xiij.c.ita etiam ecclesia militans,cuius caput est papa. Sꝫ sic est qd in spiritualibus est vnitas,ita qꝫ nullus potest ab vnitate discedere,quia exordium ab vnitate proficiscitur,vt eccle.christi vna mõstretur,quã vnã ecclesiã in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Christi domini designauerat, dicens vna est colũba mea perfecta mea,et vna est matri sue electa,et ab ea nullus fidelium potest discedere,vt est textus.in.c.loquitur. xxiiij q. j.ita ẽt in tpalibus dicendũ est,qd est vnitas . Et sic nõ põt quis ab eadem vnitate discedere in his,que pertinent ad societatẽ humanam,sicut non põt in spiritualibus in his,que pertinent ad societatem diuinam,quia alias non diceretur accipere lumen, imo discreparet societas humana,que diuisionem denotaret,si aliqs diceretur exemptus,et nõ eẽt vnitas in humana societate. ppter qd nõ solum fideles,sed ẽt philosophi venerunt in huius vnitatis cognitionem. Propterea dixerunt ciuitatem vocari a ciuiũ vnitate,immo etiam hanc societatem humanam, vt dicit Augustinus vbi.s.sub vniuersali vocabulo ciuitatem appellamus. Et sic oportet dicere ad hoc vt sit vnitas in hac societate humana, omnes obediant imperatori. Et hoc pbat tex.in.d.c. loquitur , vbi dicitur. Licet radij plures , tñ in spiritualibus vnum lumen , quod est maius. Sic etiã dicimus in tẽporalibus vnũ luminare maius. d.c.solite.et licet radij plures sint, auelle radiũ luminaris a corpore,diuisionem vnitas nõ capit,ab arbore frange ramum,fructus germinare nõ poterit. A fonte prescinde riuum,precisus arescit. Sic ergo imperium domini luce perfusum per totũ orbẽ radios suos porrigit,vnũ tñ est qd vbiqꝫ diffunditur,nec vnitas corpo-
39 ris separatur.† Unũ caput est et origo in societate humana.d.auct. quo.opor.epis.coll.j.in princ.vꝫ,in spũalibus sacerdotiũ,et in tẽporalibus imperiũ vtrũqꝫ tñ ab vno principio,vt ibi dicit tex. Et sicut ille,q Romane ecclesie priuilegiũ ab ipso sũmo omnũ ecclesiarum capite traditũ auferre conatur,hic pcul dubio in heresim labitur.
40 c.ois.j.di.† Similiter ẽt ille,q luminari minori,vꝫ impio,priuilegiũ respectu prelationis et supreme ptãtis ab ipso summo omniũ ɔditore traditũ,et a xpo et eius ecclesia approbatũ.d.auct.quo. opor.in prin.et.d.c.quo iure.cũ si.auferre conatur,in heresim, siue in crimen lese maiestatis labitur,iuxta.l.amissione.§.qui deficiunt. ff.de capi.dimi.et in extrauagañ.qm imperiũ.sub rub.q sunt rebelles.et ibi late Bar.in ver.tenore,qr vt dictũ est ecclesia denotat, cõmendat,et tenet.d.c.loquitur.et ecclesia cantat Deus q corda fideliũ vnius efficis voluntatis. Et sic ad vnius capitis voluntatẽ referãtur,et sibi obediãt in his q̃ ad animã ptinẽt,alias sunt infideles. Similiter ẽt in tẽporalibus vnius catholici impatoris voluntati omnes subijciantur.l.ij.§.nouissime.ff.de orig. iu.et insti.de iur.nat.§.sꝫ qd principi.† Cõmunio enim pluriũ discordiã parit,
41 vt dicit tex.in.l.cũ pater.§.dulcissimis.ff.de.le.ij.igitur ad hoc vt sit cõcordia in orbe,hoc est societate hrmana totius orbis,opus est
42 qꝫ vnius sit regimen totius,et sub eo particulariũ regũ.† Uñ dñs noster,q venit exẽplũ dare nobis,vt sequamur eius vestigia Jo. xiij.c.hoc imperiũ sub vnius voluntate pẽdere approbãs,tali tẽpore voluit nasci,quo sub vnius optimi Octauiani imperatoris in tẽporalibus voluntate totus orbis pẽdebat. Luce.ij. Exijt edictũ etc.cuius edicto obediuit,vt ecclesia catholica heri incipiẽte ab eius natiuitate,anno Millesimo quingẽtesimo vicesimo tertio cãtauit veniens in Hierusalẽ in vtero virginis dñe nostre, in Bethleem iudee nasci voluit.deinde eidẽ Octauiano cũ virgine matre sua se manifestare dignatus est. Rursus Tiberio impe
43 ratori visa eius imagine nummisma dare iussit.† pterea idẽ dñs noster Jo.xvij.c. Rogauit,docuit,et dicit,vt oẽs vnũ sint sicut tu pater in me,et ego i te,et vt ipsi credẽtes in nobis vnũ sint, et clari

tatez dedi eis, vt sint vnũz sicut ⁊ nos vnum sumus, vt sint consu-
mati in vnũ. sicut ergo in spiritualibus vt societate fideliũ dimisit
vnum vicarium, vcȝ Petrũ in locũ suũ, sit omnes fideles essent
ꝯsumati in vnũ eius vices gerẽtẽ, ⁊ ab eius vnitate, nemo fide-
liũ põt discedere, similiter posuit suũ vicariũ i tpali societate vnũ
vcȝ Imperatorẽ, vt oẽs fideles, ⁊ infideles ad finẽ pacifici status
hominũ essent ꝯsumati in vnũ eius vicariũ in tpalibus, ⁊ tũc to-
tus orbis erat in trãqlitate, ⁊ pace, vt erat tpe Octauiani, vt di-
cit ẽt Bar. in extrauag. ad repri. in ver. traquilitate. Hinc dicit
ibi tex. ꝙ omnis anima Romanorum principi subiecta est, ⁊ ad
Rom̃. c. xiij. merito dicit tex. in extrauag. qm̃. ꝙ volentes se exi-
44 mere ab Imperatore incidunt in crimen lese maiestatis. †Et hoc
qnqȝ modis qs cõmittit, vt declarat Bar. ibi in dictis versi. te-
nore. Nam quis dr̃ rebellis, qñ recedit in vno loco, hoc est qñ de
terris Imperio subiectis vadit ad hostes. Scdo modo, qñ reti
nendo locũ in quo stant rebellãt ꝯ principis obedientiã, vel non
receptãdo eius gentẽ. Tertio modo, qñ quis nõ facit opera ho-
stilia ꝯ principẽ, sed solũ non obediũt ei dicunt̃ rebelles. Quarto
qñ ꝯ personã principis quis facit, Quinto, qñ ꝯ officiales princi
pis facit aliquid, dicitur rebellis. ⁊ ideo ſm illũ tertium modum,
si quis dicit se exemptuz, dicit se nõ obedire imperatori, ⁊ per cõ
sequens incidit in crimen lese maiestatis. ⁊ procedi põt ꝯ talem
rebellem ſm tenorem dicte extrauagantis. Ad reprimendam. ⁊
multo magis in alijs quatuor modis quis cõmittat, potest proce
45 di cõtra talem rebellem. †Sed dicet aliquis, cum veritas ipsa di
cat, ꝙ claritatem dedit vt sint vnum, ⁊ consumati in vnum, sicut
Deus pater, ⁊ Deus filius vnũ sunt. ⁊ ideo posuit vnũ vicarium
in tẽporalibus, sicut posuit vnum in spiritualibus, quomodo pri
scis tẽporibus ante diluuium, ⁊ post in cõmunitate viuebant ho-
mines. imo cũ status ille esset perfectior deberemus imitari illuz
statum perfectiorem, ⁊ melius foret vt in communitate viuere-
mus. sed dico ꝙ facilis ex predictis tibi patet solutio, nam quem
admodũ status ille erat ꝑfectior, ita ẽt magis hoĩes erant vnius
46 voluntatis. †Sed postea crescente malitia hominũ, iã totus mũ
dus esset in maligno positus vt dicit Joã. in sua canonica, ⁊ hu-
mana ꝯditio in deteriora indies declinat, iuxta proemiũ decreta
liũ, ⁊ in auc. quib. mo. nat. effi. sui. §. natura. ⁊ in proemio cle. cuȝ
sim. cũ deuẽtũ sit ad h̃, ꝙ pauci iueniant̃ boni, iuxta dcm̃ dñi, mul
ti sũt vocati, ⁊ pauci electi, ꝯueniẽs fuit, vt vnus optimus eligere
tur, per quez lex traderetur generalis, videlicet papa in spirituali
bus per cardinales, ⁊ Imperator in tẽporalibus per illos septeȝ
supra nominatos electores. Omittamus imperia cõmunitatum
que refert Bar. in. d. ex trauag. ad reprimẽdã. in ver. toti⁹ orbis
Ubi ponit imperiũ Babylonie, deinde Medorũ, ⁊ Persaruz,
tertio, Grecorũ, quarto, Romanorũ. Sed in hoc nõ insisto, nos
eniȝ sequendo Augustinuz, duas posuimus cõmunitates impe-
rantes orbi, vsqȝquo iam deuẽtũ est ad vnum, videlicet Impera-
torem, qui presideat orbi in temporalibus, ⁊ omnes sibi obediũt
iuxta dictum apostoli ad Roma. c. xiij. omnis anima potestatib⁹
sublimioribus est subiecta, vcȝ in spiritualibus pape qui est subli-
mior, ⁊ in tẽporalibus Imperatori, quo nullus est sublimior. pon
dera verbũ, omnis anima, iuncto verbo sublimiori, ex quo infert̃
ꝙ quilibet rex est subiectus sublimiori, cũ nõ sit dubium ꝙ impe
47 rator est sublimior in temporalibus, †⁊ qui ei resistit Dei ordina
tioni resistit, ⁊ qui resistit ipse sibi dãnationem acquirit, vt dicit ibi
Apostolus, que eniȝ ordinata sunt, a Deo ordinata sunt, nullaȝ
enim ordinationẽ in potestatibus a Deo habemus, nisi de papa
in spiritualibus, ⁊ Imperatore in temporalibus, a quibus reli-
que potestates inferiores in spũalibus, ⁊ tpalibus depẽdẽt. Re-
ges enim, de quibus Deus locutus est in testamẽto veteri, finem
habuerunt adueniente Christi natiuitate, iuxta illud Jacob, non
auferetur sceptrũ de Juda, donec veniat, qui mittendus est, ⁊ ge-
sta per eosdem etiam erant figuralia.

¶ Restat nunc videre de tertio. videlicet solutio argumentorum
que supra contra conclusionem catholicam fecimus. Et ad hec
aduertendum est, nam ex solutione dictoꝝ argumentorũ magis
ac magis corroborabitur nostra conclusio, ⁊ que obscura vident̃
in hac materia declarabimus, ⁊ mentes errantiũ ad viam verita
tis reducentur.

¶ In primo argumento dictum fuit, ꝙ omnis potestas a Deo
est, ⁊ per me reges regnant dicit dominus, ⁊ legum cõditores iu-
48 sta decernunt. †Sed ad dictum argumẽtum multipliciter patet
solutio, ⁊ vno modo responde, ꝙ tempore legis scripte in veteri
testamento reges non solum approbãtur illi populo Israelitico,
sed per Deum eligebãtur, vt dicitur Sapieñ. ix. Tu autem elegi
sti me regem populo tuo, ⁊ iudiceȝ filiorum tuorum, ⁊ filiarum, ⁊
Regum. xj. cap. Unxi te regẽ super israel. Hinc est, ꝙ gesta ipso-
rum regũ oĩa erãt figuralia, vt. s̃. diximus in. j. parte ſm augusti-
49 num ꝯ Faustũ, †populus. n. iudeoꝝ ad hoc electus erat, ꝙ ex eo
Christus nasceretur. ideo oportuit totuȝ illius populi statũ esse
propheticũ, ⁊ figuralẽ, ⁊ ꝑꝑ hoc ẽt iudicialia illi populo tradita
magis sunt figuralia, quaȝ iudicialia alijs populis tradita. sicut
ẽt bella, ⁊ gesta illius populi exponunt̃ mystice nõ aũt bella ⁊ ge
sta assyriorũ, vel Romanorũ, q̃uis longe clariora ſm homines
fuerũt, vt dicit. s. Tho. prima, secũde. q. ciiij. argu. ij. ⁊ ideo de il-
lis regibus dicit Salomon, vbi. s̃. ꝑ me reges regnant. sed adue
niente Christo ablatũ est sceptrũ de Juda, ⁊ iam non sunt reges
dati per Deuȝ. sed postq̃ Christus verus rex assumpsit carnẽ hu
manã Jo. c. j. Et verbum caro factũ est, ⁊ habitauit in nobis, de-
cens erat, ꝙ cum post resurrectionẽ suaȝ ascensurus erat in celuȝ
dimitteret hominẽ, qui vices eius gereret visibiliter in terris quẽ
admodũ ipse in terris v sus est, ⁊ cũ hominibus conuersatus est
Baruc. c. iij. ⁊ prout sunt due potestates spiritualis, vcȝ ⁊ tẽ-
poralis. Dimisit in terris duos vicarios, vnũ qui presit spiritua-
libus, vcȝ papã, ⁊ aliũ, scilicet imperatorem, qui ptãtẽ in tẽpora-
libus habeat, sed nõ habemus potestatẽ aliã approbatã a Deo.
propterea dicẽdũ est, ꝙ procedit arg. ꝙ omnis potestas a Deo
est, videlicet tã illa, quã Imperator hȝ in temporalibus, q̃ ẽt po
testas pape in spiritualibus, ⁊ alie potestates inferiores depẽdẽt
50 ab eis. c. loquit̃. xj q. j. †Uel etiam alio modo poteris dicere, ꝙ
omnis potestas, a Deo est, videlicet quẽadmodũ in illo statu, qd̃
regimẽ iurisgẽtiũ appellamus, erant ꝯstitutiones iurisgẽtiũ, que
apud omnes gẽtes pereque obseruabant̃. institu. de iur. na. §. qd̃
vero. sed tunc ẽt fiebãt ꝯstitutiones particulares que dicunt̃ ius
ciuile cuiuslibet ciuitatis iuxta mores suos institu. de iure nat. §.
qd̃ quisqȝ. ita ẽt hoc tpe cũ imperator sit princeps, ⁊ dñs totius
mundi. l. deprecatio. ff. ad. l. rhodiã de iactu. cũ simi. ⁊ hȝ eandem
ptãtẽ legis ꝯdende vice totius orbis, vt. s̃. dictũ est in prima, ⁊ ẽt
secũda parte, leges quas ipse Imperator promulgat in tempora
libus ligat omnes gentes fideles ⁊ infideles, vt. j̃. tertia parte di-
cemus. ⁊ sub ipso sicut in statu iurisgentiũ ciuitates faciebãt iura
propria, ⁊ illa vocant̃ ius ciuile, ita ẽt nũc isti reges principes, ⁊
cõmunitates faciunt suas leges particulares, ⁊ dr̃ illud ius pro-
priũ talis regni vel dominij, vel prouincie sicut sunt castelle septẽ
partite. ⁊ in regno Nauarie ẽt sunt leges particulares, quod fo-
ruȝ regni appellatur. ⁊ iste leges ⁊ similes in diuersis regnis vo-
cantur leges particulares dictorũ regnoꝝ, ⁊ ciuitatũ, qd̃ propriũ
ius ipsoꝝ regnorũ est, ⁊ sic isti possunt habere potestatẽ particu-
larẽ legis ꝯdende sub imperatore. Tñ an hãc ptãtẽ habẽt ab im
22 ¶Quinta quero †an hec iustificatio legis respicere debeat vtilitatem priuatam aut communem. Responde ꝙ dʒ esse cōmunis. Primo ratione persone condentis, qui vice multitudinis (cuius curam hʒ) vtitur illa potestate. Tum ēt secūdo pp effectum legis ratio, qr cū omnis pars ordinetur ad totum, sicut imperfectum ad perfectū, vnus aūt homo est pars cōitatis predicte, necesse est ꝙ lex proprie respiciat ordinem ad felicitatem communē, sm̄. n. Philosophum. ix. ethico. legalia iusta dicimus factiua ⁊ ꝯseruatiua cōitatis ⁊ particularium ipsius politica cōicatione. Perfecta enim cōitas vt dicit primo Politicoꝝ, ciuitas est, ⁊ i quali bet re qō maxime dicitur est principium alioꝝ, ⁊ alia dicunt̄ sm̄ ordinē ad ipsum, sicut ignis, qui est cā caliditatis in corporibus mixtis, in tantū sunt calida, inquantum participant de igne, sic ēt cum lex ordinet̄ ad bonū cōe, preceptum de particulari nō habʒ rationē legis, nisi ad bonum cōe ordinet̄. Unde ēt lʒ dispensatio videatur cernere cōmodū particulare, tñ proprie importat commensurationem alicuius cōis ad singula, qr posset esse, id ꝙ est cōe bonū, non sit conueniēs huic psone in tali casu, vel quia impediretur aliquid melius, vel induceretur aliquid malum, ⁊ tunc est bona dispensatio, alias secus, cum cogitatio principis semp sit ad bonū cōe respiciens. auct. de here. ⁊ fal. in princip. colla. j. Si enim intentio legislatoris fertur ad id, qō nō est bonū cōe, sʒ delectabile sibi, vel vtile, vt̄ repugnās iustitie diuine, tūc lex nō bonos facit homines simpliciter nisi in ordine ad tale regimen malum, ⁊ sic bonum inuenitur in per se malis, sicut dicimus de aliquo bon⁹ latro, qui est multum expertus in latrocinijs. Et sic vides, ꝙ oportet hec iustitia legis respiciat vtilitatem communem.

23 ¶Sexto quero in quo differunt lex ⁊ consuetudo, ⁊ vr̄ ꝙ in nullo differant, qr lex humana moribus versatur. c. omnis. j. distin. similiter ⁊ ꝯsuetudo. c. consuetudo. eadem distin. preterea tex. in. c. fi. §. ius vero. vj. distin. legem humanam vocat ius ꝯsuetudinariū ⁊ sic nihil vr̄ differre. Item tertio, qr dicit philosophus. ij. Politicorum, leges maximā vim hn̄t ex consuetudine. Sed ad hoc respondet Cicero in sua Rethorica, qō initiū legis humane prouenit a natura, hoc est a iure naturali, hoc modo, qr a natura proficiscuntur, quedam veniunt ex consuetudine in vtilitatem communē ⁊ quando iste res prouenientes a natura, que sunt mores hominum, sunt iam probate per consuetudinem, quod redūdant in vtilitatem communem, efficitur lex. Et hoc ēt dicit tex. in. d. c. cōsuetudo. j. dist. qui innuit ꝙ ꝯsuetudo rationabilis, ⁊ lex nihil differunt, nisi in scriptura, qr dum illa cōsuetudo approbata redigitur
24 in scriptis, efficitur lex. †hinc est ꝙ ꝯsuetudo semper valet, nisi sit prohibita a iure, vt dicit etiā gl. in. c. ij. de cleri. non residen. in. vj. ⁊ Barto. in. l. de quibus. ff. de leg. dum dicit, ꝙ semper vʒ ꝯsuetudo, qñ lex non resistit. Sed in quantum idem Bart. asserit ibi, ꝙ constitutiones feudorum dicuntur consuetudines, non bene dicit qr postq̄ sunt redacte in scriptis iam sunt leges, vt ex predictis patet, facit. §. natura. ff. quib. mod. na. effi. sui.

25 ¶Septimo quero, †an consuetudo ⁊ mores, sint vnum, ⁊ idem. Ad hoc dico, quod non, quia per consuetudinem probantur mores, an sint vtiles, deinde fit scriptura, ⁊ dicitur lex. Si vero in meris terminis maneat, dicitur consuetudo, hoc bene probat tex. in. d. c. ꝯsuetudo. j. dist. vbi dicitur, ꝙ consuetudo est ius moribus institutum, ⁊ sic sunt diuersa. hoc etiaʒ probat tex. in. d. l. de quibus. ff. de legi. ibi, de quibus casibus scriptis legibus non vtimur id seruari oportet, quod moribus ⁊ consuetudine introductuʒ est, ⁊ sic ponuntur vt diuersa per copulam, ⁊. Iteʒ quia alias superflue ponerentur, quod non est dōm, vt in prohemio ffoꝝ. ⁊ sic Bart. errauit ibi, dum dicit ꝙ consuetudo ⁊ mores sunt idem. sed vt clarius intelligas dic, quod omnes actus hominum dicuntur mores ⁊ qñ omnes illi actus hominum in vna re sunt conformes, dicitur consuetudo, quando diu ita sunt obseruati. a con, quod est simul, ⁊ sic generalius est nomen morum, quam cōsuetudo, quia vbi cōsuetudo, ibi mores, nō tñ ecōuerso. Tū qr possunt esse mores duorum, vel trium hominum, sed non omnium, tum etiaʒ, qr possunt esse mores omnium conformes, tamen non erit cōsuetudo, qr nō prescripta tempore prefinito, vt inducatur consuetudo.

26 ¶Octauo quero, †ex quo introducitur consuetudo. Barto. dicit ꝙ consuetudo est introducta ex vsu ⁊ moribus eorum, qui vnico ⁊ expresso consensu hoc poterant inducere. sed non bene dicit, immo dico, ꝙ potest introduci vsu ex moribus eorum, qui ex vni-
27 co actu non poterant inducere, †certum est, ꝙ ꝯsuetudo derogat legi, vt. d. l. de quibus. ⁊ ibi Bar. ⁊. c. fi. de consue. tamen inferiores per vnicum actum non possunt derogare legi superioris. cle. ne romani. de elec. bene tamen consuetudine. Item in eo quod dicit, ꝙ inducitur consuetudo per eos qui possunt cōdere ius, ⁊ nō per alios, nō bene dicit Bar. qr, vt dictū est, per inferiores nō potest induci ius contra ius superioris, bene tamen consuetudine.

28 ¶Nono quero, †an cōsuetudo differat a prescriptione. Et licet quedam similitudo sit inter prescriptionem ⁊ consuetudinem, qr tempore

tpe vtraqz introducitur, tamen differunt. Et lz Barto. in d. l. de quibus. reprehendit Pet. & Cy. dicens q multa loquũtur, sz finaliter nõ intellexerunt, tñ q̃uis Bar. bene se intelligat, non tñ intellexit differentiam. Dicit enim q consuetudo est ius quoddã inductũ vsu & moribus eorũ, qui vnico actu & consensu poterant hoc inducere. Et pro hoc ipsis vtentibus, vel ꝯ eos, sed p prescriptionem inducit quedã acquisitio iuris, & vsus alicuius, quod nõ poterat solo suo consensu inducere p se, & ꝯ alium, vt pz toto titulo, de vsucapio. & prescriptio. ff. & C. vñ dicit ipse, qđ ciuitas, que dicit se habere merũ imperiũ ex longa consuetudine, proprius diceret ex prescriptione. Sed dic q in prima parte non bene dicit Bar. qr vt. s. proxima questione dicimus contra legem superioris inducitur consuetudo in aliqua parte, vel in toto orbe. c. fi. de consue. & c. j. de constitu. in. vj. & per rationes in d. qđ. adductas tamẽ vnico actu non possent derogare tali constitutioni superioris dicas ergo differentiam inter consuetudinem & prescriptionẽ esse hoc modo, qr per consuetudinem inducitur ius sine preiudicio tertij. Et hoc est, qđ moribus introducit in aliqua parte sine preiudicio tertij, dicitur cõsuetudo, qr nullum ius alterius acquirit, hinc est q consuetudo rationis dicitur lex non scripta. c. con-
29 suetudo. j. distinctio. † Sed prescriptio dicitur, quando ius tertij cursu temporis a iure prefiniti acquiritur, vt per totum titu. de vsucapio. & prescrip. ff. & C. Sed in eo quod Bar. dicit de ciuitate, vel domino, qui acquirunt iurisdictionem, potest intelligi dupliciter. Uno modo, quando prescribit iurisdictionem, quã alius habet, & priuat iure suo tertius, tunc bene dicit Barto. Si vero alqua ciuitas, rex, vel communitas acquirit iurisdictionẽ super aliquam multitudinem, tunc dico q ha bet ex consuetudine, qr non acquirit aliquod ius alterius, nam vt supra tertia principali questione secunde partis per multa media cõclusimus, lz alique ciutates, vel reges acquirant merum imperium, non propterea fit preiudicium imperatori auctoritate, seu mero, vel mixto imperio, quod erga omnes habet.

SVMMARIVM

Tertia principalis questio.



Sta questio principalis habet sub se quatuor questiões. Prima questio, an ius humanuz valeat contra ius naturale, siue diuinũ & an possit derogare naturali, seu diuino iuri. Secunda, an libertas sit de iure naturali. Tertia, an obligatio sit de iure naturali, & vnde prouenit. Quarta quo iure est introductum dominium.

1 † Prio quero, an lex humana possit iustificari, & sic valeat cõtra ius naturale, & ista questio est vna de difficilioribus in iure, & doc. pede sicco pertranseunt, affirmantes q bene potest, valere ex cã. Et huius opinionis fuerunt principaliter Jnn. in. c. qr plerïqz. de immunita. eccle. & Bar. in. l. j. de constitu. princip. & oẽs alij precedentes & sequentes vsqz ad hec tpa. & qr Barto. latius loquitur, eius verba sunt hec, & adducit rationem, primo qr sicut se hz princeps, quo ad deũ, ita iudex quo ad principem, † sed iu-
2 dex potest proferre sententiam contra ius principis, errore non expresso in sententia, & valet, vt. l. ij. C. quando prouo. non est necess. ita dz esse rescriptũ principis contra ius diuinum, & sic dicit, q si princeps vult in parte derogare iuri diuino interpretando, & derogando, vt in testamentis dicimus, & tunc potest, deinde ponit aliam subdiuisionem, sed superflue loquit, qr iam dicit interpretando, vel derogando, ideo eius sententia est, q princeps aut vult derogare nulla subsistente cã iuri diuino, & hoc modo nõ potest, aut aliqua cã subsistente, vt puta q talis decapitet, qr forte fecit maleficiuz, & hoc potest fieri, lz de iure diuino dicat, nõ occides, & pro eius sententia presumit, adeo q ab eius sententia non appellatur. ff. quo appel. nõ reci. l. j. §. j. idem probat. ff. ad legem cor. de sica. l. iij. §. transfugas. Jtem contra legem naturalem potest, qr sententia iudicis tollit libertatẽ, que est de iure naturali, vt ff. de penis. l. quod ad statum. & l. que vltimo. & hoc cã subsistente. Ecce isti sunt due lucerne iuris, alter vcz Jnno. in iure canonico, insuper auctoritate supremus, qr papa. Similiter Bartol. in iure ciuili, & quasi supremus auctoritate in temporalibus, quia vt ipse dicit in rubrica quomodo in crimi. lese maiestatis procedatur cõsiliarius fuit imperatoris, & ideo supremus, vt dicimus in quarta parte, in quinta questione prime principalis questionis & ideo dico, q hec questio est ardua, quia omnes leges humane dependent ab ea. Jtem alio respectu est difficilima, qr omnes doctores deuiarunt a vero, & non comprehenderunt hoc principiuz
3 iurium. † Et in hac questione teneo pro cõstanti contra eorũ opinionem, quod nullo modo princeps potest derogare iuri naturali, vel diuino indistincte. Et quia contra totam scholam iuristarũ (dico iuris interpretum) procedimus, non tamẽ contra iura, op⁹ est, q caute ambulemus. Et ideo primo fortissimis argumentis, & rationibus opinionem meam probabo. Deinde explanando materiam ad contraria respondebo, vt habeas hic aliquã cognitionem eorum, que diximus in prima parte, in tertia & quarta q̃-
4 stionibus pricipalibus, vbi videas, † ius naturale est a quo ius diuinum scriptum, & humanum deriuat. Et istud procedit deriuatiue, vel determinatiue, naz ad dilectionẽ dei & proximi & conseruationem nostram a iure naturali inclinamur. Et hec sunt principia communissima iuris naturalis, & iura diuina omnia moralia deriuantur a iure hoc naturali. c. fi. §. his itaqz. dist. vj. & iura nostra nihil nisi de moribus tractant. Hinc est, q omne id quod est contra ius diuinum morale, est contra ius naturale. Et sic in hac questione nulla est differentia fienda inter ius naturale & diuinuz quia si quid est contra ius diuinuz morale, est contra ius naturale. Et si contra ius naturale, est etiam contra ius diuinuz. Jstis sic presuppositis, arguo primo pro mea opinione contra doctores fortissime per tex. in dicto. c. fin. §. his itaqz. vbi dicit tex. moralia mandata ad ius naturale pertinent, atqz ideo nullam mutabilitatem recipiunt. Deinde dicit, q etiam mystica iura diuina secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probãtur. Hoc idem affirmat text. iuris ciuilis. institu. de iure natura. §. sed naturalia diuina quadam prouidentia constituta, semper
5 firma atqz immutabilia permanent, † Jtem secundo in actibus humanis in tãtum aliquid est iustum, in quantum est rectum secundum regulas iuris & rationis, sed rationis prima regula est ius naturale. Unde omne ius humanitus positum intantum hz de ratione iuris, inquantum deriuatur a lege nature. Si enim in aliquo discordat non poterit dici lex iusta, quia vt dicit Augustinus in primo lib. de libero arbitrio. in temporali lege nihil potest dici iustum ac rectum, quod hominis a lege eterna non sibi deriuauerint. Et hec est lex naturalis, vt dictum est in prima parte, tertia questione principali in nona questione, & alijs vbi vide. igitur sequitur ex hoc, q non potest contrariari per legem humanã quia si contrariaretur, non deriuaret a lege naturali, & sic non esset iusta. Et sic patet, q princeps non potest derogare iuri naturali, vel diuino. Jtem. iij. adduco tex. in. c. quo iure. viij. distin. vbi tex. in fi. dicit q dignitate ius naturale preualet consuetudini &

constitutioni, quecunq; enim vel moribus recepta sunt, vel scripturis comprehensa, si naturali iuri fuerint aduersa, vana ꝛ irrita habẽda sunt.
6 †Itẽ. iiij. eius est interpretari, cuius est ꝯdere. l. j. C. de legi. sic est ꝙ deus ꝯdidit legẽ naturalẽ. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. ꝛ iur. vbi dicit, ꝙ deus docet ius naturale cunctis animãtibus. Et sic patet ꝙ princeps nõ põt interpretari legẽ naturalẽ vel diuinã. Itẽ quinto, inferior nõ põt tollere ius superioris, nec ei in aliquo derogare. clemẽ. ne romani. de elect. cũ simili. Sꝫ sic est ꝙ princeps est inferior deo, q꞉ creatura dei est. Ergo cũ lex naturalis sit lex Dei, ergo princeps non põt sibi derogare. Item sexto, si verũ esset, qḋ doctores dicunt ꝙ cũ cã princeps potest derogare iuri diuino vel naturali, sequeret ꝙ nulla esset differentia inter ius diuinum, ꝛ humanum respectu potestatis principis, q꞉ non potest derogare legi humane, nisi cum causa, quia eius voluntas dꝫ esse rõne regulata, ꝛ sic eodẽ mõ derogaret legi diuine, sicut ẽt legi humane, nec postea ꝯ sua lege posset disputari vt dicit
7 tex. in. c. in istis. iiij. dis. ꝛ. c. cuncta. ix. q. iij. †Item septimo, dicit sanctus doctor pria secunde. q. xcvij. arti. ij. ꝙ lex naturalis vel diuina procedat a rationabili dei voluntate, ꝛ consuetudo procedat a voluntate hominis, non valet consuetudo contra legem naturalem, vel diuinam. Si ergo consuetudo non valet predicta ratione, ideo cum etiam lex principalis procedat a volũtate ipsius principis ratione regulata, non potest valere eius lex contra legẽ diuinam, nec ei derogare. Uere est magnus error dicere, ꝙ humana ratione derogatur in parte, vel in toto iuri naturali, vel diuino, quod diuina ratione est dispositum, eo maxime, q꞉ dictamẽ rationis pratice non potest ad plenum comprehendere dictamẽ rationis diuine, nisi fallibiliter, ꝛ incerte, iuxta illud Sapien. ix. quis enim poterit scire consilium dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? cogitationes enim hominum timide, ꝛ in certe prouidentie nostre.

¶ Nunc venio ad argumentum Barto. dico ꝙ multipliciter potest responderi. Et primo illud idem argumentum siue ratio retorqueretur contra eum. Posito enim ꝙ antecedens siue maior silogismi procederet, prout non procedit, quia silogistice arguit,
8 vt infra dicemus, tamen minor in se ducit nullitatem, †q꞉ licet sententia iudicis contra legem non valet, tamen contra ius litigatoris valet. Et sic text. in dicta. l. ij. C. quando prouocare non est necess. facit contra eum, quia ibi sententia per iudicem lata (qḋ minor quatuordecim annis possit testari, ꝛ valeat eius testamentũ) est contra legem principis, ꝛ sic nulla. Sed si in sententia dicit, ꝙ valet testamentum, q꞉ maior quatuordecim annis, conformat cũ lege principis, licet in facto sit error. Ita etiam lex principis contra legem diuinam est nulla, q꞉ illico ꝙ disponitur per legem humanam, constat de errore, siue exprimitur error, hoc est quod cõtra legem diuinã, vel naturalem constituitur. Preterea ipsemet Bar. dicit ꝙ debet exprimere causã princeps, siue ꝙ cuꝫ causa potest derogare, ꝛ sic etiam cõstat ex hoc in lege humana, ꝙ vult derogare legi diuiuine. Sed sententia iudicis hoc modo lata cõtra legem principis non valet, solus princeps est ille, qui potest inuenire causam, non solum ad derogandum, sed etiam ad interpretandum, vt dicit text. in. l. j. ff. de legibus, cum similibus. ꝛ nõ inferior, ita etiam in lege diuina, solus Deus inuenit causam ad derogandum sue legi diuine, ꝛ non alius. Et sic argumentum bart. non valet pro suo opinione. Preterea nec maior procedit †quia
9 non est eadem ratio principis, quo ad deum, sicut iudicis quo ad principem, immo tanta est differentia sicut finiti ad infinitum, ꝛ certi ad incertuꝫ. Iudicia enim dei incomprehensibilia sunt ꝛ infinita, vt Sapientie. ix. capitulo. Item certissima, ꝛ consummatissima, sed iudicia hominis imperfecta. C. de veteri iur. enucleã. l. ij. §. sed quia diuine. Unde cum eadem sit natura principis, ꝛ iudicis ꝛ etiam eadem scientia, vt dicit Inno. in. c. cum dilecta, de re
10 scriptis, †imo cum consilio ꝛ deliberatione iudicis siue procerũ procedit princeps ad legem ferendam. l. humanaꝫ. C. de legibus ꝛ. l. j. ff. de legi. Sed princeps assistit legi diuine, quando deus eã instituit, nec facit cum deliberatione principis, vt dicto. c. ix. dum dicit, quis enim poterit scire consilium Dei, Et Apostolus ad Romanos. c. xj. O altitudo diuitiarum sapientie ꝛ scientie dei, ꝙ incomprehensibilia sunt iudicia eius, ꝛ inuestigabiles vie eius ꝛ tex. in. l. j. ff. de iusti. ꝛ iure. §. ius naturale. vbi deus est, qui do-
11 cet suam legeꝫ. †Et sic infinita est differentia principis ad deum ꝛ iudicis ad principem, ꝛ vbi diuersa est ratio, diuersum est ius. l. papinianus. ff. de mino. nec esset alleganda illa ratio, ꝙ a sententia principis non appellat, q꞉ nõ sequit ex hoc, si faciat princeps legem iniquam, ꝙ illa sit iusta, ꝛ pro talibus dicit, Ue qui condunt leges iniquas. Esaie. x. capite. ꝛ sunt irrite leges tales. c. quo iure. in fi. viij. distinctio. Item non ob. l. iij. §. transfugas. ff. ad legem corne. de sica. cum similibus, ꝛ in hoc consistit vis, q꞉ iure
12 diuino cauetur, non occides †Sed tu responde. ꝙ licet sit lex diuina, non occides, tamen eãdem legem diuinam idem Deus potest interpretari, non homo, ideo dicit etiam eodem iure diuino Matthei. xxvj. cap. Omnes enim qui acceperint gladiũ gladio peribunt. ꝛ Genesis. c. ix. Quicunq; effunderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius. ꝛ Apocalipsis. c. decimotertio, qui in gladio occiderit, oportet eum gadio occidi. ꝛ sic nõ in hoc princeps contradicit iuri diuino, sed conformis est cum iure diuino.
13 ¶ †Sed vt profundius valeas respondere ad contraria. †dic ꝙ illud preceptum, non occides. ꝛ illud, Qui gladio percusserit gladio peribit. non solum sunt de iure diuino scripto, sed deriuantur a iure naturali. Primum probatur, q꞉ licet non esset lex scripta, sed ius naturale tantum in primo statu hominuꝫ, tamen illico ꝙ Cayn occidit Abel, dixit dñs ad Caynvox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc igitur maledictus eris super terrã. Genesis. c. iiij. ergo sequitur, ꝙ tunc prohibituꝫ erat occidere hominem, igit hoc procedebat a iure naturali, q꞉ tunc nulla alia lex erat. ꝛ si non fuerat prohibitum non peccasset Cayn, sed peccauit occidendo Abel ideo erat prohibitum occidere iure naturali. Deinde etiam, ꝙ occidens occideretur, est iure naturali. Genesis. c. quarto dixit Lamech, Quoniam occidi virum in vulnus meum ꝛ adolescentulum in liuorem meum, septuplum vltio dabi
14 tur de Cayn, de Lamech vero septuagiessepties. †Sed vt rõnẽ predictorum cognoscas a iure natura li habemus hoc, videlicet inclinationem naturalem ad conseruationem nostram ꝛ dilectionem similis nostri. ecclesia. capitu. xiij. omne animal diligit sibi simile, ꝛ homo sibi simile, ꝛ ideo dicitur in. ca. charitas el. ij. de peniten. distinc. ij. ꝙ debemus diligere proximuꝫ, ex eo solum, quia est nature nr̃e particeps. Et sic ad hanc conseruationem humane nature requiritur felicitas humana, ꝛ vite huius trãquillitas ad quem finem iura humana deriuãtur a iure naturali, vt dictum est in prima parte, in quarta, ꝛ sexta questiõe, quarte principalis questionis. Sed sic est ꝙ vitia remanerent impunita, natura humana deficeret, vt in proemio decretalium, nec lex naturalis haberet effectum, quia non esset dilectio, nec societas, aut tranquil-
15 litas in humanis. †Hinc interest reipublice ne crimina remaneãt impunita. l. item vulneratus. ad legem aquil. ff. vnde a natura puenit hoc, vt pro conseruatione totius corporis laborat expellere membrum putridum, ꝛ ad hoc inclinamur a natura, ne corrũpat totum. Ita etiam in societate humana, quod est vnum corpus cuius caput est imperator in temporalibus, hoc est in his, que ptinent ad conseruationem tranqullitatis ꝛ felicitatis humane, vt diximus in parte secunda, in tertia principali questione, a natura ipsa venit hec inclinatio, videlicet ꝙ ne quis occidat aliquem, ꝛ etiam istud, videlicet vt abijciatur membrum putridum pturbãs hãc felicitatem cohibeatur a malo. Sed quia hec prohibitio nõ sufficit, ideo lex humana procedit ad penam, ꝛ lꝫ hec pena simpliciter non deriuatur a iure naturali, est tamen determinatio legis naturalis, ꝛ sic non est contra legem naturalem, siue diuinam sꝫ determinat eam, ꝛ lꝫ quo ad corticem videat aliena a lege naturali, non tamen est contraria, sed ꝫm moralem intelligentiam coheret iuri naturali, vt vides q꞉ ad conseruationem totius sit, vt late poteris videre supra in prima parte, in septima questione quarte principalis questionis. Sed q꞉ cum homo sit pars societatis humane, vt dicit Philosophus, primo Politicorum. ꝛ si ille est malus, exemplo illius alij efficerentur mali, ꝛ sic tota machina societatis humane corrumperet, si impunitus remaneret,
16 †q꞉ malorum consortia bonos corrumpunt. c. sepe. xxviij. que. j. ꝛ ideo hoc euenit a iure naturali ꝛ etiam diuino, videlicet, vt totum conseruetur, turpis pars abijciatur. Et illa dicitur pars turpis, que suo non congruit vniuerso. c. que contra mores. viij. dis. ꝛ ad conseruationem totius in felicitate, imperator in toto, ꝛ alij principes quilibet in sua prouincia habent auctoritatem, ꝛ sic in in. d. l. tertia. §. transfugas. ad legem cornel. de sicar. cum simili. non disponit contra ius naturale vel diuinum. imo est conformis cum illis iuribus, ꝛ non obstat illa lex. Sed isto modo intelligendo probat nostram opinionem, alias enim non posset procedere per iura ꝛ rationes per me supra allegatas. habeo istam questionem bene declaratam quam doctores non comprehenderunt,
17 †cum hoc sit verum quod contra ius naturale vel diuinum nullo modo in parte, vel in toto potest disponere princeps, nec ab eo in aliquo deuiare. d. c. quo iure. in fi. viij. dist. ꝛ. c. fi. ix. dist. Sed p illud ius diuinum siue humanum debet suam intentionem ꝛ legẽ regulare. Itẽ in alio non sensit bene Bar. vbi supra, q꞉ voluit facere

cere differentiam inter ius naturale ⁊ diuinum contra text.in.d.
18 c.fi.ix.distinctione.†⁊ in eo quod dicunt de pluribus testibus, q
requiruntur in testamentis.l.si vnus.⁊.l.hac consultissima.⁊.l.
fi.de testamen.C.cum de iure diuino sufficiant duo vel tres, quia
in ore duorum, vel trium stat omne verbum.c.cum esses.de testa-
men.Sed ad hoc responde, quia si dispositum super hoc est con-
tra ius diuinuz non valeret dictū.c.cū esses. ⁊ ibi late dominus
Abb.Sed tu poteris dicere, ⁊ erit noua consideratio ꝙ illud ꝙ
dicitur de septem testibus per ius ciuile non est contra legem di-
uinā, sed est quedam determinatio iuris naturalis siue diuine, ad
euitandas fraudes hominū, quas ius naturale abhorret (iuxta.
l.veluti.ff.de iusti.⁊ iur.)posuit lex humana illam solēnitatem de
terminatiue, vt adessent ipsi testes septem in testamenti confectio
19 ne: illa tamen solennitas posset probari per duos testes, si legiti-
mus fatetur testatum, sed negat solennitatem, vt per Salyce.in.
l.comparationes.C.de fide instrumento.Sed super hoc non insi
sto, sufficit hoc, ꝙ si esset contra legem diuinam, non valeret di-
ctum.c.cum esses.vbi ibi Abb.⁊ doctores.ad.l.quod ad statuz.
⁊.l.qui vltimo.ff.de penis.dic quod non sunt contra ius natura-
le, ⁊ sic ob carentiam principiorum poterant errare, sed vt.l.ma-
numissiones.ff.de iusti.⁊ iure.cum simili.intelligat̄ ne sit cōtraria
facio sequentem questionem.
20 ¶†Secundo quero, an libertas sit de iure naturali, ⁊ videtur ꝙ
sic dicta.l.manumissiones.⁊.l.si id quod.ff.de condi.indeb.Sed
tu dic ꝙ libertas simpliciter ⁊ proprie non est de iure naturali, qꝛ
si esset de iure naturali, homines non poterāt inducere seruitutē
dicto capitu.quo iure in fine.⁊.§.sed naturalia.insti.de iure natu
rali.vt per te poteris videre, quia non est de inclinationibus que
ex instinctu nature veniunt, de quibus vide in quarta ⁊ sexta que
21 stione, tertie principalis questionis, in prima parte.†Sed pro de
claratione dico cum sancto Thoma prima secūde, questione.xc-
iij.articu.v. ꝙ aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. vno
modo, quia ad hoc natura inclinat videlicet dilectio similis sui.
Ecclesia.c.decimotertio, ⁊ ne quis alteri malefaciat. Alio modo
accipitur de iure naturali, qꝛ a natura non inducit contrarium, si
cut dicimus hominem esse nudum est de iure naturali, qꝛ natura
non dedit ei vestimentum, sed ars adinuenit, ⁊ hoc modo etiam
communis omnium possessio.c.ius naturale.j.distinctio. Et om-
nium vna libertas de iure naturali dicitur esse, quia scilicet distin
ctio possessionum ⁊ seruitus non sunt inducte a natura, sed pro-
pter hominum rationem ad vtilitatem humane vite. Sed pro-
pter hoc lex nature in hoc non est mutata, sed per additionem. ⁊
sic dicta.l.manumissiones.iuncta.d.l.qui vltimo.ff.de penis.non
contrariantur opinioni nostre.nam etiam text.in dicta.l.manu-
missiones.hoc sentit, dum dicit ꝙ naturali iure omnes homines
liberi nascebantur, ⁊ sic non erat nota manumissio, ponit rationē
quia seruitus erat incognita, non dicit quod seruitus sit contra-
ria iuri naturali, vt dicunt Bar.⁊ doctores ⁊ non bene. Et ita ēt
debes intelligere tex.in.d.l.si id quod. dum dicit ꝙ libertas na-
turali iure continet̄, hoc est, quia illo iure naturali non erat serui-
tus cognita. Nam libertas etiam continetur iure gentium, ita di
cit tex.in.d.l.manumissiones.in fi. dum dicit ꝙ iure gentium tria
22 esse necessaria ceperunt.†Et ita etiam vides ꝙ quis si nudus est
de iure naturali. Hoc ideo, qꝛ vestimentum est incognitum iure
naturali, sed ars inuenit. Quia vt dicitur Genesis.c.iij. Postꝗ
Adam ⁊ Eua peccauerunt, cognouerunt se esse nudos, ideo con
suerunt folia ficus, ⁊ fecerunt sibi perizomata. Sed ius natura-
le ab exordio creationis est.d.c.fi.vj.distinctio. Sꝫ postea Deus
fecit Ade ⁊ eius vxori tunicas pelliceas.d.c.iij. Tamē facere ve
stimentum nudo, non est contra ius naturale, vel non esse nuduz.
Ita etiam ꝙ aliquis non sit liber sed seruus, non est cōtra ius na
turale. similiter etiam ꝙ possessiones sint distincte, non est con-
tra ius naturale. Et sic debes intelligere tex.in.d.c.ius naturale.
videlicet ꝙ ea que ibi dicuntur iure naturali apud omnes per
eque custodiebantur. Et hoc sine constitutione instinctu nature
homines seruabant. Deinde ponit etiam exempla, quando con-
stitutionibus homines viuebant, in.c.ius gentium eadem distin-
ctione. Et illud vocat ius gentium, ⁊ ad hoc, vt clare intelligas i
dicto.c.ius naturale.ponit exemplum, vt viri ⁊ femine coniun-
ctio. Sed hoc non est ius naturale, probatur, nam tex. in.c.fina.
vj.distinctio.dicit ꝙ ius naturale, ab exordio rationalis creatu-
re est, ergo illico quod Adam fuit erat ius naturale, in eo tamen
Eua nō erat, sed postea fuit creata in paradiso terresti. Genesi.c.
secundo. Et sic licet illa inclinatio naturalis ad coniunctionem
fuisset a iure naturali, tamen coniunctio ipsa nō est iure naturali.
23 †Hinc venit ꝙ vouentes castitatē nō faciunt ꝯ naturale ius als
enim si essꝫ contra, non valeret, tamen licet quis vouerit castitatē
non propterea tollit illam inclinationem, quam a iure naturali,
hoc est a lege eterna habet. Itē nec possessio a iure naturali, quia
illa non erat ab exordio, nā illico quo Adaz fuit creatus, fuit trā
slatus ad paradisum terrestre. Sed ideo dicit ꝙ cōis omnium
possessio est de iure naturali, qꝛ a principio homines cōmuniter
omnia sibi inuicem cōmunicabant. Similiter etiam dicas de pe-
cunie deposite restitutione, cū tūc a principio non esset pecunia.
Similiter de repulsione violentie, hoc enim non est ius naturale,
qꝛ ius naturale in omnibus hominibus est adinuicem dilectio. lꝫ
si hꝫ ius naturale homines viuerent, non esset expulsione violen-
tie opus qꝛ nullus faceret violentiam. Sed quia postea contra
ius naturale aliqui eligentes malū ꝯ naturaz insidiant̄, vel faciūt
alteri iniuriam, venit inclinatio naturalis, puta conseruatio sui, ⁊
expellit illud, quod est contra ius naturale. Et ita oportet te in-
telligere hec principia, qualiter libertas, possessio, ⁊ nuditas, ⁊ si
milia non sunt inclinationes naturales a lege eterna impresse ho
minibus que sunt participatio legis eterne, sed dicuntur de iure
naturali, per additionem, vel qꝛ non est cognitum contrarium de
iure naturali, sed vt alia principia iuris elucescant, pono questio-
nem sequentem.
24 ¶Tertio quero†de obligatione vnde proueniat. An sit ius na
turale, vel qualiter procedat cum super hoc sit in multis alterca-
tio inter doctores. Sed pro nunc pro summario dūtaxat dico, ꝙ
homo non inclinatur ad obligationem inclinatione naturali, imo
iure naturali non est opus aliqua obligatione, qꝛ eo iure omnia
sunt cōmunia, intellige, ꝙ contrarium non est de iure cognitum.
Et hoc probatur, quotiescunqꝫ factum hominis requiritur ad h
vt aliquid nascatur, non est ius naturale. Sed in quacunqꝫ obli-
gatione requiritur factum hominis, ergo nulla obligatio est de
25 mero iure naturali, †maior probatur.instit.de iur.na.§.sꝫ natu-
ralia.vbi dicit tex.naturalia iura diuina quadā prouidentia sunt
constituta, ⁊ sic sine facto hominis, hoc idē probat tex.ff.de iusti.
⁊ iure.§.ius naturale est, qđ natura omnia animātia docuit. Itē
probatur in.c.fi.di.vj. ꝙ ius naturale est ab exordio rationalis
creature, ⁊ sic cum ipsa creatura sine eius facto, qꝛ si factum ho-
minis requireretur, nō esset ab exordio. nō tamē intelligas, ꝙ qc
quid est ab exordio sine facto hominis, sit ius naturale, vt.s.pro
xima questione diximus, qꝛ nuditas est a principio. non tamē est
iuris naturalis. Sed intellige predicta de inclinationibus, que
26 sunt iuris naturalis.†Item minor probatur per tex.l.obligatio.
ff.de ac.⁊ obli.vbi dicit tex. ꝙ vltra factum ēt requiritur animus
⁊ sic a voluntate hominis dependet ista obligatio, sed ius natura
le a dei voluntate ⁊ sua prouidentia. Item tex.insti.de obligatio.
§.omnium.ponit summā diuisionem obligationis, scilicet ciuilē
aut pretoriam, debes erga considerare ꝙ primo erant diuisiones
rerum, ꝗ ipsa obligatio, quia obligatio presupponit factum, lꝫ
non omne factum presupponat obligationem qꝛ vltra factuz ani
mus requiritur.d.l.obligatio. Similiter ēt in obligationibus, ꝗ
ex delicto nascuntur, qꝛ ad hoc oportet presupponere factū, dein
de constitutionem, per quam imponatur pena pp delictū, nā hec
pena non deriuatur a iure naturali, sed est quedam determinatio
⁊ est de mero iure positiuo, sic ēt de omnibus alijs obligationibꝰ
de quibus insti.de obli. Et sic prout in primo statu homines (cuz
omnia essent cōia) omnia sibi inuicem cōmunicabāt sine obliga-
27 tione, †ideo postꝗ fuit facta distinctio dominiorum, fuit inductā
inter homines quadam equitate illa naturali, vt fides seruaret̄ si
enim primo cōicabant omnia adinuicem. nunc post distinctionē
dominiorum (qn aliquis dabat rem suam cū hoc, ꝙ accipiēs det
aliam, vel soluat pretium, vel aliquid aliud faciat) est iustum ex
dependentia naturalis iuris, vt fides seruetur. ⁊ sic dꝫ intelligi.l.
has obligationes.ff.de capitis diminutio.⁊.l.si id quod.ff.de cō
dicti.indebiti. ꝙ ius naturale dicat̄ ibi, hoc est ꝓm expositionem
tex.institu.de re.diuisio §.singulorum.s.iure gentiū, alias vides,
ꝙ impossibile est posse saluari.d.l.has obligationes, qđ ibi illo
casu obligatio intelligatur, qđ sit iure naturali proprie diuina ꝓ-
uidentia ab exordio prouenienti. Sed qꝛ ex propinquis conclu-
sionibus iuris nature deriuatur. Et ita obseruatur apud omnes
ratione quadā naturali promissa seruari. Hinc venit, ꝙ cum ista
obligatio oriatur super facto iure gentium, vel ciuili inuento, po
test eadem lex impedire siue vetare factum, ⁊ sic per consequens
orietur obligatio. Hinc venit, ꝙ si seruus obligatur super facto
sibi non vetito, oritur illa obligatio, sed pp seruitutē impedit̄ effe
ctus, puta actio, que de iure ciuili est. Sed nihil refert, lꝫ dicatur
de iure gentium secundario, qꝛ eo tempore est seruitus, ideo si ser
uo manumisso seruatur, non habet locum repetitio. Et sic intelli

gitur.d.l.si id quod. Si vero factum est de iure naturali vel diuino. vt matrimoniũ vel votum, ꝛ in his que sunt ad beatitudinem eternam, lex humana non operatur aliquid. Et ita in illis oritur obligatio, ꝛ effectus, q illud est supra ius humanuz ex predictis venies ad cognitionẽ multoꝝ, que per doctores tractantur. in titu. de pac. ff. de ver. obli. ꝛ pluribus alijs ptibus, sed q iste leges nostere videnẽ esse quodãmodo pp diuisionẽ dominioꝝ cõdite, ideo opus est scire vnde habuerint ortum distinctiones dominiorum pro iustificatione legis, ideo pono questionem sequentem.

28 ¶ Quarto quero† quo iure introductum dñiuz Bar. ꝛ doc. cõmuniter tenent ꝙ dominiũ fuit introductum de iure gẽtiũ. Licet glo. ꝛ aliqui doctores faciant aliquã distinctionẽ, in. l. ex hoc iure ff. de iusti. ꝛ iure. vbi vide Bar. ꝛ docto. sed nũc sufficit determinare, quo iure fuit inuentum, an naturali iure vel gentiũ. Quidaz modernus nititur defendere in. d. l. prima. §. ius naturale. ff. de iustit. ꝛ iure. ꝙ dominum est de iure naturali, ꝛ ad hoc adducit duo iura, videlicet tex. in. c. ius naturale. j. distinctio. dum dicit ibi tex. ꝙ acquisitio eorum que celo mariq; ac terra capiuntur est de iure naturali, ꝛ per consequens dominium. Secundo adducit tex. insti. de rerum diuisio. §. singulorum. vbi dicit, ꝙ quarundam enim rerum dominium acquirimus iure naturali, quod nos ius gentiũ appellamus, quorundam iure ciuili, sed cõmodius est, ꝙ ab antiquiori iure incipiamus. Constat enim ius naturale esse vetustius quod cum ipso iure humano rerum nature procedit. Deinde dicit, fere igitur bestie ꝛ omnia animalia dum ab aliquo capiuntur efficiuntur capientium iure gentium, quod enim ante in nullius bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur. Et sic videẽ, ꝙ ex illo iure naturali (quod fuit ab exordio rationalis creature) est dominium introductum. ad tex. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. ꝛ iure. Respondebat ꝙ ex eo quod iuris gentium sit dominiuz, non propterea desinit esse iuris naturalis, q cũ gentes eo vtuntur. est iuris gentium. Sed dum ratio ipsa ex natura dictabat, iuris erat nature. Et ad. c. quo iure. viij. distinctio. Respondet, ꝙ licet iure humano fuit inuentuz, id fuit ex instinctu rationis naturalis quod sine deo esse non potest, ꝛ sic hoc respectu posset dici

29 ꝙ est de iure. † Sed ego defendendo communem sententiam doctorum dico, dominium rerum apud homines habuisse initium de iure gentium, non autem iure naturali. De hoc est text. in. c. j. viij. distinctione. vbi dicitur ꝙ iure naturali omnia erant communia, sed iure consuetudinis hoc meũ est, illud vero alterius, hoc idem dicit tex. in dicto. c. quo iure. Preterea hoc ꝓbaẽ per tex. i c. ius naturali. j. distinctio. vbi iure naturali communis est omnium possessio. ergo nõ fuerunt distincta dominia. Et hoc proba

30 tur, † q supra dixi, ꝛ est doctrina omniũ, quod dominium sumpsit exordium a possessione, vt dicunt doctores in. l. j. ff. de acquirend. posses. Sed si possessio erat communis, impossibile erat ꝙ dominium erat distinctum. Et si quis diceret ꝙ poterat esse in cõmuni sicut possessio. Ad hoc dico ꝙ non procedit, q natura nunq̃ producit aliquid frustra, seu postq̃ ex possessiõe querunẽ omnes fructus ꝛ vtilitates, dominium erat frustra, vel etiaz si qs est certus ꝙ possessio non potest abdicari aliqua ex causa, non curabit de dominio. Et sic postq̃ possessio erat communis omnium, dominium nihil poterat operari in communi, nec in particulari, q̃to magis, quia dominium vniuersale omnium erat apud deum

31 Psalmo. xxiij. Domini est terra ꝛ plenitudo eius. † Itẽ hoc idẽ probo per tex. in dicta. l. ex hoc iure. inducendo pluribus modis Primo dum dicit tex. ex hoc iure gentium introducta sunt bella ꝛ dominia, ponendo verbum introducta, ꝛ sic illo iure erat introductũ dominiuz, q si iure naturali fuisset introductuz, hoc nõ poterat introduci iure gentium, ꝛ sic nõ bene dixisset tex. qõ non est dicendum. Itẽ induco illum tex. nam vt vides tex. in. d. l. prima incipiendo a. §. huius studij vsq; ad. l. iustitia venit diuidẽdo iura ꝛ ponendo exempla, sed poq̃ posuit exempla iuris naturalis, ponit ea que sunt iuris gentium, inter que ponit dominiuz, ꝛ sic presupponit, ꝙ nõ est de iure naturali, sed de iure gentium, q si fuisset de iure naturali frustra posuisset in exemplis iuris gentium, quod nõ est dicendũ, vt dr̃ in proemio Codicis. Tertio induco illam legẽ sic, nullus inficiatur ꝙ bella discrete gentes, regna condita, emptiones, ꝛ venditiones sunt de isto iure gentium ergo sequitur ꝙ dum dicit distincta dominia, simili modo est de iure gentium, vt equalis sit determinatio. l. nam hoc iure. ff. de

32 vulg. ꝛ pupil. subst. † Preterea probatur ꝙ dñium nõ sit de iure naturali, dicitur enim Genesis, capitu. primo. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentẽ semen super terrã, ꝛ vniuersa ligna, q̃ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escaz, ꝛ sic primus motor (qui est deus) non dedit dominium, vt dicit il le modernus, sed vsum tantum, quod superflue Deus dixisset, si dominium homo habuisset a principio. Preterea hoc probat textus in dicto. §. singulorum. dum textus exponit, quod nos ius gentium appellamus. Et sic ille text. retorqueẽ contra eũ, ꝛ hoc idem exemplificat tex. in versicu. quod enim ante in nullius bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur. Et sic post exordium generis humani naturalis ratio inuenit dominium, ꝛ non ob. dicti Moderni replicatio, dũ dicit, ꝙ illa ratio homini est ab exordio. ꝛ ideo id qd̃ deriuaẽ ab illa rõne, est ius naturale, erraũit nã si hoc esset verum oẽs leges deriuanẽ ab illa rõne, dico leges humane, nõ tñ pp hoc sunt iuris naturalis, sed ciuilis vel gentiũ,

33 † est ergo regula, ꝙ omne id, qd̃ ratione humana, id est naturali ratione inuenitur, est ius humanũ, ꝛ sic cum dominium sit naturali ratione inuentũ, non est iuris naturalis. Ius enim naturale (qd̃ est diuinum scriptum in cordibus) diuina ratione procedit, ꝙ homo apprehendit ex dictamine rationis pratice, eo modo quo potest, sed fallibiliter ꝛ incerte per actus hominum, vt dictum est latissime in prima parte, presertim tertia ꝛ quarta questionibus principalibus, vt videas. Preterea hoc probatur hoc per text. in. c. dilectissimis. xij. questione. j. versi. communis enim vsus omnium

34 que sunt in hoc mũdo omnibus esse hominibus debuit, † sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, aliud istud. Unde dicitur, ꝙ vsurpatione principum habuit dominium ergo si p iniquitatẽ sequitur qd̃ nõ habuit dominium initium a iure naturali, a quo non nisi bonũ procedit. Itez secundo pondera verbuz debuit esse, ergo dominium non est a iure naturali, q si fuisset a iure naturali dñium, vsus nõ debuisset esse cõis. Alias diceret ꝙ Deus non bene disposuit, qd̃ est falsum. Preterea quanto quis magis appropinquat se iuri naturali, est melius, sed quanto quis se appropinquat dominio, est imperfectior, vt dicit Apostol. ad Philippen. iij. que idem retro sunt obliuiscentes, ad ea que priora sũt me extẽdẽda, quicunq; ergo perfecti sumus sentiamus. Imperfectoꝝ aũt est, ꝙ tpalia desiderent, ordine tñ ad Deũ. Peruersoꝝ aũt ordine vt in tpalibus finẽ ꝯstituat dicit sanctus Thomas, prima secunde. q. xcix. articu. iij. Et sic stat firma conclusio, ꝙ dominiũ est de iure gẽtium, humana rõne inuentũ, ꝛ non est de iure naturali, de hoc vide etiam aliquid supra in prima parte, in decima prima. q. iij. principalis questionis. ver. sed iustum est.

QVARTA PARS.

¶ Ista pars continebit tres principales questiones In prima dicetur de persona executoris quis sit ꝛ qualis debet esse. In secũda de forma creationis istius executoris. In tertia ad que tenetur iste executor.

SVMMARIVM

1 Executor legis quis dicatur.
2 Judicem quibus dotibus oporteat esse preditum.
3 Administratorem prouincie oporteat necne iuris scientia esse instructum.
4 Judex habere debet conscientiam, nedum scientiam.
5 Judices quare dicantur sacerdotes.
6 Judicem oportet esset experientia rerum instructum.
7 Judex qua ratione dignosciẽ sufficiens ad ius reddendum.
8 Doctor quis dici debeat.
9 Doctor ante promotionem quoties examinandus.
10 Doctor semel approbatus potest iterum reprobari.
11 Judicem oportet primum aduocationibus exercitatum esse.
12 Judiciũ omniuz sit ne eadẽ approbatio nulla distinctione facta.
13 Judicis ꝛ principis qualis sit differentia. ꝛ nu. seq.
15 Judicis ꝛ principis conscientia eadem.
16 Judicium imperitia, ꝛ malitia maximũ est reipublice detrimẽtũ.

¶ Prima questio principalis.

Sta questio subdiuiditur in quinq; questiones. Prima quis dicatur executor. Secunda, qualis debet esse iste iudex, siue executor legis. Tertia, qualiter quis cognoscit sufficiens ad ius dicendum. Quarta, an vno ꝛ eodem modo fiat approbatio omnium iudicum. Quinta, an sit aliqua differentia inter principem ꝛ ius dicentem siue executorem.

¶ Prima

1 ¶ Prima questio † qs dr executor legis. Ad hoc rñdet Iuriscō
sultus in.l.ij.§.post originē.ff.de orig.iur. ꝙ illi sunt executores le
gū, qui iuridicendo presunt, dū dicit tex. per eos qui iuridicendo
presunt, effectus rei accipiť. Et sic ɔcluditur, ꝙ per eos q ius di-
cunt, ɔsequunť homines effectū legis, hoc est finē iuris, ad quod
fuit statutum, vcȝ ad pacificum statum, ꝛ felicitatem in sua socie-
tate humana, ꝛ isti dicūtur iudices, vt dicit Isidorus.lib.xx.ethi
mologiarum, ꝛ est in.c.ij.xxiij.q.ij. vbi dr, iudex dicitur q: ius dat
populo. Conformat.c.forus.de verbo.significatio. ita dicit etiaȝ
Specula.in titu.deposi.§.septimo.versicu.xiij. vbi dicuntur iudi
ces, ius dicentes, ad quos spectat discernere inter equū ꝛ iniquū,
iustum ꝛ iniustum. Et hoc probat etiam tex.in.d.§.post origineȝ
in ver.quod ad magistratus attinet.nam primo ibi tex.loquitur,
ꝙ per eos qui iuridicendo presunt effectus legis accipiť ꝛ postea
in fine dicit, ꝙ isti qui sunt dicentes dicuntur magistratus.
2 ¶ Scđo quero, † qualis dȝ esse iudex siue qui requiranť ad iudi
cē, vt valeat ius dicere. Rñdeo, ꝙ requirunť quatuor, primum ꝙ
habeat auctoritatē, Scđm requisitum est, ꝙ habeat vitā, nam vt
dicit tex.in.d.c.forus in fi.si bona vita defuerit, fide carebit, non
enim potest iustitia cū scelerato hoie habere cōmercium. Tertiuȝ
ꝙ requiritur est scientia. Quartum est experientia. De primo di-
3 cet.§.ij.q.principali. † Sed super hoc posset aliquis dubitare, an
oia ista requiranť simul in executore legis. Tu dic, ꝙ aut quis de
putatur pro executore legis tanquam administrator in aliqua ꝓ-
uincia, ꝛ in tali non requiruntur oia ista, sed habebit assessores, vt
dicit tex.in auc.de iudi.ꝛ vt nulla.versi.nostris.colla.vj.in eo eniȝ
sufficit bona vita, ꝛ rerū gerendarum experientia. Si vero loqui
mur de talibus assessoribus illius administratoris, siue de quibus
cunqȝ alijs iudicibus, qui non habēt assessores, opȝ ꝙ in eis repe
4 rianť predicta. † Iudex enim dȝ habere duplicē salem, scȝ scientie
ꝛ ɔscientie in mente sua, vt dicit Bal.in.l.ij.C.de senten.ex peric.
reci. q: sine scientia esset insipidus, ꝛ sine conscientia diabolicus,
iudex enim dȝ habere notitiam boni ꝛ equi, vt dicit text.in.l.j.in
5 princip.ff.de iusti.ꝛ iu.ꝛ separare ab iniquo. † Et ita ꝑpter admi-
nistrationem iustitie, que est notitia separationis iusti ab iniquo,
ꝛ iniusto vocantur sacerdotes, vt dicit ibi tex. Et ideo est ꝙ labia
sacerdotis custodiunt scientiam, ꝛ ore eius legem exquirunt.c.cū
ex iniuncto.de here.ꝛ alibi tex.in.c.sacerdotibus.xj.quest.j.expo
nit illud dictum Prophe. Labia sacerdotis custodiunt scientiaȝ
id est iustitiaȝ, ꝛ sic bene dicit Bald.in additio.ad Specu.in titu
lo depositi.§.vij.versicu.xiij. ꝙ ad declarandum quid velit lex nō
sufficit ꝙ sit iudex, sed etiam ꝙ sit peritus, ꝛ ita vides ꝙ requiriť
in iudice scientia, deinde etiam experientia, vt dicit text.in dicta
auct.de iudi.ꝛ vt nulla.post principium.versicu.non enim existi-
mauimus. vbi imperator detestatur etiam eorum iudicium noia
qui carent peritia legum, ꝛ illorum qui causarum non habēt expe
6 rimentum. Et sic non solū requiritur vita sed etiam scientia. † Et
non sufficit vita cum scientia, sed etiam requiritur causarum expe
rientia in iudice, Unde dicit ibi tex. ꝙ maximum vitium est reipu
blice, nisi iudices sint tales, ꝙ per se sciant noscere quod iustū est,
et id fieri non potest nisi habeant scientiam cuȝ experientia. Insu
per ꝙ lumen diuinum nobis participatum, que est lex priuata,
alias naturalis, non sit in eis consuetudine peccandi obscuratuȝ.
dicto.c.forus.in fine.
7 ¶ Tertio q̄ro † qualiter qs cognosciť sufficiēs in scientia ad ius di
cēdū. Ad hoc dico ꝙ tex.in.d.l.j.in prin.iunctis his que dicūtur
p Bar.in proemio ffor.cū tex.in.l.nemini.C.de aduoca.diuer.
iudic.dant principia cognoscendi habilitatem iudicis. Dicit tex.
in.d.l.in principio.iustitiam namqȝ colimus, boni ꝛ equi notitiaȝ
ꝓfitemur.id est docemus, dicit gl.equū ab iniquo separātes, ecce
ergo dȝ docere iudex notitiā boni ꝛ equi, deinde separare equum
ab iniquo. Si ergo dȝ docere, opus est ꝙ sit doctus, hoc est do-
ctor, quia vt dicit Bart.in dicto proemio fforum.doctor dicitur
8 a docendo. † Sed ad hoc vt possit esse doctor, vt dicit Bar.opor
tet ex quodam medio optimorum doctoruȝ aspirante cōsensu ad
insignia doctoratus ꝑuenire.l.magistros.C.de profes.ꝛ medi.li.
x. Et ideo dicit ꝙ si non habet istud preambulum, non dicitur do
ctor, immo plus est, vt dicit tex.in dicta.l.nemini, illi tales optimi
doctores debent iurare de promouendi ad doctoratum sufficien
9 tia, ꝛ si ista deficiāt, multo minus potest esse iudex, † sȝ Abbas in
c.proposuisti.de probatio.ꝛ.c.cum secundū de prebē.ꝛ dignita.
dicit ꝙ antequam quis adipiscitur graduȝ doctoratus, debet ter
examinari, ꝛ trinam approbationem reportare, primo a doctori-
bus presentantibus, dicta.l.nemini. Scđo a doctoribus in pri-
uato examine. Tertio in publico, ꝛ ita se habet cōsuetudo. ꝛ hoc
satis probať in.l.vnica.C.de athletis.libro.x.ꝛ ibi Bartol.dicit
ꝙ non potest sciri vnico examine ex toto scientia vnius, q: forte
extitit punctuatus in materia sibi familiari. Et hec est prima atte
statio, quam debet tenere iudex, antequam iuris dicendi auctori-
tate fungatur.
¶ Sed nunc queriť, an hec approbatio sufficiat ad presumendū
10 de sciētia in iudice. dicit Abb.in.d.c.cū sm † ꝙ non sufficit hoc,
ex eo q: doctor semel approbatus pōt iterū reprobari.tex.est in.
l.gradatiȝ.§.reprobari.ff.de mune.ꝛ honori.ꝛ sic ex hac noua cā
assumptionis ad ius dōm, potest ꝛ debet iterum examinari, q: vt
dicit Abb.in.d.c.cum secundum.in glo.in verbo, proponere.in
eis subest vtilitas publica, cum propter presumptionem gradus
doctoratus ad multa publica officia assumunť, ꝛ per imperitiam
11 multos ledūt. † Inde ꝑpter hoc bene imperator prospexit in for
ma cognoscendi, dans ordinē ꝙ isti tales primo debent aduoca-
tionis officium exercere, in aucten.de iudi.vt nulla.colla.vij.post
principiū.ibi eligere vero ꝓspeximus in rebus vtilibus habētes
attestationem. Et postmodum ibi Antonius vir spectabilis iam
aduocatione dudum completa, ꝛ inter spectabiles fisci aduoca
tos deputatus fuit electus in iudicē. Et sic bene dicit Abbas ꝙ
non sufficit ꝙ sit doctor semel approbatus, sed requiritur alia ap
probatio, ꝛ etiam habeat experientiam cārum, vt.s̄.in rebus vti-
libus habentes attestationē, hoc est cōmunibus, q: alias res im-
perator non tenet vtiles, sed pro nihilo, vt dicit in auct.de here.ꝛ
fal.in prin.col.j.ex hoc patet ꝙ male se habent prouincie, ꝛ eorū
principes qui omissis approbationibus predictis, assumunt iudi
ces, ideo semper in deteriora procedunt.
12 ¶ Quarto quero, † an vno ꝛ eodem modo fiat approbatio quo
rumlibet iudicum, tex.in dicta auctē.de iudi.ꝛ vt nulla, post prin
cipium.in versicu.vetus igitur.ꝛ sequen.dicit ꝙ non, quia secun
dum quod est tribunal iudicum maius vel minus, debet fieri ap
probatio. ꝛ hoc apparet, quia ibi imperator deputat inferiores
iudices, eos videlicet qui primo erant aduocati, sed superiores
iudices nominat eos, qui primo erant iudices inferiores, ꝛ sic pri
mo requiritur approbatio doctoratus, deinde in aduocatione ha
beat experientiā ad hoc, vt sit iudex. Sed ad maius tribunal ob
tinendum requiritur ꝙ in inferiori fuerit approbatus, ꝛ merue-
rit per manifestam sufficientiam ꝛ vitam preclaram ascendere ad
supremam iurisdictionem.
13 ¶ Quinto quero † an sit aliqua differentia inter principem ꝛ iu-
diceȝ siue ius dicentē, ꝛ q̄ sit illa. Et vr ꝙ in nullo differunt prin-
ceps ꝛ iudices tā in lege ɔdenda quā in exequenda, nam vt dicit
tex.in.l.humanum.C.de legibus.imperator ꝓcerū ꝛ senatorum
deliberatione ꝓcedit ad ɔstitutionem legis.l.j.ff.de legi. Item in
executione legis vȝ magistratus (qui iuris peritus est) eā executio
ni tradere, ꝛ in melius ꝑducere, vt dicit tex.in.l.ij.§.post originē.
ff.de ori.iu. imo parum est iura condere, nisi sint qui iura reddere
possint, vt ibi diciť, imo vt dicit tex.in.l.j.in princ.ff.quod quisqȝ
iur.statutum vel ius sine effectu pro non facto habetur. Sed lex
per ius dicentem qui est iudex (vt dicit tex.in dicto.§.post origi-
nem.) effectum habet, ergo sequitur ꝙ non minoris est auctori-
tatis iudex q̄ȝ princeps, immo procedere videtur in potestate, vt
ex predictis apparet. Ex hoc innuit tex.in ꝓemio instit.§.cumqȝ
hoc ibi necnon Theophilo ꝛ Dorotheo antecessoribus nostris,
non curo de expositione glo.ibi dum dicit scientia, vel etate, hoc
non dicit text.ꝛ sic indistincte intelligi debet.l.de pretio.ff.de pu-
14 blica. † Sed pro declaratione predictorū iurium ꝛ solutione que
stionis dico ꝙ princeps in tribus est maior iudicibus, ꝛ in tribus
sunt equales. Etenim princeps differt a iudicibus honore, nomi-
ne, ꝛ auctoritate super personis. Honore est maior, iuxta dictum
Apostoli, deū timete, regem honorificate, subditi estote omni hu
mane creature, siue regi tanquam precellenti.c.solite de maiori.ꝛ
obedien. Item nomine, q: est dñs eorum ꝛ totius mundi.l.depre
catio.ad legem rho.de iac.est maior princeps nomine. Item au-
18 ctutis. Sicut dr in simili de milite, & docto. vcz qd i actu † militari regulariter preferf miles, in actu vero doctoreo iuriscõsultus & pro hac distinctione est tex.in.l.j.in ciuilibus in prin.C.de offi. vica.& optime facit.l.j.C.de asses.ẽiuncta.l.j.C.de prefec. sacri cubi.lib.xij. & pro hoc etiam quod dixit Alber.de rosa.in.d.l.in ciuilibus q si ẽsulat miles & iudex. Si qdem in negocio militari statur consilio militis. Si in negocio iuris, stabitur consilio iurisconsulti. Aut sumus in actu indifferenti, vt in sedendo, eundo, loquendo, & in si.& tũc senior preferaf p ea maxime que dixi de priuilegijs senectutis.& p.d.l.si.ff.d si.inst.& hoc vltimũ audiui sepe numero a q̃pluribus viris doctissimis cõprobari & recte, & pro hac sententia facit quod scribitur in Catone maiore dicit enim. Neq3 solũ honore antecedẽtibus, sed his ẽt qui cũ imperio sunt maiores natu augures anteponunf. ¶ Trigesimaquinta, duobus electis imperatoribus virtute, dignitate, ac dignitate paribus, preponi dz in eligẽdo senior, in dubio iunior per.d.l.si.ff.de fide inst.& per ea que dixi.s.in prin.pro etate, qd intelligo tam de etate corporis q̃ tpe exercitationis rei militaris.& q in primis inspiciatur tẽpus exercitationis militaris, vt ibi dixi in fine. Et hec conclusio verissima, & necessaria est presertim stante proxia conclusione. Nam si de quo magis videbatur inesse, & non inest, ergo de quo minus, vt in auc.multo magis.C.de sacrosan.eccle. & in.l.quãtomagis.ff.de iureiur.cũ simi.si enim videbaf q nobilior q̃uis iunior deberet pferri tanq̃ dignior sene, & tñ nõ pferf ergo multominus iunior, qui non sit nobilior dz seniori preferri.
19 ¶ † Trigesimasexta, in preferendo vnum alteri in actu militari Primo inspiciatur fides. Secundo, scientia rei militaris. Tertio virtus siue pñãria. Quarto auctoritas. Quito, felicitas. Sexto, dignitas, & honor. Septimo, etas & tps. Octauo, nobilitas. Nono, natio, siue origo. Decimo, diuitie, qbus adde, qd dixi i.j. iij.&.xiij.conclusione cum sequen. ¶ Trigesimaseptima, si iperator eligitur indignus, fit iniuria toti exercitui, nedum vni militũ duci, vt dixi in sexto casu principali distinctionis magne in prin. ¶ Trigesimaquarta, electo imperatore si nõ est sufficiẽs neq3 dignus, licet alij reperiantur digni & sufficientes, si tamen facta est electio per principem ex certa scientia, alij nõ possunt obedientiã denegare rõne persone indigne, vel in sufficientis, qr reputabitur dignus, & sufficiẽs, vide.s.in.xx.conclusione. & in.xl. ¶ Trigesimanona, imperator belli creatus presumitur scire gubernare exercitum, facit qd dixi in.xxv. conclusione. ¶ Quadragesima,
20 † si princeps elegit vnũ imperatorem ignorans de sua insufficientia, & dignitate, potest vnus militie dux recusare venire vel ei subesse, donec principi hoc significauerit. facit pro hac cõclusione.c. si quando.cũ ibi no.extra de rescri.& ibi p Fran.zab.Car. Florẽ. vbi ponit de iudice delega.vel executore, cui iubef p principẽ, qui exequatur. Nam si habet conscientiam lesam debet supersedere & rescribere principi opinionẽ suam & expectare prius secundam iussionem antequam aliud faciat.& est glo.de hoc auct.de mãda. princip.§.si tibi in ver.nuntians.colla.iij.& no. Angu.de perusio in.l.quarta.§.condemnatum.ff.de re iudicata.& Innoc.in.c.cum in iure peritus.de officio delegat. & Florianus in.l.quarta.§.sed & si quis iudicium.ff.finium regund.& pro hoc etiam glo.in.c.j. in ver.noscatur.ad fi.de constitu.libr.vj.& idem tenet Archidiaco. in militibus in.c.militare. xxiij. questione.j. qui dicit q licet ille, cui precipitur, teneatur preceptum adimplere, iusta tamen excusatio, quare hoc non debeat, vel non possit, vel facere, nolit non aufertur, etiam si a papa precepta emanauerint, per dictum.ca.si quando.de rescript.qd est nota. ¶ Quadragesimaprima, si princeps vidit Imperatorem suum non sufficientem, neq3 alijs militi-
21 bus gratum, debet si potest caute mutare. ¶ † Quadragesimasecunda, caueat princeps, ne eligat indignum, & insufficientez imperatorem, & minus gratum gentibus suis. facit ad hoc quod scriptum est in.xj.arg.de diuitijs. ¶ Quadragesimatertia. Si princeps vult omnino aliqua ex causa forte fidei vnum imperatorem constituere, qui nõ videatur dignus neq3 gratus alijs, cum nõ eligat, nisi cum consensu, & voluntate aliorum. Sicut fecit excelsum ducale dominium Venetorum quando constituit magnificum gẽtilem leonissam totius sui exercit us gubernatorem generalem. ¶ Quadragesimaquarta, si data notitia principi de maiori alicuius dignitate ac prestantia vult omnino q electus sit Imperator exercitus quilibet ei subesse tenetur nisi iuste timeret pro se & gentibus suis. Ista conclusio ꝓbatur per ea que dixi in sexto casu principali distinctionis magne. ¶ Quadragesimaquinta, aduertat qs, ne procuret incaute electum, vel creatum imperatorem non admitti, ne sub eo forsassis postea inimico clãdestino militare cogatur, vt dixi in sexto casu principali ad fin. ¶ Quadragesimasexta & vltima cõclusio. cautus sit quilibet miles, vel dux, siue princeps armorum, vt quando conducitur cuz gentibus suis, faciat sua capitula clara, ne incidat in predictas dubitationes.

❧ FINIS ❧

TRACTATVS D. MARCI MAN. DE Priuilegijs militaribus.

n° 244 d 274

Quoniam de milite sepe, & sepius in huiusce pulcherrime & not. legis cōmētario mentio facta est, nec abre cū de eo etiam loquar, vt verba illa prohemialia, maritus quondā tuus miles, indicant & alibi quoqȝ alia a socia centurionis verba exordiū sumat, fere idem pertractās in. l. centurio. ff. eo. operepreciuum esse duxi, breui hoc compendiolo adolescētibus semper prodesse cupiens, vt par est eiusdem militis priuilegia scribere nedū que ad materiā faciāt verū etiaȝ alia, in quibus a pagano differre videat̄ post ipsam legē posito de industria vt ad ipsum pariter facilius recursus habeat̄, indeqȝ tanq̄ ex penu (vt aiūt) aliquando depromi possint. mitto q militaris disciplina † longe alijs prestantior, & dignior sit, quā
230 doquidē ea libertas retineat̄, dignitas prouincie propaget̄, & cōseruet̄ imperiū, q̄cqȝ idipsum militis opera fieri quotidie videamus humano generi prouidentis saluantisqȝ patriā, aut fortitudine, aut bellica quadam peritia, nec nō prelijs ēt & vulneribus, & qui clipeis tandē gladijs atqȝ thoracibus nitit̄, q deniqȝ hec Cyro perse Alexan. Macedoni, & Roma. Cesari nomen pepererit eternū, atqȝ imortale, imo orbē terrar̄ Romuli iperio parere coegerit, adeo vt non minus vere q̄ elegāter dixerit Apianus Orator, cedat forū castris, ociū militie, stilus gladio, vmbraqȝ soli, qr p̄dicta tm̄ docēdo recēsere, vt legētes p̄ficiāt, frugisqȝ aliquid sentiant, nō ēt laudādo blandiri intendimus, faxit ita Deus optimus maximus vt que concepimus pro. d. legis ornamēto, quātū tm̄ satis sit, & breuibus quidē verbis, facile enūcie
231 mus. ¶ † Primum igit̄ priuilegium est, quoniaȝ regulariter substitutio cōpēdiosa facta verbis directis post tp̄a pubertatis eua nescit. l. in pupillari. l. verbis ciuilibus de vulga. & pupi. sub. & tm̄ militis fauore obliquatur vt hec. l. precibus, de impub. & ali. sub
232 stitutio. ¶ † Secūdū, qm̄ directo post tp̄a pubertatis fieri nō potest, vt in iuribus preallega. & tm̄ militi concessum est. l. cēturio. ff.
233 de vulg. & pup. sub. l. in testō. C. de mil. test. ¶ † Tertiū, qm̄ in codicillis hereditas directo, nec dari, nec adimi pōt. l. ij. C. de codicil. l. sceuola. ff. ad treb. & tm̄ illis hoc mō eā ēt legis p̄missione re
234 linquit. l. militis codicillis. C. de milita. testa. ¶ Quartū, qm̄ qui semel est heres nō pōt amplius desinere esse heres. l. & si sine. §. lȝ qd̄ papinianus. ff. de mino. l. i substōne, & ibi gl. no. ff. de & vulg. & pup. sub. & tm̄ miles hoc facit. l. post aditā. C. de impu. & al. sub.
235 l. in fraudē. §. pen. l. miles ita. §. j. ff. de mil. test. ¶ † Quintū, qm̄ ius accrescēdi ēt inuitis accrescit. l. vnica. §. his ita. C. de cad. tol len̄. & tm̄ in milite secus. l. si duobus. ff. de mi. te. & no. in. d. §. his
236 ita, & i rub. C. quā. nō pet. par. ¶ † Sexto qm̄ quis nō pōt decedere pro parte testatus, & p̄ pte intestatus. l. hr̄ditas. ff. de here. insti. l. ius nr̄m. ff. de reg. iur. & nihilominus miles pōt. l. certi iuris. C. de mi. test. l. si in fraudē. §. miles. l. querebat̄. l. miles ita. §.
237 j. l. si miles. ff. eo. ¶ † Septimū, qm̄ rogatus hr̄ditatē restituere trebelianicā detrahit. l. in quartā. ff. ad leg. falci. §. sed qr. insti. de fideicō he. c. rainutius. de test. & vbiqȝ no. & tm̄ in testō militis nō detrahit̄. l. j. §. deniqȝ. ff. ad treb. l. in testō. C. ad. l. fal. & idē in falcidia dicēdū est. l. si certar̄. §. fi. ff. de mil. test. q tm̄ detrahit̄ si hereditas legatis exausta sit, vt in locis preal. & in auc. sed cū testator. C. ad leg. falc. & in. l. in testō. eo. tit. & in. l. in testō. ff. de mil. testa. & sic vltra dodrātē hr̄dē grauat, & nō paganus, vt in. d. locis, & la
238 tius vt p̄ me. §. hac ea. l. in gl. fi. ¶ † Octauū, qm̄ verba obliqua nunq̄ trahunt̄ ad directa eq̄ aūt sic. l. verbis ciuilibus & ibi doc. tū vel maxime Bal. in. ij. col. rōnē assignāt. ff. de vul. & pu. sub. & tm̄ in milite nulla rō ɔ̄siderabilis est quominus obliqua directent̄ l. tractabat̄, vt idē Bal. not. ff. de mil. te. l. neqȝ. §. j. & l. seq. ff. eo.
239 ¶ † Nonū, qm̄ pactū futur̄ successionis nō vȝ. l. j. l. pactū qd̄ dotali. l. fi. C. d pac. l. pactū. C. de colla. & tm̄ fauore militis sustinet̄, si
240 fcm̄ sit. l. lȝ. C. de pac. ¶ † Decimū, qm̄ oē testm̄ cōiter qrela rescindi pōt, si in eo filius exheredatus sit, toto tit. ff. & C. de inoffi. test. & tm̄ si fuerit militis id ipsuȝ qrele nō subiacet. l. d inofficioso.
241 l. fi. C. eo. ti. ¶ † Undecimū, qm̄ verba enūciatiua icidēter emissa, & pp aliud nō disponūt, nec p̄bāt. l. ex hac scriptura. ff. de do. l. ex his verbis. C. de mil. test. & tm̄ fauore militis aliter dispositū reperit̄, vt ibi in. l. milites. eo. ti. & in specie tradit Bar. in. d. l. ex
242 hac scriptura. i. iij. col. ¶ † Duodecimū, qm̄ obscure interrogāti nō est a iurisco. vel iperatore rn̄dēdū. l. ij. §. seruus aūt suspitius. ff. d ori. iu. l. domitius labeo. ff. d test. & tm̄ militi pp simplicicitatē & ignorātiā rel mil. l. j. C. de iu. & fa. igno. sic, nec detractāda rn̄sio
243 vt. d. hac. l. p̄cib⁹ d ipu. & al. sub. ¶ † Duodecimūtertiū, qm̄ vasallis ad petēdā iuestiturā annus & dies ɔcessus est a lege. & ipia lē. §. p̄terea. & p̄hi. feu. alie. p̄ Fed. i vsib. feu. & tm̄ militi dat̄ ann⁹ & mēsis. c. j. §. nisi iusta. & ibi Bal. no. i vlt. col. quo tēpo. mil. eo. li. subijciēs nō mir̄ eē, qr militib⁹ vetustas i honorē militie multa
244 dedit p̄uilegia. ¶ † Decimū quartū, qm̄ qsqȝ p̄ debito pōt carcerari. l. j. & to. ti. ff. d cu. reo. l. j. C. q ho. ce. po. l. iij. §. tutores. ff. d ad mi. tu. & plene p̄ Bar. i tra. carce. & tm̄ miles ab hac iniuria erit tutus, nec in carcerē detrudet̄, vt idē Bal. dicit in. d. l. j. in fi. & est
245 cōis oīum opi. ¶ † Decimūquintū, qm̄ testm̄ solēnitates iuris reqrit d qbus i. l. j. & in. l. hr̄des palā. ff. d test. imo q nemo pōt facere qn i eo locū hēant. l. nemo pōt. ff. d le. j. l. testādi. C. de test. alias nō esset testm̄ nisi abusiue. l. ij. §. j. ff. queād. test. ape. l. hac cōsultissima. §. ex iperfecto. C. de test. arg. i. l. paulus. ff. d ver. si. & in. l. suo manumisso. ff. d ɔd. ide. & tm̄ militi remisse sunt. l. j. l. neqȝ. §.
246 deportati. ff. d mi. te. l. milites. C. eo. ¶ † Decimūsextū, & ipali⁹ ad idē, qm̄ i testis testes rogati eē dēbēt. l. hr̄des palā. §. i testis. ff. d testa. auc. rogati, & i corpe vn̄ sumit̄. C. e. & tm̄ i milite rogitus n̄ est necessarius, vt p̄ doc. i. d. l. j. & in. d. l. milites. §. p̄xime allega.
247 ¶ † Decimumseptimum, quoniam in testamento pariter filius institui debet, aut nominatim exheredari ne preteritus testamētum rumpat. l. prima & ij. ff. de liberis & posthu. & institu. de exhereda. libero. in prin. & traditur late in. l. posthumo. C. de bonoruȝ pos. cōtratab. & tamē militi necessitas hec a lege imposita nō est. l sicut. & seq. C. de mili. test. l. q iure militari. ff. eo. l. ij. §. quisquis.
248 ff. de vulga. & pupilla. ¶ † Decimumoctauū, quoniam quis filio suo haud potest substituere pupillariter nisi prius sibi ipsi testamentum faciat dicto. §. quisquis. l. patris filij. ff. eodem. §. liberis. §. igitur, instit. de pupilla. substitu. & tm̄ in milite permissuȝ est, vt pupillo tm̄ substituat. l. miles ita. §. fi. l. i fraudē. §. itē tā sibi. ff.
249 de mili. testa. ¶ Decimūnonū, † qm̄ ad ɔ̄firmationē tabularum pupillariū, quod fere tēdit ad idē, requiritur hereditatis aditio. d. l. ij. §. adeo. ff. de vulga. & pupil. sub. & tamen militis etiam non addita, suuȝ sortiuntur effectū. d. l. miles ita. d. §. fi. ff. de testa. mil.
250 ¶ † Uigesimum, qm̄ filio emancipato substitui non potest. l. ij. in prin. ff. de vulg. & pupil. sub. & tm̄ miles substituit. l. miles ita. §. ex
251 heredato. ff. de mil. testa. ¶ † Uigesimumprimum, qm̄ quis non potest mori cum duobus testamentis, ex quo aut vice vnius habētur, aut vnum per aliud rumpitur. l. j. & ij. ff. de iniu. rup. irritoqȝ testa. l. j. §. sed in duobus. ff. de bo. pos. s̄m tab. & tm̄ miles ipse pōt. l.
252 querebatur. ff. de mil. testa. ¶ † Uigesimumsecundum, qm̄ capite damnati testamenti factionē non habent. l. eius qui. §. j. & §. fi. ff. d testa. immo q bona eorum etiam publicantur, & tm̄ miles hȝ, & iure quidem militari, si non sacramenti tm̄ fides rupta sit. l. ex milita
253 ri, in prin. ff. de mili. testa. ¶ † Uigesimumtertium, qm̄ incertus d statu suo testari pari modo non potest. l. j. in prin. ff. de leg. iij. & tm̄ militis testamentuȝ in ea conditione est vt valeat. d. l. ex militari,
254 proxime alleg. §. si miles. ff. de mil. testa. ¶ † Uigesimumquartū, qm̄ surdus & mutus adhuc nō testatur. l. discretis. C. q testa. fac. pos. l. qui in potestate. §. fi. & l. seq. ff. de testa. & tamen miles huiusmodi hoc idem faciens non reijcitur, factūqȝ sustinetur. l. iure mi
255 litari. ff. de mil. testa. ¶ † Uigesimumquintum, qm̄ mulieri, in qua ēt turpis suspitio cadere possit, libere relinquitur. l. affectionis. l. donationes in prin. ff. de don. quod & per locum a speciali probatur. l. j. ff. d don. inter vir. & vxo. & tm̄ militi resistit lex, ne donet, aut aliquid reliquat. l. ij. C. de dona. inter vi. & vxo. l. miles ita. §. mu
256 lier. ff. de testa. mil. ¶ † Uigesimūsextū, qm̄ deportati de iure cōmuni heredes institui non possunt. l. prima. C. de here. institu. l. edicto. ff. de bono. pos. & tamen instituuntur a milite. l. neqȝ. §. deportati. ff. de milita. testamen.
257 ¶ † Uigesimumseptimum, quoniam cause meri & mixti imperij non possunt delegari. l. prima. ff. de offic. eius, & tamen fauore militis delegantur. l. tam collatores. C. de re mili. libro duodeci
258 mo, & dixi ego in dicta. l. prima, in vndecima col. ¶ † Uigesimū octauū, qm̄ regula catoniana regulariter in testō cuiusqȝ locū hȝ, & attēdi solet, vt legatū. l. factū caducū, aut aliter inutile, nō conualescat,

ualescat, si ouitius viuat post testm̃, ⁊ res ad eũ statũ moꝛuo testa
toꝛe, pueniat a quo incipere potuisset. ⁊ tñ in testõ militis haud
est ꝯderabilis, ex quo est de iure ciuili, a quo ipse absolutus est. l.
259 neqȝ. in prin. ⁊ ibi Bal. i terminis. ff. de mili. test. ¶ † Uigesimũ
nonũ, qꝛ ignoratia iuris nemini ꝓdest. l. iuris ignoratia. C. q ad-
mi. his dieb⁹ a nobis edita vna cũ. l. j. C. eo. ti. l. leges. C. de legi. ⁊
tñ militi nõ nocet. l. j. C. de iur. ⁊ fac. ignoran. l. regula. §. si miles
260 ff. eo. ⁊ no. in. l. fi. in prin. C. de iur. delib. ¶ † Trigesimũ, qm̃ pri-
uilegiũ foꝛi superueniẽs pẽdẽte iudicio, quẽ iurisdictione nõ ex-
mit. l. si quis posteaqȝ. ff. de iud. l. pe. ff. de iu. om. iud. ⁊ tñ in milita
te armate militie secus. l. qui cũ vno. §. si reus. ff. de re mili. ⁊ not.
261 in. d. l. si quis posteaqȝ. ¶ † Trigesimuȝ primũ, qꝛ nullibi pmis-
suȝ reperit imo ꝓhibitũ potius, vxoꝛi, vel medico alicui⁹ lesi si ex
cã ꝓbabili, ⁊ necessaria absuisset, ex clausula si qua mihi iusta cã
subesse videbit, succurrit, de qua in. l. j. in fi. ⁊ in. l. sed ⁊ si p ꝑtoꝛẽ
in prin. ff. ex qui. ca. ma. ⁊ tñ vxoꝛ militis, ⁊ medicus absqȝ dubio
restituunt, mariti seu militis fauoꝛe, cui hoc in speciale priuilegiũ
ꝯcessuȝ ẽ. l. iter eos. §. militũ tñ medici. ff. eo. ti. l. j. C. de vxo. mil.
262 ¶ † Trigesimũ secũdũ, qꝛ ꝑemptoꝛia exceptio post sniam oppo
ni nõ põt. l. ꝑeremptoꝛias. C. sen. rescin. nõ po. l. exceptionẽ. C. de ꝓ
ba. ⁊ de materia in. c. pasto. ꝺ excep. ⁊ tñ milles opponit. l. j. in fi.
263 . C. de iu. ⁊ fa. ign. ¶ † Trigesimũ tertiũ, qm̃ tutela, cũ sit munus
publicũ, ⁊ nil aliõ, nisi vis atqȝ ptãs ad tuẽdũ eũ, q pp etatẽ, se de
fẽdere neqt, vt isti. de tut. i pn. efficit, vt qs cogat ad onus ipsũ su
scipiendũ. l. nullus. C. de decu. lib. x. ⁊ not. in loco puile. S. ⁊ tñ mi
les cogi nõ põt, imo ꝙ nec volẽs admitti dȝ. §. idẽ i milite insti. ꝺ
excu. tut. l. milite. C. q da. tu. po. nisi tutela filioꝝ sui cõmilitonis
eẽt, qm̃ tũc sec⁹. l. sȝ ⁊ milites, in pn. ⁊ ibi no. Bar. ff. ꝺ excu. tu. ⁊
264 idẽ gl. in. d. §. idẽ ⁊ in milite. ¶ † Trigesimuȝ quartũ, qm̃ multi
sunt casus in quibus delinquentes laqueo vitã finiũt, tũ vel maxi
me ennumerati in. l. capitaliũ, in. §. famosos. ⁊ ibi glo. magistra.
ff. de pe. ⁊ in. §. ex maleficijs, insti. de actio. ⁊ tñ miles ignominiã
hãc pati nõ dȝ, sed honestioꝛi pena puniri. l. desertoꝛem. §. pena
militũ, ⁊ pati mõ iũcta gl. ff. de re mili. per quã ita ẽt dixit Bald.
265 in. c. j. in. §. si rusticus. in fi. de pa. te. in vsib. feu. ¶ † Trigesimum
quintũ, qm̃ res empta cũ pecunia mea, nõ est mea, nec ista rõne a
me vedicari pt, nec ceteris creditoꝛib⁹ añrio. ꝑferroꝛ. l. si ex ea pe
cunia. C. de rei ven. ⁊ tñ si cõparata sit ex pecunia militis, secus. l.
si vt ꝓponis. C. eo. l. ideqȝ. ff. qui po. in pig. hab. l. ij. de don. inter
266 vi. ⁊ vxo. ¶ † Trigesimũ sextũ, qm̃ vere ꝯtumax ab appellãdo
excludit. l. ⁊ post edictũ. §. fi. ff. de iud. l. ij. ff. si quis in ius voca.
non ier. ⁊ tamen milles sicuti etiam minoꝛ, ⁊ rusticus, appellat
l. ⁊ si fine. §. item si non procurauit. ff. de mino. l. cum de indebi.
§. sinaurem. ff. de proba. l. vbi in prin. ff. de eden. ⁊ late in. d. l. ij.
267 n ot. Alexan. in. j. col. ¶ † Trigesimum septimũ, quoniam con-
demnatus ad soluendum, soluere precise cogitur, vsqueadeo vt
nec coactionem euitet si paratus sit dare expꝛomissoꝛem de sol-
uendo. l. iij. §. ait pretoꝛ. ff. de re iudica. ⁊ tamen milles beneficiũ
habet, ne ab eo exigatur, nisi inquãtum facere potest. l. in conde-
268 natione. ff. de regu. iuris. l. milles. ff. de re iudica. ¶ † Trigesimũ
octauum, quoniam quilibet potest renunciare priuilegio foꝛi. l. si
quis in conscribendo. C. de pactis. argumẽ. in. l. si iudex. ff. de mi
noꝛi. ⁊ in. c ad apostolicam de regu. ⁊ transeun. ad reli. ⁊ tamen
militi pꝛohibitum esse videtur. l. magisterie. C. de iurisdic. omniũ
iudi. in quo militat ratio honoꝛis militaris, vt alibi in simili cle-
ricalis, in. c. diligenti. de foꝛocompe. ⁊ de materi latius vt in di-
269 cta. l. si quis in conscribendo. ¶ † Trigesimuȝ nonum, quoniam
non potest quis pupillariter filio substituẽdo, facere, quod moꝛia
tur pro parte testatus pro parte autem intestatus, ex quo substi-
tutio pupillaris par est, ⁊ sequela testamenti paterni. §. igitur. in-
stitu. de pupil. substi. nec potest fieri nisi sibi pater prius faciat te
stamentum, vt dixi supꝛa in discursu. l. ij. §. quisquis. de vulga. ⁊
pulla. substitutione. quod nec huiusmodi esse potest. l. ius nostrũ.
ff. de regu. iur. ⁊ tamen milles potest. l. sed si plures. §. ad substi-
270 tutos. ff. de vulga. ⁊ pupilla. substitutio. ¶ † Quadragesimum,
quoniam preteritione matris, querela subuertitur testamentuȝ
eius, ex quo loco exheredationis habetur. l. illud. §. ad testamẽ-
ta feminarum. ff. de bonoꝛum possessione contratab. ⁊ idẽ si ipsa
a filio pretereatur. l. nam ⁊ si parentibus. ff. de inofficio. testame.
⁊ dico ego in hac. l. precibus. in. xj. questio. de impube. ⁊ alijs sub
stitutio. ⁊ tament in milite secus. l. prima. ⁊ ibi not. Jaso. in tertia
271 colum. C. de milita. testamento. ¶ † Quadragesimum primum,
quoniam in pagano non cadit distinctio patrimonioꝛum. l. iuris
ritos. §. cum oꝛiũdus. ff. de excusatione tutoꝛum. ⁊ tamen milles
instituendo vnum in vno patrimonio, ⁊ aliuȝ in alio, hoc ipso de-
clarat se velle vti priuilegio militari, vt not. in dicta. l. prima. C.
272 de militari testamento. pꝛoxime allega. ⁊ ibi ideȝ Jaso. ¶ † Qua
dragesimum secundum, quoniam ad probandum voluntateȝ ali
cuius testãtis, requiruntur septem testes, sicut in eius testamen-
to. l. cum pꝛoponeretur. ff. de lega. ij. ⁊ tamen in voluntate mili-
tis, ac in casu. l. in testamento. C. de milita. testa. duo tantum suffi
ciũt, sicut ⁊ in eius testamento. l. milites. iuncta glo. C. eodem. ⁊
273 in dicta. l. in testamento, quoqȝ not. ¶ † Quadragesimum ter-
tium adhuc, quoniam immo secundum alium intellectuȝ, in ipso
milite satis constat, eo ipso ꝙ ꝯtrarium nõ probatur, ⁊ tamen in
pagano vere pꝛobari dȝ, qꝺ dictum tñ non est tutum ideo recur-
274 rendũ est ad dicta in. d. l. in testamento. ¶ † Quadragesimum
quartum, quoniam quisqȝ pro debito ciuili capi personaliter po
test, nisi sit in domo, quoniam tunc, cum sit tutissimum vniuscu-
iusqȝ refugiũ, inde auelli nõ põt, minusqȝ ab ecclesia. l. pleriqȝ. l.
satis. ff. de in ius voc. l. pñti. C. de his qui ad eccle. ꝯfug. ⁊ tñ mil-
les tutus est, nec idstud ipsũ pertimescet. l. milles. ⁊ ibi no. ff. de re
275 iud. ¶ † Quadragesimũ quintũ, qm̃ in testõ simpliciter, fieri dȝ,
⁊ nõ sub spe alicuius lucri, exemplificando in casu, quãdo duo fa
ciunt pactũ, ꝙ vnus alterum heredem instituat, ⁊ econtra. l. ille
aũt, ⁊ ibi Bal. no. ff. de here. insti. ⁊ tñ factũ inter milites vȝ, vt in
l. licet inter priuatos, vbi Jaso. ⁊ docto. in tertia col ũ. C. de pac.
276 ¶ † Quadragesimum sextum, quoniã in executionem iudicati
omnia debitoꝛi pñt aufferri, obseruata nihilominus foꝛma. l. a
diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudica. ⁊ tamen militi arma re
linquuntur, sicti libri scholaribus, maxime studentibus gl. est no.
in. l. nepos proculo. ff. de ver signi. quam ad idem etiam inducit
Bal. in rub. C. qui bo. ced. pos. ⁊ Jaso. in. §. item seruiana. in. ix.
277 colum. institu. de actio. ¶ † Quadragesimum septimum, quo-
niaȝ preteritio patris efficit vt testamentũ sit ipso iure nullum, vt
instit. de exhere. libero. in prin. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ tñ
milles sciens se filios habere alios scripserit heredes, tacite eos
exheredasse intelligitur. l. sicut certi iuris, ⁊ sequen. C. de milita.
278 testamento. ¶ † Quadragesimũ octauuȝ, quoniaȝ si quis filiam
suam appellasset, ⁊ eidẽ in testamento pariter legatuȝ reliquisset
nont videtur propterea eam exheredasse, vsqueadeo vt in quar-
tam etiam imputetur, ⁊ ad suplementum agat, si sibi aliquid de-
sit. l. omnimodo. l. sancimus. C. de inoffi. testa. ⁊ tamen in milite
secus, qꝛ eã nõ instituẽdo heredẽ, sine dubio exheredauit. l. si cum
279 vel in vtero, in fi. C. de mil. testa. ¶ Quadragesimũ nonũ, † qm̃ si
quis seruũ instituerit, eiqȝ libertatẽ reliquerit i codeȝ testamento,
eidẽ hereditas sola sine libertate adimi non potest. l. si ita. §. regu
la. ff. de li. ⁊ posth. ⁊ tñ miles potest, eũdẽ. s. heredem instituere, de
inde exheredẽ scribere. l. si certaꝝ. §. si eodẽ testamento. ff. de mil.
280 testa. ¶ Quinquagesimũ, † qm̃ si filiusfamil. miles capite minua-
tur, vel emancipetur, vel a patre suo in adoptionem detur, testa-
mentum nihilominus eius valet, quasi ex noua voluntate, inquit
tex. in. l. miles filiusfami. ff. de mili. testa. ⁊ tñ in pagano secus. l. si
quis filio. §. sȝ ⁊ si qs. ff. de iniuſ. rup. irritoqȝ testa. ⁊ no in d. l. mil
les. ⁊ hec pro nunc sufficiãt, ne dum qꝛ inuenire alia ex se poterit
lectoꝛ curiosus, iam iam sibi ex his via quodamodo cõmostrata, in n° 268. f. fol 299.
veruȝ etiam quia in ipsa. l. totideȝ si non plures, examinauimus.
qq. breuitati vtroqȝmodo consulentes, ne laboꝛi inuideat, sed po
281 ius paritate contendant. ¶ † Ad propositũ tñ vltra predicta, ⁊.
non amplius de priuilegijs militaribus loquentes, sciendum est,
non ab re tex. alibi dixisse in. l. iij. ff. de mili. testa. Sed cur non in
milite diuersum probet, Pompo. dubitãs. quasi sentit, adeo. S.
dicta vera esse, vt diuersuȝ ius omnimodo ab actionibus pagani
cis, ⁊ priuatoꝛum statuatur, ⁊ idem in simili glo. in. l. nec honoꝛe
. C. de episco. ⁊ cleri. ⁊ in. l. transigere. C. de transac. ⁊ Bart. ad-
huc in aucten. vt nul. mutu. agrico. in princip. ꝙ miles non repu-
tatur, nec dicitur priuata persona. intelligendo semper de militi-
bus, qui optimi ⁊ probatissimi sint virtute bellica prediti, ⁊ qui in
famia facti, aut iuris non laboꝛent, secundum Bal. in. d. l. j. in. §.
282 miles. ff. de milli. testa. † vbi etiam text. met docet, eos a militia,
idest duritia, quaȝ pro nobis substinent, vocatos fuisse, aut a mul
titudine. aut a malo, quod arcere solẽt, aut a greco verbo chilioi
vnde chiliosys etiam tractum est, tagma mille hominuȝ numerũ
appellant, quasi milesimũ queqȝ ducẽ chiliarcon. quid ꝙ celeres
quoqȝ alibi nuncupati sunt, vnde postea tribuni celerũ dicebãtur
idest militũ, in. l. ij. in. §. qꝺ ad magistratus. ff. de origi. iur. ⁊ vltra
283 de antiquis. ex quo maxima dubitatio est, † nunqd hodie p̄di-
cta in militibus nostri tempoꝛis locum sibi vendicent, cum olim
illis salaria de publico constituerentur. l. si militem. C. de cor di.
ob causam. l. militem. l. qui stipendia. l. ita demum. C. de pro-
cura. l. neqȝ. l. filiusfami. §. veterani. ff. eo. l. milites. C. loca. Styg
mata seu note publice in eoꝛuȝ brachijs insigerẽtur. l. stygmata

.C.de fabricē.li.xj.vt alibi signū imperialis nominis custodibus aque ductus.l.j.C.de aque duc.eo.lib. Induerenť itez mensibus Septēbris ꝛ Aprilis de nouo.l.j.C.de mili.vesti. ca.lib.xij. postea iurarēt se nullū laborē,nullūqꝫ periculū,imo nec mortez pro salute,ꝛ dignitate patrie recusaturos.l.pe.ff.ex quib.cau. ma.l.ij.ff.de his q not.infa.ꝛ vltimo loco examinarenť,in numero ponerenť militū,ꝛ tales deniqꝫ describerentur.l.ex ea.ff.de mili. testa.l.j.C.qui mil.non pos.exinde tandē ꝛ expeditionis tpe bucellato,ac pane,vino,aceto,lardo , ꝛ carnibus verucinis vtentes, nec continuo,quidē,sed interpositis diebus,modo vno,mō alio, ne forte respu.grauareť,aut ipsi ad malū assuescerent,vel(vt ibidē inquit glo.) ne ebrij fierēt,si cotidie vinū ꝛ carnes habuissent. Sed nihil est,qm̄ ēt nostri tpis (vt dixi)veri milites,ꝛ proprie qdē sunt appellandi,alias nō essent milites,nisi abusiue, vt in simili de municipibus dr̄ in.l.j.ff.ad muni. falsoqꝫ vterenť nomine, haud dicendū,qđ ex eo quoqꝫ probať,qꝛ esto ꝙ nō habeant insignia veteris obseruantie,habent tamen insignia noue , que loco illis successerunt.c.translato, de consti.ꝛ est arg.in.l.si eū in.§.q iniuriarum.ff.si quis cau.ꝛ not.Bal.in.l.j.in vlt.col.C.qui bon.
284 ced.po.†Et ex his inferť pyratas non esse milites neqꝫ militum priuilegio gaudere debere,qm̄ nō habēt qualitates requisitas a lege,nec ꝓfitētur, que veri milites debent ac solent ꝓfiteri , imo
285 sunt hostes publici impugnantes nauigātiū securitatē,†ꝛ sic infamia iuris,ꝛ facti,que efficit,vt quis talis esse nō possit, militātes amplius nō pro salute patrie,sed sibi ipsis, aliorūqꝫ incōmodis inhiantes,vt catulus in syluis,quēadmodū dicit glo.in.l.j.in
286 fi.ff.de bo.pos.ex test.mil.ꝛ Bal.post eā in.d.l.j.in fi. † ꝛ nō abre eos oliz summus pontifex ter in anno excōmunicare solebat, hodie semel,ꝛ quotānis in cena dn̄i,vt no.i c.ij.vbi in specie Joan.de ana.post Hos.ꝛ Jo.and.extra de rapto.vsqueadeo vt possint ipune offendi,occidi,ꝛ derobari a quocunqꝫ,ex quo(vt dixi) hostibus fidei ꝛ principis equiparanť,vt in auc.nauig.C.de fur.
287 ꝛ idē Jo.de ana.tradit i.c.ij.in pe.col.de homi. † Inferť itē nec predicta intelligi in militibus rei militari haudq̄ꝫ vacātibus pro rep.sed tēpus ꝯterētibus potius in palatijs,ꝛ se ipsos cauda aurea more pauonū gloriantibus,ꝯ quos inuehunt Cy.Bar. ꝛ omnes.in.l.j.C.de iure ꝛ fac.ignoran.ꝛ idem Barto.in.l.miles .ff.ex quibus causis maio.ꝛ in.l.militem.C.đ procura.ꝛ Alexā.
288 in.l.centurio.ff.de vulga.ꝛ pupilla. subst. Postremo † ꝛ vltimo nō habere locū in militibus degradatis,ꝛ nimirū , qꝛ nullā tunc prerogatiuā habēt perdūtqꝫ oīa rōne infamie ꝛ degradationis, vt hr̄ in.l.ij.in.§.miles.ꝛ in.§.ignominie.ff.de his qui no.infa.aliquid Bal. in.l.milites.C.de qđ.ꝛ est argu.in.degradatio,cū ma
289 teria extra de pe.in.vj.imo plus,† ꝙ nec ēt milites. oīa habentes requisita legis,priuilegijs gaudent , nisi in casibus a iure expressis.l.in fraudem.§.si.ff.de milita. test.l.si.C.ad mace.vt in simili de libertate, ꝛ alijs no.in.l.fi.C.de sac.san.eccle.ꝛ in.l.itē venūt.in.§.in priuatorum.ff.de peti.here.ꝛ est argu. optimū in.l. testamēto.ꝛ in.l.q̄q̄.C.de mil.test. Laus Deo optimo maximo.die.xxviij.Martij.M.D.xlj.Padue.

FINIS

DE IVRE ET PRIVILEGIIS MILITVM, LIBER PRIMVS.

Claudio Cotereo Turonensi Clarissimo Iurisconsulto Autore.

Juris, ꝛ militie coniunctio.

Capi.primum.

De re aliqua qui Sapienter scripturus est,nō solum videre dꝫ,quid oneris in presentia tollat,sed ēt ne quid dicat,qđ oium mētes respuāt ꝛ aspernenť. Nam apud oēs ꝛ fere inualuit ꝯsuetudo, vt,que nō probanť i vulgus , absurda ducamus, ꝛ absona. Sed nihil tam horidū videri pōt populo , qđ nō aliqua rōne excoli possit. ꝛ tādē tpꝫ intelligētia tradi.ideoqꝫ imprimis cōiungēda est nobis iuri militia.naqꝫ q hoc agit,vt de iure militie disserat, quis huic veniā dederit,si vlla rōne illa duo ꝯiungere nesciat, atqꝫ eo magis mihi elaborādū video,vt duo,q̄ diuersa oīno esse,ꝛ nūq̄ videnť inter se posse ꝯiungi , ius inquā,ꝛ militiā quadā cognatione cohere ꝛ scopum eundez spectare ostendā.Sed qui fieri istud potest,si iuris,ꝛ bellorꝫ non eadē sint principia,varijsqꝫ finibus terminenť.si iuris,ꝛ belli capitales sunt inimicitie,si inter equitatē,ꝛ armatos homines sempiterna sunt odia,eteni leges,ꝛ iura, que ad pacē,ꝛ facilē hominū ꝯuictū pertinent,ex igniculis rōnis,q a natura nobis insiti sunt suscitari perspicimus , ex animi autem perturbationibus,ira,furore,similiūqꝫ affectuū colluuie quibus alterum in vitia trudimus,bella oriri constat.

Nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello,ꝛ concurrere in Arcem
Cum socijs ardent animi,furor,iraqꝫ mentem
Precipitant.

Ergo , qua ꝑficies uia,vt leges,q̄ pacis amice sunt,atqꝫ ocij,tot armatis militibus,audacibus,ꝛ temerarijs viris,tot , tāqꝫ magnis bellorū periculis coniungamus,est iā̄ exquisitus legū conditorꝫ ex philosophorꝫ s̄nia,qui de bello potius,gratia pacis , q̄ de pace,gr̄a belli,leges ꝯscripserint,ac res bellicas pacis cā studiose disposuerit,sōqꝫ pacis,atqꝫ ocij noīe iuri militiā ꝯiunxim⁹, vt ex armis ius vires colligat,ꝛ armata cohors legibus ꝯdecoreť,qđ si ꝑ te ꝯsequi potero,quis nō laudabit,ꝓbabit,ac reuerebiť simul in vnū leges,ꝛ arma coire,quorꝫ alterū altero corroborať stabiliť,ꝛ vires accipit,Justinia. quondā apud Pisidiā vnū spectabilis pretoris officium ꝯsulto statuit,qđ idē militare esset, ꝛ ciuile Roma.quoqꝫ suos Imperatores pretores appellabant eratqꝫ magistatus tēperatus quasi ex duobus,vt tā in instruēda acie robur,q̄ in ferēdis legibus rectū ac decētē ordinē ostētaret. In hūc ēt modū nō ꝑtores tm̄ in Lycaonia,ꝛ Thracia,sed ꝛ ꝓconsules in Cappadocia,pluribusqꝫ locis magistratū inibāt. tu aūt si in omni militia,vel legis,vel iuris mentionē ꝑtermittēdam censeas,cedo,quo ꝯsistet,firmabiturqꝫ modo militia sine eo vinculo,sine fundamēto,atqꝫ equitatis fonte,nā profecto vt corpora nostra,sine neruis,sine sanguine,sine mēbris deniqꝫ nō ꝯsisterēt,ita ꝛ militia,sine legis nullā satis habilē partiū functionē haberet. Quamobrē cū militaris res legibus in tuto sit collocata,ꝛ ipse leges armorꝫ ꝑsidijs ꝯseruenť,alterꝫ alterius auxilio indigeť nemini est dubiū. Antiq sapiētes, q rerꝫ ꝯueniētiā curiosius inqrebāt,sapiētiā potentie,velut duo quedā, que mutua ꝯiugatione sese amplexarentur,nusquam non copularunt. Etenim,

Uis consili expers melle ruit sua,
Uim temperatam Di quoqꝫ prouehunt
In maius ijdem odere vires
Omne nephas animo mouentes.

Laudabant quippe Cresum cum Solone,pausaniam cum Simonide cum Anaxagora, Poete quoqꝫ illos imitati Creontē, ꝛ Tiresiam simul inducunt, Agamemnonē,ꝛ Nestorē,palamedē,ꝛ Ulissem,ac ea forte de cā prisci illi hoies Joue promethevū ꝯiunxerunt,id vnū tantū aio volentes,vt potentiā sapientie,militiam legibus,ꝛ iura vellis permiscerēt. Et quidē apud Lacedemones memorie est proditū,Reges ipsos,cū preliū udituri essent prius sacra Musis ꝑsoluere,vt pote quas discipline,iudiciorūqꝫ ꝑsides admonitas vellent,vt faciles,próꝑteqꝫ periculis adessent prelianatiū facinora memoratu digna in oēm posteritatē trāsmitterent similiter Terpander, ac pindarus , quos ex Lacedemonijs laudauere,hos ꝛ musica eruditissimos,ꝛ bellicosissimos extitisse ꝯmemorāt.qui si summo cū honore musas marti copulatas decantarunt,cur non rectius fecisse videbunť Romani,qui anno ab vrbe condita.ccccl ix.publicis declamationibus laudarūt.q. Fabiuz maximum Rollianum quintum,ꝛ pub.Decium murem quartum Coss.gnaros militie,callidos,scientesqꝫ iuris,ꝛ eloquētie.ita laudatus est quondā in Sicilia diuo Hipparini filius (q Syracusanos, aliasqꝫ Sicilie vrbes inuicto animo in libertate asseruit) qđ philosophie studio precelebris,rei militaris scientia longe oibus antestaret quid igiť impediet,me sequi,tum que ad coniunctionem hominū,ꝛ tuendam societatē pertinent,tum que nulli non probabilia videri ꝑnt,ista me hercle tā belle conueniūt vt alterū sine altero stabile futurum non videatur, vt vtrunqꝫ disrūpatur sine mutuo cōplexu , ꝛ cōi coniunctione hinc mea quidem s̄nia pulchre dixit pindarus,bellū esse tyrannū,sed legē oiuꝫ Reginam itaqꝫ si milites consilijs suis legem, que fidem ,equitatem,religionemqꝫ ꝯseruat,vt par est adhibuerint , libidinem aūt vimqꝫ oēm amouerint,gloriam immortalē,quaz a bene gestis rebus accipiunt,optimorū ꝯsiliorū,factorumqꝫ testem summo honore

note assequentur; neqꝫ id tantũ quod libuerit, sed, quod ipsa lex, & religio postulat, perpetuo cogitabunt, & facient.

¶ De iure militum. Cap. ij.

Postquam igit̃ ius cũ militia ꝯiunximus, maxia nũc diligẽtia nobis efficiendũ est, vt tã apte coagmẽtata copula legibus cõfirmet̃. Qḋ & si difficillimũ videã, tñ si iuris rõnẽ ꝯsiderãtes, ciuilis disciplinę studiũ exerceamus, id qḋe pfacile fiet, qḋ aio iamdiu ꝓposuimus. Atqꝫ vt ad id iã aggrediar, dico ius militare esse iuris gẽtiũ, cuius maxie interest, vim, atqꝫ iniuriã ꝓpulsare. Naꝫ iure euenit, vt, qḋ quisqꝫ ob defensionẽ corporis sui fecerit, iure fecisse existimet̃. cumqꝫ ius gentiũ, qḋ solis hoibus inter se cõe est, bruta aialia nõ ꝯprehendat, nemo recte dixerit arietes, vel boues, q ꝯmissi essent, & alterũ alter occidisset, id iure gentiũ fecisse, quin potius naturali, quo solo regunt̃, & agunt̃. nã q̃ꝫuis eluceat in brutis imago quedã ingenij, & rõnis, & humane prudentię, ea tñ neqꝫ cũ cogitatione, neqꝫ cũ electiõe (tantũ abest, vt cũ intellectu) quicquã perficiũt. Excitant̃ aũt illa partim ab habitudinis tẽperatura, partim a sensuũ pfectione, partim a spiritus subtilitate, seu ipetu nature, ac instinctu. predicet aliqs formicas, alius hirundines, alius Rhebum mezentij equũ, quẽ blandiente dño merentẽ inducit Virgilius. quid tũ? certe cũ nullius rei veritatem, vel falsitatẽ sentiant, sed gestu tantuꝫ, motu, ac voce, quasi quedam signa accipiãt, nullã rõnis perfectionẽ habere credunt̃, atqꝫ ideo iure gentiũ nihil agere. Jus itaqꝫ gentiũ a rõnis participibus animantibus hoc expostulat, vt citra iniuriam cum vno quoqꝫ versemur, ne inde iniuriaꝝ nascatur occasio, vñ iura ducũt originem, ne, qḋ ab omnibus eodem modo custodit̃, nonnulloruꝫ arbitrio corruptũ sit. Furat lꝫ inter mortales mauors, q Respublicas, vt videmus, euertit, leges cõmutat, celum terra miscet, sit multoꝝ annoꝝ iportuna, ac incõmoda tẽpestas, sit summa qdaꝫ penuria, qbus iura oia innouare cogimur, hoc tñ ius gentiũ ideꝫ perpetuo viget, & permanet. Exclamẽt philosophi, mortaliũ neminẽ leges ꝯdere, humanaqꝫ oia vicissitudine rerum, ac fortunis agi ꝯstitui, gubernari, nihilominus ab oi vsqꝫ memoria tã altera dices egit iuris scripti equitas, vt, si augeri possit, immutari tamẽ ac ꝯuelli nequeat. Cuius generis sunt iura militaria. quippe que ita psonis militũ inherent, vt nemo diuellat, nemo distrahat. quare i spẽ adducor, milites i hoc ꝯseruãdo tã sedulos, pertinacesqꝫ futuros, quã in colligẽdo tũ pspicaꝫ, tũ diligẽs, assiduusqꝫ fueriꝫ.

¶ Qui sint milites. cap. iij.

Jam iam pedem velut ab incunabulis paulo longius efferamus, & milites sensim in campũ ꝓducamus. at qs miles appellat̃? Justinianus milites eos appellat, q sub excelsis militũ magistris militiã tolerare noscunt̃, necnon eos, qui sub diuersis optionibus federatorum noie sunt decorati. Hãc ãt diffinitionẽ, si, phorum more, paulo accuratius expẽderis, nõ dubito, quin imperfectam, aut duriusculum aliquid in ea reperias, nã & iure consultus asserit remiges, & nautas milites esse, nauarchos itẽ, & trierarchos. Ego vero cũ nõ disputare, sed docere ꝓposuerim, neqꝫ ignorẽ diffinitionẽ oẽm in iure periculosam, cẽseo verbi ipsius etymon inspiciendũ esse. Vlpianus a malitia, id est duritia, quã pro nobis sustinent, aut a malo, qḋ arcere solẽt, milites vocari ꝯtendit. Greci a verbo chilioi vnde chiliastis chiliarchon appellant. Romulus vero mille pugnatores delegisse commemoratur, quos a numero mille milites appellauit. Verum ista grãmaticis relinquamus, atqꝫ longius ꝓgredientes, videamus, que militi, quẽ tanquã serere, atqꝫ excolere, & (vt verius dicã) in inculto, & deserto solo venari volumus, sint necessaria; quo perfacī'e vnicuiqꝫ patebit qui sint milites. primum ergo si quis militie suum nomen dare cupit, offerat se opꝫ his, qui probandi ius habent. probare aũt põt imperator, & nonnunq̃ ꝓ tẽpore magistri militũ, spectabilesqꝫ duces, si modo supplere numeros necessariũ putauerint. debet enim Jmperator certior esse, qui, quãti, & quem ad numerũ debeant subrogari, si quando vrgens, ac necessaria cã emerserit, qua tum vtilitati, tum publice tranquillitati sit ꝯsulendũ. nemo sane est, qui milites suos melius nosse possit, & dẽat, quã princeps, si modo Alexandri seueri exemplũ nõ negligit, qui milites sic vbiqꝫ sciuit, vt in cubiculo haberet numerũ, & tẽpora militantiũ, sempqꝫ, cũ solus esset, rõnes coꝝ, & numerũ, & dignitates, & stipendia recenseret, vt esset ad oia instructissimus. Deniqꝫ cũ inter militares aliqd ageret̃, multorũ referebat nomina, de ꝓmouẽdis ẽt se hortabat̃, & plegebat cũcta pyctatia diebus quoqꝫ adnotatis. princeps aũt admittere dꝫ ad militie priuilegia non eos, q cupide ambierint, vt melioris fortune sint participes, sed q adipiscendi honoris grã experendã belloꝝ fortunã crediderit. Et si qs militẽ ꝯstantẽ affirmauerit, nõ rara quedã grauitas, & cõstãtia, qualis in phõ prefinit̃, si laboriosuꝫ, & vigilẽ, nõ ꝯtinuus labor dies noctesqꝫ exigi dꝫ. quin potius nature dictamine moderãda sunt oia. Nam si qs fortez dixerit eũ, q ordinẽ nõ deserẽs aduersus hostẽ viriliter pugnauerit, qd de Scythis, q nõ minus fugiẽdo, quã insequẽdo, dimicare ꝯsueuerũt, iudicaturus est? qd de Aenea, quẽ Homerus metuẽdi, fugiendiqꝫ dixit peritũ? quo tñ.

Justior alter,

Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

Cognoscãt igit̃ iperatores militũ suoꝝ aios, ac videant, qd ꝗs a natura sit insitũ. Nã si iuita ingenia ad opus minime ꝯgruũ, tanq̃ in aliqḋ pistrinũ, detruseris, atqꝫ ꝯpegeris, oia sinistre cedent. itaqꝫ pspecta corporis ꝯstitutione, ex qua potissimũ affectus nascunt̃, vel inumeros recipiẽt, vł receptos iã aliquo munere, ac honore donabũt, ẽ. n. vel plebi rudi vsitatũ prouerbiũ, dignitates, & honores coticulas animorum esse. Hec itaqꝫ omnia imperatorẽ oportet pro sapientia, ac dignitate pnoscere, atqꝫ idoneos in militiam asciscere, quos vt neqꝫ excellentes, ac valde industrios, ita neque rei militaris penitus rudes querimus.

¶ Milites cincti. cap. iiij.

Quis nunc isignibus, atqꝫ ornamẽtis militẽ ꝓbatũ augeamus, quoꝝ istud est vel pcipuuꝫ, qḋ cingulo militie illustrari debeat. Nã scriptũ est, militia exornatos ꝯfestim cingi debere. Sic a Carolo septio Francoꝝ rege edictũ est, ne, quis miles in numeros referat̃, qui nõ cinctus sit, armisqꝫ ita munitus, vt probũ decet militẽ. Cingulũ enim primum est armoꝝ isignẽ, ac militia ornamẽtũ. Velites apud Romanos tripedalẽ parmã habebant, & dextera hastas, qbus eminus vtebant̃, gladio Hispaniensi erãt cincti. qḋ si pede collato pugnãdũ erat, trãslatis i leuã hastis, stringebãt gladiũ. porro, miles vbi ꝓmũ cinct⁹ ẽ, iure militari testabit̃, nõdũ cinct⁹ eo iure testari nõ ꝑt cũ nõ militũ testamẽta, sꝫ q̃ a militibus facta sunt, vt. J. docebit̃, cõstitutiõibus principũ ꝯfirment̃. fieri itaqꝫ nõ ꝑt vt is militũ puilegijs gaudeat, q nõ oibus, nedũ prio militie signo, ac monimento ornatus fuerit. qḋ nõ tñ militi id tribuit, vt militari iure testet̃, sꝫ ꝑter id, fori affert pscriptionẽ, si corã non suo iudice in ius vocet̃, is tñ si qḋ illicite impetrauerit, q̃uis cingulo militie, quauis etiã dignitate sit ornatus, ipetratis carere dꝫ. cumqꝫ militi cingulum vnũ satis esse Jmperator perspexisset, scite admodũ ꝓhibuit, ne qs duas, płes ve militias affectet, ne ve qs dignitatẽ aliq̃ cingulo alterius militię ꝯiũgat, nisi ꝯiũcte sint, ac sociali nexe ꝯsortio.

¶ Milites in numeros relati. cap. v.



Probatum militẽ, & cinctũ i numeros referri necesse est, qḋ vt minime negligẽdũ, ita etiã atqꝫ etiã diligenter obseruandũ ꝯmoneo. nã militũ oiuꝫ ꝯmemoratio, atqꝫ in breuiario ipso sub aspectũ pene subiectio i exponenda acie plurimũ vꝫ, & ad intelligendũ, qḋ exponit̃. Jdqꝫ tã necessariũ est, vt, q nõdũ in numeris sunt, lꝫ ipsi lecti sint, vel Tyrones, & publicis expẽsis iter faciãt, nõdum tñ milites habeãtur, debẽt. n. in numeros, referri Supplere autem, vel implere numeros, vt modo diximus, soli principi conuenit, qui transferri milites prohibet, nominaqꝫ numeroꝝ in qs ijdẽ milites referunt̃, causa nõ adiecta imutari. nimirũ q ꝓbat militẽ, idẽ cingere, ac in numeros referre dꝫ. Erãt namqꝫ ꝯsuetudo Romanis, vt, dũ tribunus signũ ab iperatore peteret, illi simul breuiariũ, ac diurnalium rerum librũ afferret, quo totius exercitus numeri ꝯtinebãtur, vt militũ suoꝝ numerũ & recensere posset, & intelligere militẽ igit̃ ꝓbatũ, cinctũ, & in numeros relatũ nihil ipedict militari iur̃ testari. sꝫ si fingamus militẽ ex alio numero trãslatũ i aliũ, q̃uis & hic sit exceptus, & illo nõdũ ꝑuenerit, potuit tñ iure militari testari, est. n. miles, q̃uis i numeris nõ sit. qḋ si verũ ꝯcedimus, sequet̃ forsan nõ ẽẽ necessariũ i numeros referri, vt militari iure testet̃. Verũtñ mihi plꝫ pauli iuriscõsulti decisio, cui humanius visuꝫ ẽ, valere testamẽtũ quasi ꝯiũcto munere militię. q. n. intra annũ quo desijt ẽẽ

i numeris, i aliã militiã assumit, posteriorẽ militiã priori adiũxisse censendus est. nã sunt ita militibus adherẽtes, ac colligati numeri, vt, si qs uel humana sorte, vel quauis alia de causa gradũ amiserit, eũdẽ, si mõ reuertat, iuxta breuiarij ṽitatẽ obtinere dz, neqz expũgi põt numeris, nisi ⁊ ipse ɔsentiat. Nã Romanis ab Urbe ɔdita anno. ccccxij. lex sacra militaris lata est, ne cuiusqꝫ militis scripti nomẽ, nisi ipso volẽte, deleret. Hãc M. Ualerius Coruinus dictator tulit, dictaqz est sacrata, vel ꝙ plebs i mõte sacro eã sciuerit, vel ꝙ Deoꝝ alicui sanctũ est, qcqd aduersus eã fiat. ꝑinde nõ tãtum milites in numeros referri opz, sz ⁊ Grãmaticos, Sophistas, rethores, ⁊ medicos, si mõ immunitate iuris perfrui voluerint. neqz ẽt, q in collegijs pistorũ sunt, a tutelis excusantur priusqꝫ in numerũ sint relati. Est tñ, qd nemo iuste negauerit, qddã imaginarie militie genus, qd vocatur sup numerũ, quo absentes, ⁊ tit. tenus tantũ muneribus militie funguntur, hanc imaginariam militiã Claudius Imperator instituisse commemoratur.

¶ Sacramentum militare. cap. vj.

Tandem a militibus sacramentũ exigenduz est velut inter discipline pcepta necessariũ, ⁊ nõ Reipu. tantũ, sz ⁊ ipsis militibus vtile. Cũ aũt antiquitus ipsis militibus esset voluntariuz primũ, L. Flacco, ⁊ C. Uarrõe Coss. necessariũ fcm̃ est. illi qdez delectũ paucos dies morati, dũ socij ab noie latino venirẽt, nũqꝫ qd antea factũ erat, iureiu. a tribunis militũ, adacti sũt milits iussu ɔsulũ cõuẽturos, neqz iniussu abituros. naz ad eũ diẽ nihil pter tũ volũtariũ fuerat, ⁊ vbi ad decuriatũ, ⁊ Centuriatũ ɔuenissent, iurz sua volũtate ipsi eqtes dcuriati, cẽturiati, pedites ɔiurabãt, se fuge, atqz formidinis cã nõ abituros, neqz ex ordine recessuros, nisi teli sumẽdi aut petẽdi, aut hostes feriẽdi, aut ciuis seruãdi cã, idqz ex volũtario iter ipsos federe ad tribunos, ac legitimã iurisi. adatiõnẽ trãslatũ ẽ. Cinci⁹ aũt li. v. de re militari hãc fuisse tradit sacramẽti militaris formã. Cũ delect⁹ fieret, ⁊ milites scriberent, iu iusiurãdũ eos tribunus militaris adigebat in hec ṽba. in magistratu C. Lelij C. filij Cos. L. Cornelij Pub. filij Cos. in exercitu, decẽqz millia passuũ ppe furtũ si facies dolo malo solus, neqz cũ pluribus. Extra bastã, hostile, ligna, pabulũ, vtrẽ, follẽ, faculam si qd ibi inueneris, substuleris ve, qd tuũ non erit, qd pluris nũmi argẽtei erit, vti tu ad C. Leliũ Cos. L. ue Corneliũ P. filiũ Cos. siue ad quẽ eoꝝ ius erit, pferas, aut pfitebeŕ in triduo ꝑximo, qcqd inueneris, sustuleris ve dolo malo, aut dño suo, cui⁹ id cẽsebis esse, reddes, vti ne qd nõ recte factũ esse voles. militibus quoqz scriptis dies pfiniebat, quo die adessent, vt ⁊ citati consuli respõderẽt. ita ɔcepto solẽniter iurisiurando ea solũ exceptio addebat, nisi absentie aliq cã erit. Petre ius itẽ lõgo postea tpe milites Põpeianos in ptoriũ vocãs, postulauit, vt iurarent, oẽs se exercitũ, ducesqz nõ deserturos, neqz pdituros, neqz sibi separatim a reliqs ɔsiliũ capturos. princeps tuz in hec ṽba iurauit. ad idẽ iusiurãdũ adegit Afraniũ, subsequuti sunt tribuni militũ, Cẽturionesqz cẽturiatiz, pducti quoqz milites idẽ iurauerũt. Dñt itaqz ad sacrm̃ adigi milites, tũ vt vetus disciplina obseruet, tũ, vt a signis suis sine piurij piculo discedere nõ possint. memoratur. n. C. Cesar sacro dicto domitianos milites, vt suos, habuisse atqz ad Corfiniũ ijs vsus fuisse. Dicunt quoqz sacro astricti milites auctorati, qsi oberati, hoc est ere stipẽdiario deuincti, ac iã nõ sui arbitrij. plane apd nos ex stat. regũ Frãcie null⁹ miles i numeros refert, aut cingulo militie decorat, q nõ ꝑus regi, aut magistris eqtũ, si eques est, pfecto ve legionis, aut cohortis, si pedes ẽ fidẽ sacro obstrinxerit. tãta aũt fuit apd Romanos sacri ⁊ grauitas, ⁊ auctoritas, vt iulius Cesar sanxerit Rome, ne qs ciuis, q sacro nõ teneretur, plus triẽnio ɔtinuo Italia abesset. Senat⁹ ẽt Romanus inchoãtibus pmoribus iusiurãdũ ɔcipiebat, ac certatim oẽs magistrat⁹, ceteriqz, dũ sniaz suaz rogabant, deos testes aduocabãt. enimuero vel iurabũt milites p deos, queãdmodum Rhadamãthus cãs oẽs iuro necessario decidi vole bat, vel p vẽtũ, ⁊ acinacẽ (ꝙ ille vite, hic ṽo mortis auctor eẽt) vt scythe iurabãt, cũ amicitiã, vel fedus ituri erãt, vel p Iouẽ, ⁊ Martẽ, ⁊ palladẽ, vel vt impatores nõnunqꝫ p sceptri eleuationẽ iurasse cõmemorant. nos aũt eas sacri ceremonias arbitrio Imperatoꝝ, ducũqz, ⁊ pfectoꝝ relinqmus, hñt. n. hic pposita exẽpla, que, vt libebit, ex equo tñ, bonoqz imitent. Adde tñ, Xpianos Xpi numine aut sacroꝝ Euãgelioꝝ religiõe, postbabitis Ethnicoꝝ ceremonijs, sua sacra debere ɔfirmare. iã ṽo si qs sacro militari solutus est, denuo admitti in aliã militiã sine Imperatoris mãdato nõ poterit, qd ⁊ Cõstãtinus phibuit, idqz ab Antiqs Romanis obseruatũ est. nã Põpilius Impator cũ teneret ꝑuinciã, in cuius exercitu Catonis filius Tyro militabat, visum est illi, vnaz dimittere legionẽ Catonis quoqz filiũ, q in eadẽ legiõe militabat, dimisit. Sz cũ amore pugnãdi i exercitu remãsisset Cato, ad põpiliũ scripsit, vt, si eũ pateret i exercitu remanere, ṽo obligaret militie sacro qz priore amisso, iure cũ hostib⁹ pugnare nõ poterat. M. quidẽ Catonis senis ad filiũ extat epistola, in qua scripsit se audisse euz missuz factũ esse a ɔsule, cũ in macedonia bello Persico miles esset. monet igit, vt caueat, ne bellũ ineat, negat. n. ius ẽe ei, q miles nõ sit, cũ hoste pugnare. Credebat quippe Cato, eũ militẽ nõ ẽe qui sacramento nõ esset adactus ad militiã. Quamobrẽ vt certaz regulã constituamus, probatos milites primum cingere oportet, deinde cinctos in numerum referre, demũ sacramento addicere.

¶ Quomodo quis probabit se militem. cap vij.

Sed incidunt plerumqz cause, qbus qs cogit pbare se militẽ, si mõ militũ priuilegijs frui valet. nã siue fuerit fortis Achilles, siue sapiẽs Nestor, seu vsutus Ulisses, is tñ nullã veniã expectet, nullã excusationẽ, nullã oĩno vacationẽ, nisi pri⁹ se militẽ ẽe. demõstrauerit cũ nõ turpe solũ, sz ⁊ piculosum sit, hũc p milite se gerere, q miles nõ sit. hoc mõ sapiẽtissimi Coss. Crassus, ⁊ Sceuola legẽ tulerũt ne qs, q ciuis nõ sit, p Ciue se gereret. Militi aũt tres vie p iura ciuilia relicte sunt ad id pbãdũ, ne qd durũ, idignũ ve aliqd onus illi pter rõnẽ imponatur. primũ itaqz id pbare põt p lras, ac testimonia tribunoꝝ, vel pfectoꝝ, necnõ eoꝝ, q Chartularij numerorũ vocant. Carolus qppe. vij. Frãcoꝝ rex neminẽ voluit militarẽ pfecturã assumere. qui nõ a principe publicas literas acciperet signo, sigilloqz regio munitas, que delatũ illi honorem, gradumqz militie publice testarent. Deinde si bon⁹ miles ante habitus fuit ppe est, vt adfirmationi eius credat, nã longa cõmoratio in militia, meritorũqz illustris explanatio, ac piculoꝝ nõ iniucũda enarratio multũ cõmouere vr̃. iõqz queãdmodũ milites vitãdi, feriendiqz rõnẽ tenẽt, q̃ inimicis possint resistere, ita ⁊ res suas gestas, tot noctes insomnes, tot labores, tot uigilias maledicis pfit opponere qb⁹ dicacitatis, ⁊ ɔuitioꝝ argumẽta pcludent. ad extremũ si descript⁹ ẽ i numeris, facile ẽ, vt credam⁹ eũ eẽ militẽ, id qd. s. annotauimus. Ipsa namqz breuiarij scriptura eã auctoritatẽ hz, vt nõ militari tantũ iudici, sed ⁊ cuilibet alij fidẽ factura videat.

¶ Negociatores non militare, ⁊ milites non negociari. ca. viij.

Laudetur vero hic miles, q magnitudine ɔsilioꝝ, ⁊ rerũ tolerantia, virtutibusqz, vt menibus, septus, id tãtũ agat, moliat ve, qd ad militiã ptinet, quo mõ. n. militie oẽm nauabit operã, q pluribus negocijs occupatus aiuz huc, illucqz diuerterit? poterit ne aliqs militare, simul ⁊ negociari? quapropter Leo iperator sapiẽter phibuit, milites aut alienarũ rerũ ɔductores, aut pcuratores, aut fideiussores, aut mãdatores fieri, ne omisso armorũ vsu in aliud opus sese ɔferãt. illi qdẽ armis tñ, nõ puatis negocijs, sunt occupandi, vt numeris, ⁊ signis inherẽtes rẽpublicã, q alunt, ab oĩ belloꝝ calamitate defendãt. Sane si occupatis i alio quodã negocio, occasio operis vl' opportunitas pterit, eiusdẽ perire actionẽ fatẽdũ ẽ. atqz si sepissime, qd faciẽdũ est, faciẽtis ociũ nõ expectari finit, sz plerũqz necessitas cogit opus ipsuz obseruata sp occasiõe psequ, q fieri pt, vt ⁊ negocient milites, simul ⁊ inimicis resistãt? rõnes suas, simul ⁊ excubias agãt? d institoꝝ caussis simul ⁊ castroꝝ munitionibus sint soliciti? phi qdẽ in bona repu blica singulos singulas artes exercere voluerũt, neqz. n. agricola ẽt si id ɔmodũ ei futurũ ẽ, aratrũ, ligones, rastros ve ɔficiet. neqz ijdẽ Rapsodi, simul ⁊ histriones eẽ pfit, tragedi ve, ⁊ comedi. fit sz memorie pditũ, mamercũ ɔsulẽ, cui Gallicũ bellũ obuenerat, ex oĩbus pmiscue scripsisse exercitũ sine vlla vacatiõis venia, qn ẽt opificũ vulgus, ⁊ sellularij (minime militie idoneum genus) ab eodẽ in ɔquisitionez admissi dicant. qꝛuis ẽt senatus Romanus bello Hetrusco nũciato iustitiũ indici, delectũqz oĩs generis hominũ hẽri iusserit, nec ingenui mõ, aut minores sacro adacti, sz ⁊ seniorũ ẽt cohortes ɔfcte sint. Iustinianus pterea eos, q arma cudũt, a militia pfessioni illoꝝ ɔgruente minime phibuerit. nihilomin⁹ militib⁹ negociatiõe ppetuo interdicemus, qd illa a Romanis urgẽte necessitate (qua leges oẽs puertunt) facta sunt. hoc vero ab iperatore Iustiniano ea forsitã de caussa phibitũ nõ est, ꝙ existimaret habiliores ad arma milites eos futuros, q artẽ armorũ ɔflandoꝝ tenerẽt. sz tñ vtrũqz opus nullo oĩno mõ simul exercere,

cere, cuiq̃ ꝑmittitur. Nã argẽti distractoribus, aut nũmularijs ſpeciatim ꝯcedit̃, relicta tñ negotiatione, vnã aliquã ſortiri militiã, ⁊ in ea etatẽ exigere. Militiã uero armatã intelligo, nã armatos milites ⁊ priuilegijs, ⁊ muneribus ab alijs diſtinguimus. Negotiatores aũt ſunt, q in cõmercijs verſant̃, ⁊ aliqd dãt, aut accipiũt, vt maiora recipiãt, ⁊ lucrent̃. Quos ego, vt a militia proſ⁹ arceant̃, ſordidos appellare audeo, nihil.n. ꝓficiũt, niſi admodũ mẽtiant̃, ideoq; nihil ingenuũ hr̃e põt opificina. Negociatores quoq; dicunt̃, q annone vrbis ꝓ̃ſto ſunt, ⁊ ſeruiunt quoꝝ labores ꝓ̃mijs remunerãdi ſunt, ne deſtituatur annone ꝓ̃bitio, ⁊ nec iſtis ad nobilis militie gradũ aſcenſus ꝑ nos patebit. Attamen milites negotiatores iure dixerimus, qbus cũ Reſpublica negotium hꝫ, veluti cũ ijs, quos opibus ꝯ̃ſtituit, aut velut curatores operuꝫ cũ redẽptoribus negotiũ hr̃e dicunt̃. Ergo ꝓcul ſint a militibus illiberales, ⁊ ſordidi q̃ſtus mercennariorũ oĩuꝫ, relinquãtq; plebeis, vt ignobilioribus, emẽdi, vẽdendiq; cõmercia, Demũ nihil agãt niſi in publicã vtilitatẽ, militie tãtũ inſudẽt, ⁊ rempub. ꝓ virili tueãtur. cuius exercitatiõis nobilitatẽ ſi negligẽt, ⁊ ad ciuiliũ curarũ ſordes aium abiecerint, militia oĩ nõ abs re orbãdi ſunt. Qui vero eos priuatis negocijs implicarint, ⁊ reipub. ſubtraxerint, Juſtinianus edixit facultatibus oĩbus, q̃ ſtatim publico erario addicãtur, ſine exceptione ſpoliandos. Illi ſiquidẽ priuatis ſimul, ⁊ publicis negocijs incũbere nequeũt, quoꝝ virtutibus ⁊ barbaroꝝ petulantie frenũ inijcit̃, ⁊ Reipub. cõmoda nõ mediocriter amplificari vident̃. Sic illi tantũ Reipub. adſint, incurſus hoſtiũ prohibeant, in officioſe exerceant ſuo, ⁊ vt Horatius.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam ſcit vterq; libens cenſebo, exerceat artem.

Cauſidicos non militare. Cap. ix.

Cauſidicos NE militare dicem⁹: ego ne eos, quorum illiberales ope neſcio qd ſordidi queſtus hñt, in militiã aduocabo: qd eni diſcriminis ponimus: q̃ cãꝫ intelligimus: opinor hic tantã eſſe dr̃iam, vt miles Reipub. vtilis, ille vero inutilis exiſtimet̃. Claudius quondã impator iuſſit, vt ſine patrono quiſq; vite ſue rationem redderet. ph̃i illos ſua republica eiecerũt. Epicurus iuriſprudẽtiã illã forenſem inter arteis malas annumerãs cacotechniã appellauit. Cteſias aũt ſuaſionis opificeꝫ. patereris ne militiã his titulis infamari: Fieri ne põt, vt forẽſes iſti Rabule, quorũ libertatẽ temeritas, ꝯſtantiã ꝑ̃ceps audacia, eloquẽtiã inaniũ verboꝝ cumulus abſorbet, in excelſos illos militares numeros aſciſcant̃: Quis equo ferat animo, eos, q rẽ plenã ſolicitudinis, ac ſtomachi ſint ſequuti, ac multoꝝ ꝑpeſſi ſtultitiã, ad alioꝝ vixerũt arbitriũ, libertati militũ, atq; dignitati aſcribi: hos Gallus e plumis ſuſcitat, at militẽ Buccina, ⁊ Claſſicuꝫ, hic actiones inſtruit, miles aciẽ, hic de regũdis finib⁹ tractat, miles de finib⁹ ꝓpagãdis, h̃ cauet, ne ꝯſultores ſui, miles ne vrbes capiant̃, hic arcet aquã pluuiã, miles hoſtes. Quis vnq̃ hũc vere dixerit militẽ: qs ſuffragioꝝ corruptorẽ, litiũ, ⁊ ꝟboꝝ ꝯcinnatorẽ militũ puritati ꝯiunxerit: at enim imperatores Leo, ⁊ Anthemius patronos cauſaꝝ, q laborãtiũ ſpẽ, vitã, poſteroſq; d̃fendũt, nõ min⁹, q̃ nr̃os milites militare aſſeruerũt. ſint illis lꝫ, quãta volet imperator, ꝯceſſa priuilegia, munera, immunitates, habeant apud ſe neſcio q̃ mercenariã militiã, nihil tñ illis cũ armata militia cõe erit. Atq Henricus Saxonũ princeps victo Obotritorũ Duce regionẽ omnẽ militibus ſuis poſſidẽdã dedit, ⁊ in arce Kiſſim nobilẽ quẽdã cauſidicũ Ludolphũ noĩe ꝓ ꝑ̃ſidio collocauit. ego ꝟo de iuriſcõſul. nõ loquor, q exẽplo Tuberonis a cauſis agendis ad iuris ciuilis ph̃iam ſe ꝯuerterũt, feliciter (qd̃ aiebat zeno) naufragiũ paſſi, vt ph̃entur. indignã mehercule iuriſperito forenſem eloquẽtiã ſemꝑ exiſtimaui, putoq; multo ſatius eſſe legẽdo, ſcribẽdoq; iuri dare operã, q̃ cãs peſſimas ſpecie honeſtatis defendere. At ꝟo Tribunianus Pamphylius, q ⁊ excelſus, ⁊ eximius appellat̃, q diebus ſingulis leges aliquas aut ꝯdebat, aut antiquabat, poterit ne militie noſtre grad⁹ aſcẽdere: At illũ impator ob res male geſtas magr̃atu mouiſſe legit̃, ne qd in poſteꝝ i ſuo pãdectaꝝ cõpilator̃ iuriſc. gl̃iari poſſint. nihil h̃ ꝓderit d̃moſthenẽ ꝓferr̃, nihil Hyꝑidẽ, Aeſchinẽ, Dinarchũ ⁊ Antiphonẽ illũ Rhãnuſiũ, q ꝑ̃mus oĩuꝫ ob patrociniũ mercedẽ accepiſſe ꝑhibet̃, quoꝝ elegãtia nõ tribunalia ſolũ ornabant̃, ſꝫ ingenijs, ⁊ fide ciuitatis florebãt. Nã citi⁹ aliqs (vt ẽ in Grecoꝝ ore) cadẽs in nauiꝫ ligno deſtituet̃, q̃ hic, quocũq; aſpexerit oculus, cauſidicũ d̃ſideret. itaq; ſi tẽporibus Claudij impatoris nihil tã venale fuiſſe Ro. q̃ aduocatoꝝ ꝑ̃fidiã, memorie ẽ ꝓditũ, ſi Tuberoni, q nõ ad q̃ſtũ agebat, fori cõmentatio diſplicuit, qs laudabit iſtoꝝ iniquas aucupationes: qs eos ꝓbabit, q nihil aliđ, q̃ vlpianũ, Trebatiũ, Alphenũ ſpirãtes, vultus grauitate ad ph̃iaꝫ cõpoſita id ipm̃ vẽditãt, ꝙ oſcitant̃: q tãtis modis hoĩes occecãt, vt dies, menſes ⁊ annos cedere ſine fructu nõ videãt: memini quendã, a q̃ illi nõ minimũ vectigal acceperãt, dicere ſolitũ, Vulcano ẽe ꝓgenitos, ꝙ qcqd tetigerint, ſubito adurãt. alius qdã oĩb⁹ horis inſerẽdos putabat, ꝙ vbiq; ac oĩ tpe pl⁹ ſatis accreſcãt. quo fit, vt militare eos ꝓrſus negem⁹, tãtũ abeſt, vt militib⁹ nr̃is aliq̃ in parte ꝯferre velimus, qbuſcũ nihil oĩno eſt cõe. atq; iõ Cõſtãtinus impator eos, q relicta curia, ac foro militauerint, ꝯfeſtiꝫ reuocari ꝑ̃cepit. Quã ob rẽ illos, q reꝝ ordinẽ turbãt, ⁊ qetẽ, fora infiſciũt, iudicibus illudunt, hoc maxime q̃ſtu paſcũtur, ſi Clientũ frugẽ d̃paſcant̃, nõ magis, q̃ negotiatores, in militiã admittemus.

Colonos non militare. Cap. x.

Permirum qdem videri dꝫ, aliquos eſſe in Republica, quos vrgentes neceſſitate ad ſupplẽdos militares numeros i militiã accerſam⁹. Leuis aũt culpa erit, Fabritios, Cincinnatos, ⁊ pleroſq; alios ex agris in militiã euocaſſe. neceſſitas enim, q̃ vt ph̃i aiunt, nec Deus ipſe violat, nullis coerceri poteſt legibus, tũ ſcriptũ eſt ex agris viros fortiſſimos, ⁊ milites generoſiſſimos gigni, fortior enim miles ex fragoſo venit, nullumq; laborem detrectant manus, q̃ ad arma ab aratro transferunt̃. veruntamẽ Valẽtinianus Imperator ꝓhibuit colonos ad vllũ q̃uis humilioris militie locũ admitti, ꝙ implicatos colonijs, ac hmõi ruſticis functionibus, q̃ vel totã hoĩs operã deſiderãt, ad caſtrenſe ſtipendiũ trãſijſſe minime decens videatur. Hinc edictũ eſt, eos, q cũ ſoluꝫ colerent, ad militiã ꝯuolauerunt, ad ꝓpria iura, prioreſq; ꝯditiones reuocãdos eſſe. nã in optima Republica nõ ꝯſeruatiõi tãtũ ciuitatis, ſꝫ ⁊ dñorũ, ⁊ fundorũ vtilitati ꝯſulẽdũ eſt. Quid prodeſſet, ciuitatẽ i milites, artifices, ⁊ agricolas diuiſiſſe, ſi nõ alios ab alijs diſcerneremꝰ: Si qs in bñ cõſtituta ciuitate poſſit ſe in oẽs formas ꝟtere, artifices imitari, terrã fodere, vl̃ arare, militiã exercere, ꝓbabit̃ ne ab oĩbus: is qdeꝫ Platoni ⁊ ſacer, ⁊ admirabilis videbit̃, at vnguẽto cap. punctus, lanaq; coronatus mittet̃ in aliã ciuitatẽ. itaq; neceſſariũ ẽ, alios eſſe, q rẽpublicã defendant, alios itẽ, q ꝑ̃uatim agros hẽant, ⁊ colãt. nã qs militibus ꝯmeatũ parabit: qs ciuitati annonã neceſſariã miſtrabit, ſi eoſdẽ, q agruꝫ colũt, rẽpublicã defendere oporteat: nõ igit̃ agrorũ ſordes cũ decore militie ꝯueniũt, iõq; ĩpatores illos fundis, ⁊ poſſeſſionib⁹ reddi voluerũt, ẽt ſi armate militie ſacr̃o fuerit alligati ſint lꝫ illoꝝ obdurata corpa, ſint ad oẽꝫ laborẽ ꝓbe iſtructa. ego tñ ex nr̃is colonis, q dies totos tũ eſtate, tũ hieme terrã ꝟſant, ⁊ fodiũt, nullum militẽ faciã, ac multo minus ex Angloꝝ colonis, qbus lex ꝑ̃ſcripta ẽ, vt citra ſudorẽ laborẽt, arẽt ve, vllos in milites eligã. arbitror aũt ĩperatores, colonos, qui ad caſtrẽſe ſtipẽdiũ trãſierant a caſtris auocaſſe, ac ſtipẽdia illis prorſus abſtuliſſe, ea tm̃ de cauſa, ꝙ vt innocẽtes illi, ita ⁊ quieti eſſe dẽant, ac neglectis militaribus occupatiõib⁹, i agris, ac ſedib⁹ ſuis ꝑmanere. atq; lꝫ laudet̃ Iccius, q a ph̃ia ad militiã ſe ꝯtulerat, ⁊ coẽptos vndiq; nobiles libros panetij, Socraticã ⁊ domũ mutauerat loricis iberis. iura tñ (ne terios trãſiliamus) colonos ad militiã admitti ꝓhibuerũt. verũ lꝫ ne ex veteranis colonos, ac agricultores facere: ne iſtud qdẽ. nã irreligioſuꝫ vr̃, eos, q caſtrẽſibus ſtipendijs ocia qeta meruerunt, tela ſua in vſum vomeris, aut ligonis conuertere. cuius qdẽ rei admonet nos Probus iperator, qui dũ militẽ ruſtico opere fatigaret, indignitate rei motus miles, iperatorẽ oppꝛ̃ſſit. ergo.

Militia eſt potior, quid enim: concurritur, hore
Momento cita mors venit que victoria leta.

Seruos non militare. cap. xi.

Preterea ſeruos ab oĩ militia martianus iuriſcõſultus repulit, qđ illi ignobiles ad nobilẽ illã militie artẽ nõ accedant̃, ſꝫ quos, inqs ſeruos dicimus: ꝑ̃t ne aliqs ꝯ̃ naturã dñio alieno ſubijci: ille ne, q potẽtia ꝑcellit, ⁊ viꝫ afferre põt, ſeruũ ſuuꝫ me efficiet: ego qdẽ vt exiſtimo viꝫ abſq; virtute nullã oĩno eſſe, ita ⁊ id qđ ſuperat, in boni alicuius excellentia ꝯſtituo. Virtus.n. ꝯiũcta potẽtie viꝫ maximã afferre ꝑ̃t. itaq; cũ ſtudioſum hoĩem negligẽtioribus dñari oporteat, nõ imerito capta bello, eorũ, q ceperunt fieri dñr. ſimiliter ꝯgruũ eſt, eos, qui res longe retro preuident, ⁊ ꝑ̃cognoſcunt, in dormientibus, ac ſomnolẽtis imperare, ⁊ dñari.

Apud Barbaros seruus, & femina, quos natura nõ formauit, vt dñenf, sunt i eodẽ gradu. Hinc dixerũt poete Grecos barbaros dñari, q̃ idẽ sit natura seruus, & Barbarus. igit̃ q suipsius nõ est s̃m naturã, sz alterius hõ, hic natura est seruus, neq3 seruitus pre ter naturã cuiq3 videri dz, cũ imperare, & parere nõ solũ necessa rioꝝ sit, sz & vtiliũ, nã & in his, q̃ sunt vite expertia, instar harmo nie qõdã est imperiũ. Atq3, cur seruos nostros milites nõ facim⁹ istud quippe absurdũ videretur, nisi iurisscon, liberos tãtũ hoies ad ciuitatũ, & ꝓuinciarũ defensionẽ instituissent, noluerũt eniz ad id honoris infime sortis vulgus assumere, nos quoq3, si fieri põt ex dijs progenitos esse volumus, vt erat Theodecti Helena, quã nemo seruã iure appellauerit. Atq3 ideo Metellus, cũ in numi diã cũ exercitu venit, oia adiumẽta ignauie sustulit, edixitq3, ne mi les gregarius in castris, ne ve in agmine seruũ, aut iumentũ hẽret. sed neq3 serui tãtum a militia reijciunt̃, at & q de libertate sua liti gat, miles esse nõ põt. scripsit enim Ulpianus, eos, q in status cõ trouersia versant̃, lz re vera liberi sint, nõ debere tñ p id tps nomẽ militie dare, siue ex libertate in seruitutẽ, siue ẽ petatur, ac ne ij q dẽ, q ingenui bona fide seruiunt, sed ne qui ab hostibus redempti sunt priusq̃ se luant. At q̃ penã infligemus seruis, q in militiam se ascribi passi sunt? Traianus rescripsit, sumẽdũ esse capitale sup plicium, referre aũt hoc vc3 mõ. si volũtarij sese obtulerint, eiad uertẽdũ in illos erit, si electi sunt, inqsitor peccauit, si vicarij dati, penes eos culpa est, q dederunt, nihilq3 interest, si p numeros nõ dũ distributi sunt. ille enim dies, quo primũ ꝓbati sunt, inspici dz ẽt si nõdum in numeros sint relati. sic est mehercule seruitus om nis & imbellis, & misera, atq3 ea de cã omnino a militia arcenda, belloꝝ tñ necessitatẽ excipio. nã Marcus impator seruos, quẽ admodũ bello punico factũ fuerat, ad militiã parauit, quos vo luntarios exẽplo Uolonũ appellauit. sextus Cesar, cũ ciuilia ꝑ lia essent inter italos, & Romanos, ex Acherris exercitũ educẽs ciuitates aduersantes obsedit, & multos seruos militie ascripsit. post cladẽ Cannensez eo redacti sunt Romani, vt ne liberãdorũ qdẽ seruoꝝ facultas daret̃, antea tñ seruus, nisi dposita seruitute, nullus militauerat. Serui qdẽ, si ignorãtibus dñis militiã merue rint, spoliati militia ad dños ptrahentur, si vero dñis scientibus ingenui facti videbuntur, dñiq3 omni patronatus iure decident. Nõ Romanorũ exẽplo adnotare possumus, nã L. Aemilio pau lo, & Terentio Uarrone Coss. serui, qd nõ antea factũ fuerat, pri mũ manumissi, facti sunt milites, qcũq3 sceleribus, aut ere alieno obligati erãt, exoluti sunt, numerusq3 puenit ad sex milia, manu missi aũt, ac ingenui facti erant, anteq̃ militiã sortirẽtur. Liberti ni itidẽ tũc primũ militare ceperũt, cũ Põpeius Strabo Pice tes bello superasset, quẽ modũ & deligendi, & cõparãdi exercitus postea Romani principes imitati sũt. atq3 Augustus libertino milite, dũ tumultus grauitate annone timebatur & incẽdioruz cã Rome visus est, ac semel ad presidiũ Coloniarũ Illyricũ ɔtingẽ tiũ, iterũq3 ad tutelã ripe Rhodani. insup cũ Thyrreni & Umbri a Romanis ɔfecissent, veri⁹ senatꝰ Roma. ne hostibus ingruẽti bus vrbẽ min⁹ tueri posse, mare oẽ a cumis ad vrbẽ vsq3 libertis cõmuniuit. Addem⁹ ẽt bellũ seruile fuisse aliqñ Rom. & terrori, & formidini ac illud maxime, cui⁹ initiũ extitit in Scicilia Euno suo natiõe Syro Duce, q solutis ergastulis iusti exercit⁹ numerũ ipleuit. Cleõ quoq3 alter seruus septuaginta milia seruoꝝ ɔxit, & ẽ ppl̃m Roma. duxit exercitũ. illi tñ, vt seruitutẽ nesciebãt, ita in genua qdã animi celsitudine ad suile iugũ ꝓpulsãdũ excitabant̃.

¶ Reos criminis non militare. Cap. xij.

Tam sanctũ, tamq3 nobile est militie nomen, vt nõ criminosos tãtũ, sz & criminis reos mi litia ꝓhibeamus. Criminosis qdẽ satis oibus inno tuit nõ dignitates, sz penas debere imponi, ideoq3 adulterij, vel aliquo publico iudicio dãnati, nullopacto inter mili tes recipiẽdi sunt. nemo eni quãtumuis irreligiosus infames ali quos in milites eligeret, miles aũt lege Julia de adulterijs dãna tus ita ifamis ẽ, vt ẽt ipsa snia eũ sacro, ignominie cã, soluat, neq3 solũ dãnatũ abijciemus. sz & is q cũ adulterio vxoris sue pactus erit, solui sacro, deportari iubet̃, q Ab ignominia missi sunt, post ea nõ sunt recipiẽdi militare volẽtes, lz fuerint absoluti. Cauea mus igit̃, ne pfectã nostrã militiã criminoso noie inqnemus, atq3 quo longius criminis nota repellat̃, eũ, q metu criminis, i quo iã reus fuerat postulatus, militie nomẽ dedit, sacro soluemus, cũ se pissime ab Alexan. Imperatore rescriptũ sit, reos criminis postu latos nouos honores appetere nõ debere, prius q̃ se purgaue rint. accedit Arrij Menãdri resp onsum, ad tps relegatus siex pleto spatio fuge militie se dedit, dãnationis cã inquirẽda est, vt, si cõtineat ppetuã infamiã, militia expellat̃, si nõ ppetuã, & in or dinem redire potest, & honores petere militie non prohibet̃. neq3 enim ɔceditur, vt is vllo tẽpore se purget, q perpetua infamie no ta inustus est. Exautoratur preterea is miles, q eo animo militie se dedit, vt sub obtẽtu eius preciosiorẽ se aduersario faceret, non tñ oẽs, q litẽ habuerũt, & ideo militauerũt, si qdẽ eo noie exauto ratus nõ vtiq3 infamis erit, nec ꝓhibendus lite finita militie eius dẽ ordinis se dare, alioquin tñ relinquat litẽ, vel trãsigat, retinẽ dus est in ordine. Itidẽ sanxerũt Seuerus & Antoninus AA. eos, q litis cã militiã appetierint. solui sacro, ideoq3 illi oẽs in mi litiã nostrã, q̃ vndiq3 collucere volumus, neutiquaz assumentur.

¶ Eunuchos, & membris debilitatos non militare. Cap. xiij.

Cum militibus duo sint maxime necessaria, quo rum in altero venustas est in altero viridi tas, venustatẽ probitat nam coniunximus, viriditas autem roborari ascribenda est. Ergo dum robur, ac vires in milite desideramus, virum inter viros constituamus oportet, cui multus adsit sanguis, plurimus succus, vires va lentissime, ac, vt vno verbo finiam, sit ille, velim, membrosus, & hñ mentulatus, Nã si exectis mẽbris auferatur ab eo illa viridi tas, que homini naturaliter insita est, quãtũ viriũ, vel roboris in bello habiturũ existimas Quo mõ ãt lacertis, ac viribus pugna bit, cui testes, a qbus diffunditur, eliciturq3 virilis pars hominis ablati sunt? Eam ob rem Domitianus, & nerua Imperatores sa piẽter legẽ tulerũt, ne vllo pacto mares castrarẽtur, voluitq3 Cõ stãtinus, vt, si qs in orbe Romano Eunuchos fecisset, capite pu niretur, aufertur enim vis illa naturalis ingenita, q maxime om nium decet militem. ac lz Aristoteles Ermeã Eunuchum atarne oriundum Tyrannũ sit ita admiratus, vt illi perinde atq3 dijs sa cra fecerit, attamẽ Eunuchum esse animal qõdam variũ, atq3 an cepe, nõ aliter q̃ Cornices, q neq3 inter colũbas, neq3 inter Cor uos numerant̃, proculdubio afferemus. Lucianus in Rethoris officiũ Eunuchos eligi posse negat. Suidas refert Anthiocho preposito edictum propositũ esse per Theodosiũ imperatorẽ, ne iter Patritios essent Eunuchi. Qui tñ cum vno testiculo natus est, q ue amisit, iure militabit, secũdum Diui traiani rescriptum, nam duces Sylla, & Cotta produnt̃ eo habitu fuisse nature. nem pe qui vnũ tantũ hz testẽ, neq3 morbosus, neq3 vitiosus dz censeri cũ generare possit. Eunuchos igit̃ vt in militiã ascribi nolumus, ita nõ negamus spadones multos milites strenuos extitisse. naz narses Justiniani tpibus, q Gothos Jtalia expulit, fuit spado. Euterius ɔstãtij cesaris cubiculo ꝑpositus, miles egregius eunu chus erat. Pazaites scds turcaꝝ iperator Halis basse eunuchũ ac militijs laudatissimi opa Dalmatiã vastauit, ac psas insequu tus ẽ, Selimus turcaꝝ iperator Ature Sinami basse eunuchi p sas fudit, Aladulũ cappadocie principẽ vicit, alcairũ cepit. Cy rus cũ babilonia expugnasset, ad corpis sui custodiaz spadones tñ adhibuit, dicebatq3 eos robore corpis nõ carere, exẽplo sum pto ab eqs, q exsectis testiculis a morsu, & calcibus nõ retardant̃ nihiloq3 min⁹ sũt bellicosi, tauri itẽ castrati nihil min⁹ agros ara tro sulcãt, canes ad custodiã, & vẽationẽ nihilo sũt deteriores. me minerũt ãtiquoꝝ historie bagoe mille militũ pfecti spadonis bel licis rebus tractãdis mirifice idonei. theobald⁹ spoletinoꝝ, nec nõ camerinoꝝ dux beneuẽtano pncipi aduersus grecos auxiliuz ferẽs, captiuis oib⁹ virilia abscidit, ac ipatori grecoꝝ remisit, q bus nihil vtilius spadonib⁹ erat ad extremũ, q mẽbro aliquo d bilitati sũt illi ne militẽt, si mõ ea corpis ps ad tegẽdũ, vl̃ nocẽdũ ẽ necia, iõq3 eũ, q vno oculo caret, nõ reijciem⁹. Zischa eques stre nuus Bohemus, q Hussitanaꝝ partiũ fautor fuit, egregiusq3 mi les, altero oculo i ꝑlia amisso plurimis potitus ẽ victorijs, ac tan dẽ vtroq3 orbat⁹, castrẽsez laborẽ, reiq3 militaris curã nõ abiecit, Sigismũdũ ipatorẽ fugauit oppidũ brodã vi captũ icẽdit, & ma gna fugientiũ pda nõ mediocriter ditatus est. si qs ãt debilitaue rit filiũ delectũ pp bellũ, vt inhabilis militie sit, pceptuz diui tra iani deportari eũ iubet, cũ inhumanũ sit, alicui vitiũ, & detrimẽtũ afferre, quo honores adipisci ꝓhibeatur. Est quoq3 grauius de lictũ, detrectare munus militie, q̃ appetere, nã q ad delectũ olim nõ rñdebant, vt ꝓditores libertatis in seruitutẽ redigebant̃, & q dẽ Octauianus augustus rectissime fecisse ɔmemorat̃, q equitis Romani, q̃ duobus filijs adolescentibus causa detrectãdi sacri pollices amputasset, bona haste subiecerit, nã vt viro forti optã da ẽ militia, ita nihil refugiẽdũ, faciẽdũ ve, quo ab ea discedam⁹.

¶ Generaliter, qui militare non possunt. Cap. xiiij.

Hi

His adiũgi possunt nõnulli, quos oĩno iura militare ꝓhibuerunt, cuiusmodi imperatores Valẽtinus, & Martianus voluere, nullũ Appollinaristã, vel Eutichianistã hereticũ ad aliq̃ aspirare militiã, q̃ si inuẽti fuerint, militari cingulo soluti, honestoꝝ hominũ, & palatij cõione priuenť. Infamia eniꝫ, ac indignitas hos a militia repellit. Sunt itẽ nõnulli, qbus ex priuilegio ɔcessũ est, ne cogant̃ ad militiã, quo mõ Romulus sacerdotes ɔstituit, quos p omnẽ vitã militaribus solutos esse officijs voluit, atq̃ ciuilibus molestijs. Julius Cesar apd̃ Gallos idipsum Druidibus est impertitus, vt a militia vacationẽ haberẽt, rerũq̃ oiũ immunitatẽ. idẽ munus monachis nostris ɔcessũ nõ ausiꝫ asserere, tũ q̃ egregie adipati illi ventres, si qñ e cauea ꝓdeant, aptissimi ad arma ferenda censebunť, tũ q̃ inclusos carcer & immaniores & asperiores efficit. atq̃ eã ob cãm Valens imperator legẽ tulit, vt monachi militarent, ac repugnãtes interfici iussit, qd̃ tñ in ɔtemptũ religiõis factũ pfacile existimauero. adde, fieri nõ posse, vt Roma. nõ fatiget militia assuetũ grecari. verũ certũ est, Cõstantinũ imperatorẽ Constantẽ filiũ e monacho Cesarẽ fecisse, atq̃ in Hispaniã cũ Barbaris quibusdam, qui quondã in fedus recepti, posteaq̃ in militiã allecti fuerant, misisse, tuncq̃ vastate sunt bello Hispanie Bisetislaus Pragensis eps̃ regnũ Bohemorũ, ac epatum decẽ, sex annis tenuisse cõmemorať, ac militari sciẽtia prudẽter ab hostiũ furore ɔseruasse. Pau. Tomoreus Collocẽ. eps̃, ac monachus Frãciscanus Hungaroꝝ copis ɔ̃ Solimanũ, qui hodie turcis imperat, duxit, ac ꝓpe Budã in ꝓlio occubuit. Joã. Carnail Hispanus, vulgo Card. sancti Ang. dictus, cũ Joãne Capistraneo monacho ad Bellogradũ in Mahumetẽ Turcã exercitũ duxit, & fugauit. Henricus Cardi. in Anglia Roma. pontificis Legatus magnũ numerũ militum coegit, atq̃ in Bohemos duxit, infelicissime tñ dimicauit, is Henricus a Marti. v. pontifice Roma. Basilien. ɔcilio pfectus est, hec libuit adijcere, ne monachoruꝫ honori qcq̃ detractũ videať. addemus hic pterea decrepitos, & senes militare nõ posse. in quo laudãdus est Gordianus iunior Imperator, q̃ nullũ senẽ militare passus est, ac nullum puerũ annonas acciperť. nã vt militia imbecillitatẽ nõ recipit, ita neq̃ admodũ iuuenes, & adhuc tenere etatis admitemus. Et hic placet C. Gracchi lex, q̃ sanxit, ne minores decẽ, & septẽ ãnis ad militiã cogerẽtur. Legimus tñ Julio Flacc. & Appio Claudio Coss. pp iunioꝝ inopiã, & vt supplemẽtũ veteribus scriberet, tribunis plebis pmissum, si his videretur ad populuꝫ ferre, vt qui minores septẽ, & decẽ annis sacramẽto dixissent, ijs perinde stipẽdia procederent, ac si septem, & viginti annorum, aut maiores, milites facti essent. in summa, nõ ita claudenda est nostra militia vt eaꝫ latius aperire non possimus, neq̃ ita reseranda, vt omnibus pateat. ea tantũ referre volo, q̃ a Maioribus obseruata sũt, ne qs nos dedita opa nõnihil ptermisisse, aut adiecisse calũnieť.

¶ Equites. Cap. xv.

c

Cum genus vniuersum in species certas ita diuidi debeat, vt nulla neq̃ ptermittatur, neq̃ redundet, militiam omnẽ in duas tãtũ parteis distribuimus, Eqtes, & pedites. Huius certissimum argumentum subministrat nobis imperatoꝝ Valẽtini, valentis, Gratiani, & Theodosij rescriptũ, quo manifeste ostendiť, eos ordinis esse militaris q̃ apd̃ magistros Eqtũ, & peditũ militiã sortiti sunt Sũpserũt aũt illi exẽplũ a Romulo, q̃ tres eqtũ cẽturia isti tuẽs quas suo nomine Ramnes a T. Tatio ticiẽses, a Luci cõione Luceres appellauit, eqtes itẽ armatos. ccc. qui celeres vocarenť tũ pace, tum bello, ad sui corporis custodiã ordinauit, & tribunũ q̃ his preerat, nũcupauit. Reliqua vero multitudo Regẽ in bellũ euntẽ sequebať pedes, vniuersos aũt milites appellabat. Hic ego ordinẽ, dignitatẽ, militiãq̃ equestrẽ cõprehẽdo. ac primũ q̃ dẽ de his, q̃ equestri militia exornati eiusdẽ splendore relucent, & excolunť. horũ bona pars, i Roma. exercitu armis tota obsepta erat, & hinc Catafractoꝝ nomẽ, q̃ nõ solũ sua corpa, sed ẽt equos lorica vndiq̃ muniebãt, ptis vero nõ catafracte alij hastati erãt, q̃ manus ɔserebãt, & cominus asta decertabant, alij Ferentarij, q̃ eminus solebãt dimicare, quoꝝ alij iaculis, alij arcu vtebanť. inualuit autẽ apud Roma. Eqtũ Grecoꝝ mos nã cũ prius thoraces nõ haberent, ac sepissime in suligaculis piclitarenť, sꝫ ad descẽdẽdũ, ac celerius insiliendũ habiliores essent, vt tñ securius pugnarent, grecos imitari maluerunt. atq̃ ãno ab vrbe ɔdita. cccl j. quo tpe p tribunos militum Respublica Roma. regebatur, primum equites merere equis inceperũt. quib⁹ ẽt, si sint filijfamilias, hoc priuilegiũ a iure concessum est, vt, vbi primũ equestri militia exornati fuerint, & in comitatu principũ retenti, & cingi ɔfestiꝫ iussi. testamẽtũ de castrensi peculio facere possint. etenim cur nõ illi summa cõmoda ab imperatoribus ɔsequẽtur, qbus firmũ sibi psidiũ ɔstituunt: quos aliqñ fesso pedite ex equis descendisse, & pugnaꝫ capesisse, ac ruine similẽ stragẽ. quacũq̃ peruaserãt, effecisse notũ est: quis nõ summopere ꝓbabit, amabitq̃ hippocẽtauros (si mõ vspiã fuerint) q̃ tũ hominis prudẽtia, manibusq̃, tũ equoꝝ velocitatẽ, & viribus vterenť: q̃ fugiẽtes facile capiebãt, expectãtesq̃ facilius vertebãt in fugã: huius generis hippocẽtauris quos rectius cõparare queã, q̃ eqtes, nõ habeo, q̃ nũc eqtis, nũc peditis vicẽ sustinẽt, vbiq̃ strenue dimicãtes. horũ Sabinensi ꝓlio preciꝑua gloria fuit cuꝫ vtrinq̃ a cornibus positi, pulsa iã media peditũ suoꝝ acie, ita incurrerũt a laterib⁹, vt nõ sisterẽt mõ Sabinas legiones ferociter instãtes cedẽtibus, sꝫ subito auerterẽt q̃ soli numidaꝝ reꝫ Regẽ in bello Jugurthino sequuti sunt, q̃ C. Cesari tã firmo fuere psidio vt primis eqtatui studuisse cõmemoreť. hos itaq̃ quoꝝ virtute nomẽ Romanũ gloriã possedit cũ laude ɔiunctã, dũ ab equestri militia mittebãtur, in equestrẽ ordinẽ, dignitatemq̃ assumptos nihil mirabimur, neq̃ eos tãtũ gradũ aliquem post clarissimos Conſ. obtinere, sꝫ & ordini senatorio dignitate pximos extitisse dicemus, equestris aũt ordo medi⁹ qdẽ erat apd̃ Roma. inter plebẽ, & senatores, neq̃ ob bellice virtutis pmiũ tãtũ illud insigne dabať, sꝫ & Senatoribus, lꝫ ordine Senatorio minor esset. atq̃ tãta affinitate Senatorius ordo cũ equestri iũctus erat vt C. gracchus Tiberij frater, ac nõ multo post Liui. Drus⁹ tribun⁹ plebis vtrũq̃ ɔfunderẽ decreuerint. sꝫ de h̃ equestri ordine cũ ad militiã equestrẽ parũ admodũ pertineat, pauca dicem⁹. ꝓinde lꝫ is, q̃ inter eqtes meret, dignitatis, ac ordinis equestris nomine cõprehẽdať, ea tñ, que equestri ordini a iure ɔcessa sunt, nõ tã ob virtutes bellicas, q̃ ciuilẽ reipub. administrationẽ ɔcessa intelligimus. fint illis aureoꝝ annulloꝝ iura, in Senatu sententias tulerint, atq̃ ideo pedarij fint vocati, Cesares illis laticlauũ ornamentũ honoris tradiderint, ꝭm gradũ post clarissimos Consules obtineãt, hec tñ nihil ad equestreꝫ militiã. nam cuicunq̃ equestri ordini qs sit annumeratus. negari nõ potest, id ex indulgẽtia principis, nõ bellice virtutis gratia cõcessũ esse. cur queso, Sabinus iã grãdis natu, ac quinquaginta fere annos in equestrem ordineꝫ ascript⁹ est: ille ne cũ hostib⁹ dimicauerat: erat ne armis viribusq̃ rempublicam tutatus, dies totos, noctes que in studio literarum delitescẽs: semp cũ mutis Magistris versatus: buccinarũ clãgore, armorũ fremitu, equorũq̃ strepitu vsq̃ excitatus: huic eqtri ordini simile est apud Anglos ɔmilitonũ institutũ, q̃ vulgo, carteriã vocant, in quo sex sunt, & viginti equites, aliusq̃ in demortui locũ p electionẽ cooptať. vtuntur pallio ceruleo, crus sinistrũ parũ. ſ. genu loro fibulato cinctũ est. His certe leges dñr, atq̃ hec ipimis, vt in plij sese mutuo iuuẽt, ac nusq̃ e bello turpẽ fugã faciãt idẽ pene ẽ ordo regis apud nos, quẽ diui Michae. dicim⁹.

¶ Pedites Cap. xvi.

c

Secundum aliqñ fuit scipionibus, & maximis nõ bella gesta solũ, triũphosq̃, sꝫ & pedestres primũ pugnas recordari, idcirco nos nulla facta peditũ mẽtione pertransisse nefas fuerit. Sũt nãq̃ pedites militie nr̃e pars altera, pria quidẽ respublica apud Grecos ex his ɔstituta est, q̃ bellũ gerebant, ab initio sane ex eqtibus, nã tũc robur belli in eqtibus erat, peditatus eniꝫ nisi ordo, ac disciplina adsit, ferme sp inutilis est, ordo aũt, ac disciplina militaris illis tpibus nõdũ erat, qua iuẽta. peditatus ita eqtatui adiũctus ẽ, vt separari nequeãt. eqtes ergo peditibus tã ɔiũcti sunt, vt si qs magistrũ militũ vocet, & equitũ, & peditũ itelligamus. Rescripserũt. n. iperatores, vtrosq̃ ordinis ẽẽ militaris, in nullo alteros ab alteris separantes. neq̃ video, q̃tũ ad priuilegia, qd̃ discriminis habeant. Ea tñ dr̃ia in desertionis crie reperiť, vt, dũ eques gradu pellendus est, pedes militiã mutare debeat, de quo. ſ. Hic equites peditibus, pedites ve equitibus pferre nolo neq̃, vtrorum vis ɔmoda, incõmoda ve enarrare, id tãtũ monebo, frãcos Theodiberto duce in italiã venisse ad milia cẽtũ ɔcto exercitu, q̃ oẽs ꝓpe pedites erãt, nec arcus, nec tela gestãtes, sꝫ hastã, & clypeũ, securimq̃, cui⁹ ferrũ crassius erat, & vtrinq̃ acutũ, hasta ꝯo breuior admodũ. frotho aũt danoꝝ Rex legẽ tulit, vt is reus capitis esset, q̃ alia de cã eq vsuꝫ expeteret, q̃ ad traijciẽdũ amnẽ, nõ. n. equitibus i bello vtebanť. proinde seruio sulpitio, q̃ & maioꝝ ɔtinẽtiã diligebat, & sui seculi vituperabat isolẽtiã, gratior visa est enea statua, ea q̃ pedestris, quã eqstris inaura

ta, istoꝝ tamen nullā oñiaz, aut paruā admodū statuimus. preterea pedestres ordines in tres partes distribui certū est in armatos, velites, ⁊ peltatos. armati grauissimis armis vtebant, scutū amplissimū, ⁊ rotundū gerebant, ⁊ bastā longiorē. Velites oium leuissime armabant, nō loricā induti, nō ocrea muniti, nō clypeuz aut scutū graue gerētes, telis tñ, aut sagittis vtebant, iaculis, lapide aut ex funda, aut ex manu. peltati locū inter armatos. ⁊ velites tenebāt, armature genꝰ leuius, q̄ armati, ⁊ grauiꝰ, q̄ velitis pelta. n. scutū paruū, ⁊ leue erat. cōti eoꝝ lōge Sarassis erāt breuiores.

¶ Principes, ⁊ principia militaria. Cap. xvij.

IAm vero, cū in bac nostra eqtum, peditumq̄ militia principes esse cōperiamus, ne quid ṗter missuz sit, qḋ ad iura militū ptineat, hic declarādū est, principes apḋ Rom. in scḋa acie fuisse, in pria bastatos. i. ij. Triarios. ṗncipes aūt aūpilani dicebant, ⁊ robur erat exercitus. itaq̄ i acie nullꝰ tutior locus erat, q̄ pꝰ ṗncipia, q̄ ṗncipū militū loca erāt. officiū aūt Tribunoꝝ est, principis militū frequēter itereſſe, vt querelas cōmilitonū audiāt, ac valetudinarios inspiciant. Nā impatores locū dirimēdis litibus inter principia assignabant. ideoq̄ ab Anastasio impatore rescribit, si qua inter actuariū, ⁊ militē sup pactiōe, vel negotiatione emerserit dubitatio, cāz ipsaz apḋ principia terminari. ibi nāq̄ litibus militū finis imponebat, vbi ṗcipuū erat robur, ⁊ ṗsidiū exercitus. ac ista principia ꝯstat othonē imperatorē omissa mora succollarū, ⁊ a ṗsente comitatu Jmpatorē ꝯsalutarū inter faustas acclamatiōes, strictosq̄ gladios deuenisse, quo tutius illi esset ṗsidiū, illisq̄ debitū bonorē ṗstaret, a qbus potiores vires expectabat. ṗncipibꝰ aūt erat grauior armatura, ac ṗter Catafractas, ⁊ Galeas, Ocreas ēt ferras in dextris cruribus gestabāt, que rei militaris scriptoribus exponēda relinquimus. hoc solū satis sit, principes reliquis etate, ⁊ virībꝰ ṗores extitisse, vt, si bastati cōmisso ṗlio ab bostibꝰ ꝯturbati retrocederēt, ad pricipes, ⁊ grauioris militie viros tutū foret se recipere, q integris adbuc viribus vrgentes fessos adorirentur, ⁊ impressionem facerent.

¶ Voluntarius Miles, ⁊ Datus. Cap. xviij.

CUm prima bominū cōmēdatio ad gloriā ex bellicis rebus cōparari debeat, bi maxime laudādi sunt, q se ad ṗclara militie onera ꝯtulerint, qq̄ ṗpria animi inductiōe viā illā delegerint, qua cūctas excitari virtutes arbitramur, q̄ vt indigno perdifficile est, ac nefandū appetere, ita digno ⁊ decoꝝ est, ⁊ honestū, necessariū ēt aufim dicere, nā voluntario milite numeri plerūq̄ supplēdi sunt. in būc modū Luc. Valerius, ⁊ Mar. Hora. Consules, cū cognitū esset, equos, Volscosq̄ summa vi bellū apparare, partiti prouincias ad ea bella ḋlectū edixerūt, ac fauore plebis nō iuniores mō sz ēt emeritis stipēdijs pars magna voluntarioꝝ ad nomina danda ṗsto fuere, eoq̄ nō copia solū, sz genere ēt militū veteranis admixtis firmior fuit exercitꝰ. Vitellius Jmperator tāti fecit voluntarios milites, vt delectū ea ꝯditione in vrbe babuerit, vt illis nō mō missionē pꝰ victoriaz, sz ēt veteranorū, iusteq̄ militie cōmoda pollicerer. Scipio, postq̄ in Siciliā traiecit, volūtarioꝝ militū septē milia ordinauit, centuriauitq̄. Augustꝰ Cesar in Germanijs ⁊ Jllyrico cohortes libertinoꝝ cōplures legit, quas volūtarias appellauit. Romani anno ab vrbe ꝯdita. ccclj. voluerūt es dari oibus volūtariā ex ordinē ṗfessis militiā. Jtaq̄ nō neglecti sunt ab antiqs voluntarij milites, qnimo in militiā vocati. ⁊ ascripti. parū aūt differt datus miles a voluntario, nā vt est apḋ arriū menādrū q se militie dediſſe pbibent, nōne voluntarij sunt? nōne legitur M. Antoni. seruo ad militiā parasse, quos volūtarios exēplo Volonū appellauit: dr tñ etiaz aliquis datus esse ab alio in militiā, vt est apḋ iuriscōsul. de eo, qui reqsitus a patre, vt belli tēpore militia subtraberet, postea ab eo exhibitus ē, aut de deserto re q a patre suo fuerit oblatus, ḋ quibus ĩ. dicemus. Fere tñ semper volūtarius, datus ve ꝯfundunt. neq̄ putes pp voluntariam illā militiā plus iuris bre, vel priuilegioꝝ, nā reus capitalis criminis ēt voluntarius miles, fm diui Traiani rescriptū capite plectēdus est. ac volūtario militi, bz iura, nō minus, q̄ alij, ⁊ pariū exiliū vel insule relegatio assignant. Demū hic admonitos velim milites, graue crimē esse, dare se militē, cui nō lz, veluti ij, q armis victi hostibꝰ se dederūt, aut q malo ꝯsilio, ⁊ nefario animo patriaz relinqntes, ad hostes trāsfugerūt, q̄ i criminibꝰ latissime ḋmōstrabimus.

¶ Miles electus. Cap. xix.

PRudentis Jmperatoris officiū est, pbatissimos, ⁊ optimos quosq̄ ad militiā deligere, quoꝝ viribꝰ, ⁊ ꝯsilio tota res bellica ꝯstituatur, ⁊ regat. atq̄ illi maxime eligēdi sunt, q Tyronibus ṗponāt imitādā suā industriā, qualeis Homerus Achillē, ⁊ Pallantē Virgil. nobis ṗponūt. hic tñ, qualis sit eligēdus, docere nō ṗposui, id vnū cēseo, eligēdos esse milites, quorū nota sit militaris peritia. recte Galba imperator, cū milites in Vrba eius absentis iurassent, ⁊ donatiuū grādius solito ṗnuntiassent, neq̄ rē ratā babuit, ⁊ subide iactauit, se legere militē, nō emere consueuisse. naz illi erat in animo milites eligere. sunt preterea in iure milites, qui se eligi patiuntur. neq̄, cum militiam exercuerint, vrgente necessitate, Reipub. sese offerunt. de quibus, licet voluntaria munera quandoq̄ priuilegijs nihil derogent, scriptuz tamen est, exactores tributorum constitui posse. si in militiam, vel ordinem se legi passi sint, quamuis veterani exactores tributorū ꝯstitui nequeāt. sūt ⁊ alij, q dissimulāt se eligi, q volūtario militi cōparant in eo, q̄ datus ad bestias, si ṗfugerit, inde passus fuerit, vel dissimulauerit se i militiā legi, capite mulctādus est, veluti is q se vltro dedit militie. item deportatus in insulā, si effugiens militie se dedit, lectus ve dissimulauit, capite puniēdus est. in hoc tñ differt a voluntario, q̄ in tēporariū exiliū condemnatus, si ṗfugiens vltro se militie dedit, in insulā debet relegari, si dissimulauerit, perpetuum exilium illi est assignādum.

¶ Legiones, ⁊ Auelia. Cap. xx.

MAcedones greci, ⁊ Dardani in prelijs pbalāges babuerūt. Celtiberi cateruis vtebantur. Romani legionibus, quas apud nos paucis ab hinc annis franciscus rex Christianissimus in vsum retulit atq̄ in expeditionibus est vsus. legio quidē ab eligendo dicta, qḋ vocabulū desiderat eoꝝ fidem, ⁊ diligentiā, qbus milites probant. ꝯstat aūt legio, vt Pomponius ait, ex pluribus distantibus corporibus, non solutis, sz vni nomini subiectis. Et bz legio pedites sex milia, sexcētos eqtes, quā ṗmus Romulus ꝯstituit, idq̄ aucta ciuitate aduentu Sabinoꝝ, ⁊ crescēte imperio. nā prius trecētos armatos tātū ad custodiā sui corpis elegerat. nō tñ vno semp, eodēq̄ numero facta est legio, sz ṗ robore, ac militari multitudine mō maior, mō minor esse ꝯsueuit. nā C. Marius aduersus Cymbros pugnās Legionē sex miliū ducētoꝝ peditū, ac trecētoꝝ equitū descripsit. Scipio Africanus, cū in Africā traijceret, eod. numero Legionē ꝯstituit. Camillus quatuor legiones quaternū miliū scripsisse legitur, sic sepissime in bis describendis apud Roma. variatū fuit. cū aūt apud eos legionū delectus habēdus erat, ꝯgregatis oibus in prestitutū diem tribuni deligebāt minimos etate, ac fortune pertenuis in pilanos. ijs adultiores in eos, quos Hastatos vocant, robore, ac etate ṗstātes in ṗncipes, natu maximos. in triarios, tot. n. apḋ Roma. ac tales erāt dr̄e tā etatuz, q̄ appellationuz. Jmo ⁊ arma diuidebāt, vt infra ostēdemus in Capite de armis. eos Vo talem in modū partiebantur, prouecti etate, ac ijdē triarij numero sexcēti erāt, ṗncipes mille ducēti, ijs pares bastati, relig etate minimi velites, pilani ve, ⁊ si maiore numero ꝯstaret legio, ṗ portione diuidebāt, triarijs exceptis quoꝝ idē sp ē numerꝰ. H forsan nō abs re fuerit, aliquot legionū cognomia recensere, q̄ vel fortuito idebāt, vl plerūq̄ ipatoꝝ arbitrio. spartianꝰ scribit legionē ṗmā mineruie nomē būsse, scḋa legio italica, germanica, ⁊ parthica ē dcā. tertia, augusta, cyrenaica, ṗtoria, gallica. qrta Macedonica, qnta Martia. sexta Ferratēsis, ⁊ gallicana. septia claudia, ⁊ gemina, gamilēsis. nona bis Augustalis. decia Fretēsis, geminia. vndecima apollinaris. decima tertia, ⁊ decimaquarta Geminia, ⁊ qñq̄ germinica. legio vigesima, victrix. xxij. ṗmigēia. legio vna ⁊ vigesima tacito rapax. dr aliarū noia nō memini me legisse. preterea in legionibus h ordo huabat, vt miles Cēturioni subesset, cēturio tribuno, tribunus ṗfecto castroꝝ, prefectus legato, legatus ꝯsuli pareret. Hic habes legionis numerū, formam, ⁊ ordinem, qbus auxilia iungēda sunt neq̄ tñ legionibus annumerāda, cuz iuriscōsulti Legionarios ab bis, q quouis alio mō militāt, segregauerint accedit Vlpiani rñsuz, exercitui pesse eū, q legionē, vel legiōes cū suis auxilijs ab ipatore ꝯmissas admistrat. quo manifeste pz, ñ solū legiōes diuersas fuisse ab auxilijs, sz ⁊ auxilia illis adiūcta extitisse. sigdē auxiliares ꝯducunt ad ṗliū e diuersis locis, q nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione ꝯsentiunt. vñ si qñ discrepāt, necesse ē ad victoriā tardius puenire. illi āt iūgebāt legiōibꝰ tāq̄ ṗncipali subsidio i adminiculū eniuero potiores sūt legiōarij cū pari ꝯsēsu castra muniāt, acies istruāt, ṗliū gerāt. lōq̄ q̄ tālibz boiuz mltitudinē dissipare, frāgereq̄ posse vñr.

¶ Caligatus miles. Cap. xxi.

Qui in omni militia viliores sunt, & obscuriores, caligati milites appellant a iurisconsultis. nam Imperatores Theodosius, & Valētinus Basso pfecto ptorio scribētes, dū oibus militibus liberā cū ingenuis mulieribus ɔhēdi ɔiugij pmitterēt facultatē, dixere, a caligato milite vsqꝫ ad ptectoris psonā id ɔcedi, quasi dicerent, ab infimis militibus ad maiores vsqꝫ, & Vlpianus dixit, a caligato ad centurionē, vel pfectū, hoc est, a minore ad maiorē. laudatus ē aūt ab antiqs, nec immerito, Vitellius imperator, ꝙ tota via caligatū quēqꝫ militē obuiū exoscularet, infimi ordinis militib⁹ familiarē se pbens, ac beneuolū. Cesar quoqꝫ caligula vitelliū imitabat in crepidis, & cotburnis, mō in speculatoria caliga inter milites, ideoqꝫ militari vocabulo caligulā eū appellabāt, qꝫ plerūqꝫ ad ɔciliāda vulgi studia eo tegmine pedū induebat. caligulas existimo tegmina fuisse pedū ferreis clauis multiplicib⁹ munita, plura, si voles, ei rei vestiarie scriptoribus potes excerpere, hoc tibi sit satis, manipulariorꝫ militū caligā fuisse, ac eorꝫ, q inferiori loco castrorū erāt. hinc caligatas militias modestin⁹ appellat viles & obscuras. Ac in socordes, & insulsos imodice pceritatis caliga maxime vulgo iactat, q cū ēet pedū octo, ac ppe semis. calciamētū ei⁹ qdā in Luco, q est inter aquil. & aritiā, posuerūt. qđ cōstat pede fuisse mai⁹ hois vestigio. Cic. quoqꝫ epicratē lasciuū, & ōmērē fuisse cōmemorat. ꝙ calige eius, vt fascie cretate, nō placerēt. verū ista nihil ad rem militarem, ad q̄ nobis pperādū est.

¶ Primipilarius, & Primipilū. Cap. xxij.

Caligatorum militū nemo prsus est. q semp in pulueribus, ac in fimo loco ɔsistere velit, q nō pmoueri cupiat, ac tādē ad primipilarios puolare. quos ideo hic attexui, qꝛ queadmodū inferiores sunt caligati, ita & primipilarij summo in honore habent, nā magno honori ducimus prime exercitus parti pfici, estqꝫ ea de cā inter maximos Duces nōnūq̄ ad necē vsqꝫ decertatū. Primipilarios aūt appellāt iurisɔsł. q exercent primipilū. primipilus qdē primus est cēturio dicēte liuio, ꝙ āno ab vrbe ɔdita. cccc.xij. Claudio Martio Rutil. quartū, & Q. Seruilio Hala ſm Coss. lex Rome lata est, ne qs, vbi tribunus militū fuisset postea ordinū ductor esset idqꝫ pp P. Saloniū postulatū est, q alternis ppe ānis & tribunus militū, & primus cēturio erat, quē nunc primipilum appellant. Vetus autem consuetudo erat, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non solum aquile preerat, verum etiam quatuor centurias hoc est. xl. milites in prima acie gubernabat. hic tanq̄ caput totius legionis merita ɔsequebat, & cōmoda. pilū aūt, ne qd omittam⁹ missile mai⁹ erat ferro triāgulo, vnciarꝫ nouē, hastili pedū quinqꝫ & semis, nūc spiculū dr̄, qđ scutatos pedites, & loricatos eqtes sepe transuerberat. ego tñ pmipilū apđ iurisɔsł. in hac significatione nō reperi. est vero illis primipilū militaris annona, q̄ primipilarius exercet. q cū i legione primus eēt, ac totius legionis cōmoda ɔsequeret, militarē quoqꝫ annonā p capita militū diuidebat qđ tñ glossatores nō intellexerūt. facit, vt primipilū annonā esse dicā, Valētinus imperator, q scripsit speciebus primipilaribus aderādis eadē pretij taxationē seruari, que in venalibus publicis poterit reperiri. accedit Diocletiani, & maximiani rescriptū, vtilitatē publicā pferēdā priuatorꝫ ɔctibus, & ideo si ɔstiterit, fisco satisfactū esse ob cām primipili, poterit mulier obligatā possessionē tit. dotis petere. ꝙ si aliter intelligat, omni prsus rōne carebit rescriptū, & facile fiet, vt in multas, ac nodosas difficultates collabamur, dicamus itaqꝫ puate vtilitati publicā pferēdā esse, ideoqꝫ primipilū ita administrari debere vt nihil omitti debeat, qđ necessariū Reipub. videat. hinc mirū videri nō dꝫ, nō pri⁹ satisfieri doti mulieris, q̄ fisco ɔstiterit satisfactū ob cāꝫ primipili. si tñ bona mariti ob administrationē primipilariā a fisco occupata sunt, res quas mulier suas esse liqdo pbauerit, ab alijs separari debēt, ac ei restitui. Bona qdē dotalia earꝫ, que ijs nupte sunt, obligant necessitati maritorꝫ, hoc. s. ordine, vt tūc ad mulieris patrimoniū piculū pueniat, cū vniuersis viri, ac nominatorꝫ facultatib⁹ exhaustis, nihil residuū inueniet. tunc eniꝫ res in dotē datas vel possessiones dotis titulo obligatas petere fiscus poterit. est vo multo durius, qđ diuus aurelian⁹ sanxit, ex sola cā primipili liberos ēt, si patribus heredes nō existāt, teneri, lꝫ eū, q paterna hereditate abstinuerit, pcurator Cesaris phibeat ex psona patris ɔueniri. a paternis. n. creditoribus, si neqꝫ patri successerūt, & nihil ex eius bonis habēt, ɔueniri nequeūt. verū multo grauior est cā primipili, e qua totius exercitus robur, ac nerui, necnō Reipub. salus dependeat, atqꝫ ideo sancitū est, nō satis grauiter aiaduerti posse in eos, q in primipilatu deliquerint. qđ aūt ad pmij expectationē attinet, qꝛ vbi mai⁹ impēdet piculū, ibi dꝫ ēe maior molumēti spes id circo cōmoda primipilatus statiꝫ post administrationē deberi incipiūt, & si ijs, q ea percipere debuerit, prius ab humanis excedat, hrđibus petitio itegra manet. quapp sicut erogator oēs pecunias, q̄ mortuis militib⁹ vsqꝫ ad diē mortis debite sūt liberis eorū dꝫ tribuere, ita & filijs primipilariorꝫ, illos nāqꝫ paternā seq ɔdōnē opꝫ. At vero neqs existimet minima esse primipili cōmoda. intelligat primipilarios ɔstitutionibus impatorꝫ tuelarꝫ oiuꝫ excusationē hr̄e, excepto, ꝙ filiorꝫ primipilarij tutores erūt nā in ɔgruū nō est filiorꝫ primipilarij primipilarios tutores existere. veruntamē q primipilū expleuit, si, cum tutelam suscepisset, & filium primipili, rursus in militares necessitates est assumptus, deponet curationē tutele. preterea primipilarius munerū oium, ac maxime tutelarū p annū, postq̄ est reuersus, vacationē hꝫ. atqꝫ cū eos publicis vtilitatibus in perpetuum subiectos esse oporteat, ob eā cām securi ministrare Ecclesijs nō possunt, cū tñ oēs milites emēsis militie sue stipēdijs in earū ministerio manere cogātur. etenim non pōt quisq̄ ex primipilaribus ad aliam militiam aspirare, vł dignitatē, qua priori damnum afferatur. Veruntamē nō poterit obtentu nois pmipili ciuiles actiones ad alios iudices transferre. vtiqꝫ lꝫ rōne pmipili fisco siꝫ obligatus, nō tñ debitores meos corā alio iudice, q̄ illorꝫ, in ius vocare possum, atqꝫ ille preses puincie commonebit debitorem meū, si soluendo est, vt fisco. cuius ob publicas necessitates potiorē cām esse oportet, debitaꝫ pecuniā persoluat priuilegia nāqꝫ primipilarijs cōcessa non eo vsqꝫ ptenduntur, vt illis preter ius quicquā moliri, agere ve sit ɔcessuꝫ.

¶ Tyrones. Cap. xxiij.

Herculem pdicus refert, cū pmū pubesceret, exisse i solitudinē, atqꝫ ibi sedētē diu secū, multūqꝫ dubitasse, cum duas cerneret vias, vnā voluptatis, alterā virtutis, vtrā ingredi pstaret. Ego vero has electiones iunioribus, & adhuc tenera etate viris pmitti nolo, tū ꝙ id sibi genus etatis ɔgēđe ɔstituāt qđ maxime adamauerint, tū ꝙ tūc est maxima ibecillitas ɔsilij, & ineuntis etatis magna inscitia, libidinū quoqꝫ, & voluptatū nō mediocris itēperātia. ꝑterea cogēdi mihi vñr ad virtutē, ad quā fine dubio oē viuēdi studiū ɔferēdū est, q̄ imprimis armorꝫ exercitatiōe ac in ipsa militia ɔparat. atqꝫ eā ob cām iuuenes, nulla facta electione, pmū sue etatis tyrociniū in militia exercere volumus. ad quā vt oculos, aium q̄ diligētius adijciant, intelligāt velꝫ, vt graue crimē ē, detrectare munus militie, ita tyrociniū euitare, grauissimū. eteniꝫ diocletianus, & maximianus iperatores rescripserūt, dizonti militi restituēdū, qđ euitādi tyrocinij cā dederat, neqꝫ iudex militaris memor cēsure publice post pecunie restōnē tā fedꝫ ɔcussionis crimē inultū pati dꝫ, qđ maxime a presidibus puinciarū coercendū est. ac ne qs mireꝶ iuniores ad bellū deligi, legat romanorꝫ historias, & ppēdat. olim dū in lauicanos, & equos Q. seruilius tribunus plebis ɔsolari ptāte exercitū ducturus esset, delectū hēri ex toto pplo nō placuit, decēꝫ tribus sorte ducte sunt, ex his scriptos iuniores duo tribuni in hostes duxerūt. itē postea dictator Camillus cū magr̄o equitū seruilio Hala, iustitia indicto, delectū iuniorꝫ habuit. deide ɔsulibus appio claudio crasso. & L. Furio Camillo, bello gallico senatus nō vrbana tm̄, sed & agresti iuuētute decē legiones scripsit quinū miliū & ducentorꝫ, equitūqꝫ trecētorꝫ. nōnunq̄ ēt apud romanos magister equitū delectu edicto minores ab annis decē, & septē, & quosdā prextatos scripsit, q̄tuor ex his legiōes, ac mille. eqtes ɔfecit, statorius quoqꝫ ex multa iuuētute pedites ɔscripsit, ordinatosqꝫ prime morē romanum decurrēdo signa seq, & ɔseruare ordines docuit, & operi, alijsqꝫ militaribus institutis assuefecit. neqꝫ tm̄ adolescētes militare oportebat, sꝫ ēt, si se nō obtulissent, aliqñ dānatos legimus, & q decē, & septē annos nati erāt, neqꝫ militauerāt, oēs erarios factos fuisse, in plio, ꝙ ad trebiā gestū est, duodeuiginti milia Roma. erāt, sociorꝫ nominis latini viginti milia, auxilia viginti quinqꝫ, & cōsules delectū cū egre ɔficerent inopia iuniorꝫ, senatus triūuiros binos creari iussit, alteros, q circa, alteros, q vltra quinquagesimū lapidē in plateis, forisqꝫ, & ɔciliabulis omnē copiā ingenuorū inspicerent, & si q roboris satis ad ferēda arma habeꝶ videretur, ēt si nō dū militari etate eēnt, milites facerēt, Tribuni plebis, si eis videret, ad populū ferrent, vt, qui minores septē, & decē annis sacro se

iuria affect⁹ fuerat, ip̄rimis regē ius dicturū sella sedere rogabat, deide reū trino edicto, in ius vocari p duos milites opus erat, cō cióe inita, q vocauerāt i ius militē, iurabāt se neq₃ dolo, neq₃ fraude, s₃ sincer̄ accusare. post testes adducebāt, quos sacro astrictos obiecta refutatione repellere nō licebat, & si reus ab actore testimonijs ꝯuictus nō eēt, sex cōmilitonibus secū assumptis, iuramēto prestito, se alienū ab obiectis criminibus fuisse mōstrabat, tuz iudices ferebant sniam. Demū rex ceteros interrogabat, an illō iudiciū placeret, nō eniz rex volebat eos dānare, quos militie stipēdijs fouisset, ipse tm̄ auditoris ptes exequēs, ab alijs arbitriuz expetebat, malebatq₃ in iudicādo silētio fidē, ac amicitiā militūz retinere, q̄₃ sniam suā seueritatis testē eē, in eos presertim, quorū egregia opera in bellis vsus fuerat. Hoc tādē loco addere visuz est, qbus casibus milites fori prescriptione vti nō pñt. Ac primū Vlpianus scripsit, si qs, posteaq̄₃ in ius vocatus est, miles eē cepit, in ea cā reuocādi forū ius nō habere quasi preuētū, tm̄ si re⁹ capitalis criminis volūtarie se dedat militie, nō est remittendus, vbi reus postulatus fuerat, sed vbi, accedēte cā militie, audiēdus est, qd̄ a traiano rescriptū existimo in odiū eoꝝ, q militare probibentur, atq₃ vt milibus sint in exēplū, l₃ accursius intellexerit, tm̄ dici de armatis militibus, cui nō omnino assentiri velim, ne qcq̄₃ verbis, & mēti iuriscōsulti detrahere videar. preterea milites pro publicis functionibus corā presidib⁹ prouinciarū rn̄dere cogunt̄ sine aliqua fori prescriptione, nisi sint armate militie viri, vel alij, q cōmeatū ad rē priuatā cōponēdā vnius anni se accepisse ostenderint, qd̄. s. latius est expositū. nō est enim dubiū, vnūquēq₃ sup causis publicis, quas dū militaret, exercuit, vel sup ratiocinijs militaribus in militari iudicio debere rn̄dere, neq₃ fori prescriptione vti posse. ibi eniz & instructio sufficiens, & testimonia verissima prestari pñt. idq₃ ēt verū est, si militie cingulū d̄posuerit, & priuate sue domui sit redditus.

De Testibus, & procuratoribus. Cap. ix.

Quemadmodum Romulus iter in stituta Romana, que in lōgū postea tp̄s pdurarunt, cliētibus, & patronis ꝓhibuit accusare se inuicē, aut testimoniū dicere, & si qs horū aliqd fecisset, lege proditionis teneri, & deprehēsum si qs occidere vellet, piū erat tāquā Iouis inferni hostiā, ita in iure manifestū est, militibus ꝓhiberi vel testes eē, vel procuratores cū nefas ducamus, eos a signis, vel numeris euocari, qbus ppetuo debēt insistere. Propterea diuus hadrianus sapiēter rescripsit, testimonij dicēdi cā, eos a militia minime euocādos esse. & scenola lib. iij. regulaꝝ sanxit, initos milites non cogi testimoniū dicere. sir̄ illos, qui cū magistratu reipublice cā absunt, nā ipsa testimonia volūtarū esse nemo ambigit, ad que neq₃ miles, neq₃ is q exercitui aliqd ꝑhēdū ꝯduxerit, cogēdi sūt. S₃ qz testes qb⁹ si dē adhibere volumus, diligēter examiādi sunt, an vani, an leues, an spe, an metu, iracūdia impulsi sunt, explorandūq₃, an decurio vel plebeius, an egens, vel locuples, nō quoslibet op₃ admittere in testimoniū aduersus milites, hinc ꝯstitutio est neapolitana, ne minē villicū, aut vilis ꝯditiōis ꝯ̄ milites capitis reos in testes adduci posse. nobilitas enim militaris nō subit accusationes hominū sortis ifime, ꝙ in falsitatis vitiū facilius dilabant̄ exēplo fuit M. Volscius, q cesoniū strenuū militē accusauerat, & cū falsus ꝯuictus esset, dānatus Lanuuiū exulatū abijt. seqt̄ tunc vt dicamus de procuratoribus, milites l₃ p ꝓcuratores actiones querere possint, sicut, pupilli p curatores, tm̄ Alexāder impator macrino scripsit, militem nec pro patre, nec pro matre, nec vxore, ēt sacro rescripto ꝓcuratoris nomine experiri oportet̄, cū neq₃ defensionē alienā suscipe vel negotia redimere vtilitas publica illis nō ꝑmittit. verūtamē illi sine offensione militaris discipline suis negotijs vacare possunt, neq₃ dici potest, eū qui, honesta precedente cā mādatis sibi actiones exercuit, alieno negocio fungi, cū l₃ ꝯ̄tētio ex psona alterius sumat̄ hūc tm̄ rē suā agere, non ambigimus, qd̄ militib⁹ interdici & absurdū esset & iniquū, atq₃ ideo gordianus imperator luciano militi rescripsit, ita demū mādatā actionē sibi a matre intentare posse, si cū litē ꝯ̄testaret̄, nō est opposita militie prescriptio, si tm̄ res integra est nō poterit alieno noie vt dixi actionē intēdere. veterani qdē ꝓcuratores fieri pñt, milites aūt, ēt si velit aduersarius, ꝓcuratores dari nequeunt, cū non idoneos defensores eos iam dixerimus, veluti eos q absint causa reipublice, ideo inuiti iudiciū pati nō possunt eos tm̄ excipio, q in rem suā dati sunt, & quibus n̄ est opposita militie prescriptio excipio ēt eū, q cōem sui numeri causam susceperit, & ꝓsequit̄, tūc enim videt̄ esse propria causa, que & omnium communis est vide tur etiam propria causa esse, quando pro necessarijs personis litigat. hec tamen militibus speciali priuilegio concessa non negauero. impatores deniq₃ voluerunt, vt si qs militē ad negocia ꝓcuratorem fecerit, ac propter hoc pecuniam numerauerit, quicqd ob causam datum est, causa non sequuta, iudex illi restituat. Siqdem legibus interdictum est illis negociatores fieri, ne omisso armorum vsu, a signis abesse cogantur, & propter militie cingulum alijs, graues molestiq₃ existant.

Restitutio in integrum. Cap. x.

Restitutionem in integruz militibus dari nemo n̄ iustissimuz esse confitebitur, vt eoꝝ iura sarta, tectaq₃ sint, q reipublice ꝯtinuam dant operam, vel ab hostibus infeliciter detinentur, qbus illud infortuniū nō obesse, sed prodesse d̄bere vr̄. in integrū aūt restituere, est honoribus, ordini, reliquisq₃ restituere. nos hic tm̄ dicturi sumus de ijs, q̄ pretoris edicto ꝯtinent̄, de actionibus sc₃ ad q̄s cognita cā pretor milites in integrū se restitutuꝝ spondet, in quo nō modica sunt militū priuilegia. Imperator sane voluit minores, post cōpletū viginti quinq₃ annoꝝ terminū, habere ꝯtinuū quadriēniū, quo restitutionē in integrum petere possint. hoꝝ exēplo maiores ēt restituūtur, post finitum tempus, quo reipublice cā occupati erant, estq₃ illis ꝯtinuū illud quadriēniū pro anno vtili. de quo Gordianus pudenti militi scripsit, ei licere auxiliū restitutionis postulare toto tp̄e militaris expeditionis, tempusq₃ vtile prefinitū a die missionis iuxta rationē iuris cōputari debere. est & aliud maius priuilegium. ꝙ si quis intra annos quibus restitutio ꝯcedit̄, ꝯstitutus est, certū est oibus, aduersus vsucapionē restitui. atq₃ si is eo tp̄e nomē militie dedit, & in militia sit occupatus, manet illi bñficiū restitutionis l₃ vsucapio ante militiam impleta fuerit etenim si ab hostibus captus, & postliminio reuersus sit, restitutionis auxilio iuuabitur neq₃ timere d₃ possessionē aduersarij quocūq₃ tp̄e prescriptam accedit aliud priuilegiū. si pater nōdū finito tp̄e restitutōis in fata ꝯcesserit, filiusq₃ heres intra vigintiqnq₃ annos, vel post eam etatē intra tp̄s restitutionis, qd̄ patri, cui heres extitit, superer at, nomē militie dedit, ex psona defuncti subueniet̄ illi, beneficio restitutionis. Quod priuilegiū est militis, q nō militāti successit, vel ēt nō militans, qui militāti fratri successit, vti poterit tp̄e restitutionis in integrum, si frater minor quinq₃ & viginti annis, militauerit, & in militia diem suū functus sit. at vero nō solū milites restituunt̄, s₃ ēt successores filioꝝ familias militū. occupatos milites intelligo circa rem bellicā, & expeditiones, nā alijs locis tp̄ibus ve occupatos ea priuilegia nihil penitus iuuant. Preterea impatores nōnullos restitutionis militū casus annotauerūt, quos hic addere visum est. Seuerus, & Antoninus voluerunt, vt si miles ante vita decessit, q̄₃ possessionē rei alicuius acciperet, heres eius ex psona defūcti restitui possit, id ēt fit, si post exactos dies quibus bonoꝝ possessio defert̄, in militia sit defunctus, ꝙ si mile est ei, q vt supradixi, nō militans militanti successerat. nimirū qcqd tp̄e militie de bonis alicuius possessum est ab alio, intra tp̄a restitutionis, postq̄₃ reipublice cā abesse desierit, possessionez vidicare pōt, reiecta medij tp̄is prescriptione. idē est, si qd de bonis eoꝝ, q pro republica absunt, detractū fuerit insuper si heredes creditoris possessiones militis obligatas distraxerunt eo tēpore, quo bellis, & armis miles nauaret opam, in integrū restitui nemini dubiū est, & eo mō vēditionē retractari oblato debito, vel pretio, nō tm̄ filius pro militari disciplina debuit in irritū reuocare, que a patre gesta sunt. succurritur qppe militi nō tm̄ aduersus possessorē, s₃ ēt aduersus eos, q a possessore emerunt, ita vt res vidicari possit si miles hereditatē agnouerit, qd̄ & annotauit iulianus. Deinde cū filiusfam. hēat castrēse peculiū, procul dubio i ys q̄ ad illud peculiū spectāt, restituēdus erit in integrū tāquā in ꝓprio patrimonio. Restituet̄ ēt ille, ac cāe instaurationē petet, q iō apd̄ arbitrū pn̄s corā adesse n̄ potuit, ꝙ sub custodia militari iussu p̄sidis detinebat̄, ad exēplū eius, q in insulā deportatus est, ac postmodū restitutionē a principe ipetrauit, tūc qcqd ex bonis ei⁹ q̄ adēpta nō erāt, ab alio vsurpatū fuerit, ei restituēdū est. tādē h̄ annutabo, in actione rescissoria, q̄ aduersus militē cōpetit, veluti si cū reipub. cā abesset, rē eius, q in ciuitate eēt, vsuceperit, fructus eius tp̄is, quo absens nō est defensus, restituere d₃ miles. si aūt miles intētet rescissoriā, neq₃ possederit, ei fructus restituēdi erūt, qd̄ equissimū eē pōponius ait, ne cui officiū publicū damno sit, vel dispendio, reliquas militū restitutiones .j. trademus.

¶ Peculium castrense. Cap. xj.

c Si Tertulianus antiq iuris interpres librum singularē edidit de peculio castrēsi, ego tñ i tā diuite suppellectile h̄ cōpēdiū ita collegi, vt ꝙ attinet ad peculiū, militib⁹ satisfecisse me putē. itaqꝫ q̄ breuissime rē exponam⁹, peculiū dr̄ q̄si pusilla pecunia, siue pusillū patrimoniū, cōstitqꝫ ex eo, ꝙ parsimonia sua qs parauit, vl' officijs meruit ab aliquo sibi donari idqꝫ est velut ꝓpriū p̄rimoniū ꝙ qdē nascit̄ crescit decrescit, ac morit̄. idqꝫ elegāter papyri⁹ frōto dicebat peculiū hoi simile esse. peculiū in tres ptes diuidit̄, nā vel paganū est peculiū, vel castrēse, vel ꝙ mediū inter vtrūqꝫ obtinet, qđ castrēse nūcupatū. nos hic tm̄ de castrēsi dicem⁹. in peculio castrensi res mobiles, vel se mouētes donate a patre inesse pñt, nō aūt pdia, q̄ eunti in castra filio pr̄ donauerat. Uerumtm̄ ea pdia, q̄ occasione militie filijfamilias obueniūt, castrēsi cedūt peculio, nā Alex. impator scripsit, ea oīa, q̄ eunti in militiā donata sunt, ⁊ q̄ occasione militie in castris q̄runt̄, effici castrensis peculij, in quo tm̄ ea precipue habere dꝫ, q̄ ꝯcedēte patre in castra d̄tulit. annumerat̄ quoqꝫ in castrēsi peculio ea pecunia, quā mulier filio viri militi ad castrēses, vel militares res ꝯparādas reliqt. in sūma castrēse peculiū est ꝙ a parētibus vel cognatis i militia agēti donatum est, vel ꝙ ipse filiusfamilias in militia acqsiuit, qđ nisi militaret, acqsiturus nō fuisset. etenim qđ ille erat ēt adepturus sine militia, id peculiū eius castrēse nō est. propterea si vxor filiofamilias militi seruū manumittēdi cā donauerit, castrēsi peculio nō annumerabit̄, qꝛ vxor ei pp militiā nō est cognita, poterit tm̄ sine volūtate p̄ris manumittere, ⁊ ad libertatē pducere. nā si forte vxor, vel cognatus, vel qs alius notus nō ex castris filiofamilias qđ donauerit, vel legauerit, ēt si expsserit, vt i castrēsi peculio habeat, id castrēsi peculio aggregari nō dꝫ. siqdē veritas spectanda est, an v̄a castrēsis noticia, vel affectio fuit, nō qđ qs finxit. idqꝫ adeo verū est, vt hereditas nō videat̄ castrēsi peculio q̄sita, q̄ frater patruelis in alia prouincia stipēdia merēs fr̄i patrueli, cū quo nūquā militauit, reliqt, sanguinis. n. rō, nō militie cā, occasionem capiēde hereditatis pbuerat. si aūt a fr̄e, aut cōmilitone in eisdem castris qs institutus est heres, successio castrēsi peculio acqrit̄, nā peregrinatiōis labor, ⁊ obeūdorꝫ munerꝫ ꝯsortiū affectionis nōnihil addidit, qnimo vice mutua charitates iuicē sibi donasse, credēdū ē. hinc triphonius scriptū reliqt, si qs ⁊ añ notus, ⁊ amicus potuit añ dare, ⁊ nō dare, nisi cōmilitiū charitatē auxisset, si añ cōmilitiū factū testm̄ est, ñ futurā castrēsis peculij hereditatē, si aūt postea, peculio annumerabit̄. que igit̄ aduētitio iure q̄runtur, in castrēsi sunt peculio, cuiusmodi diui hadriani tpib⁹ iurisċōsultis visum est, filiūfamilias militē vxori heredē extitisse, ⁊ hereditatē in castrēsi peculio habuisse, lꝫ dos filiofamilias data, vel pmissa, nō sit i castrēsi peculio. cuius ēt diuersa rō est, nā hereditas aduētitio iure q̄rit̄, dos aūt mr̄imonio coherēs oneribus eius, ac liberis cōmunibus, q sunt in aui familia, ꝯfert̄. preterea vt reliqua ꝓsequamur, dicamus castrēse peculiū tā inherere militi, vt pr̄ dando in adoptionē filiū militē peculiū ei auferre nō possit, qđ semel tenuit iure militie, atqꝫ iō sicut emācipādo filiū, peculiū ei nō aufert, ita nec in familia retēto auferre pōt. eā ob rē si pr̄ filio stipulāti spōdeat, irē si pr̄ filio stipulat̄, ex cā peculij castrēsis valebit stipulatio, nō tm̄ ex alia cā. nā lꝫ iure sacramēti militaris a paterna potestate nō sit solutus, ac nihilominus milites in parētū potestate remanēat, hñt tm̄ castrēse peculiū propriū, in quo patri nullum oīno ius est, ideoqꝫ sine volūtate p̄ris illud alienare poterit. pr̄ ēt licet tertiis ex castrensi peculio, vel predijs vsumfructum, vel seruitutē imponere non possit, potest tm̄ seruos ex eo peculio vsufructu, prediaqꝫ tā vsufructu, quā reliqs seruitutibus liberare, ⁊ illis seruitutes acqrere. certum quippe est oībus, patrem in alijs peculijs filiorumfamilias aliunde, quā ex patrijs bonis, q̄sitis hr̄e tantum vsumfructum, nō autē dominiū, in peculio castrēsi filiusfamilias ⁊ dominiū, ⁊ vsumfructū haber. verumtamē si filius recusat adire hereditatē, que ei ex castrensibus rebus obuenit, preter cā adire pōt, vt ad eū tam dominiū, quā vsufructus pleno iure perueniat, cōmoda quoqꝫ, ⁊ incōmoda hereditatis subibit, quorꝫ nulla vnquā pars in filiū poterit redundare. nā impatores rescripserūt, peculiū filij defuncti, q militauit, penes patrē remanere, neqꝫ, si decedit intestatus, bona eius p̄ri deferunt̄, vt hereditas, lꝫ taqꝫ peculiū, si autē testm̄ fecit peculium castrense habetur pro hereditate. ⁊ si ignorans ille filiusfamilias patrem suū decessisse, de castrensi peculio in militia sit testatus, nō ptinebunt ad heredē eius patris bona, lꝫ sola castrensia, cū ea duntaxat, que habēt, scriptis milites relinquere possint, q̄ infra in materia testamētorꝫ statim exponent̄. ad hec cū peculium filij a patris bonis sit separatū, pater cogēdus nō erit, pp es alienū, qđ filius peculij noie in castris cōfecerit, actionem de peculio pati, et si spōte patiatur, satisdato filio in solidū nō peculio tenus defendere debebit. Sed ēt eius filij nomine ille nō aliter mouere actionē pōt, q̄ si satisdederit, cū rez ratā habiturū. Actionē quidem, persecutionēqꝫ castrensium rerꝫ semp filius hꝫ inuito patre, nā ipse patri nō tenebitur furti, serui aūt sui noie castrensis tenebitur, si patri seruus furtū fecerit. Sꝫ si filius, qui castrense peculiū hꝫ, vt ab eo, qui nō habet, casus iste differat, furtū fecerit, patri tenebitur. pater item filio, si res eius castrenses peculio subtraxerit. Insuper, quāuis ex pretoris edicto actio de peculio sit annalis, postq̄ is, q in ptāte est, aut mortuus, aut emancipatus, alienatusve fuerit, tm̄ si seruus, cui creditū est, apud hostes sit, actio de peculio in dn̄m nō est finiēda āno, qꝛ ille postliminio reuerti potest. Nā ⁊ si seruus peculij castrensis ab aliquo heres scriptus sit, atqꝫ iussu militis hereditatē adierit, ea fiet bonorꝫ castrēsis peculij. atqꝫ si filiusfamilias miles ancillā castrēsis peculij manumiserit, hꝫ ꝯstitutiones patronus erit, neqꝫ patri hoc ius cōpetet. Deniqꝫ ḡnaliter dictū est, militi pmitti administrationē earū rerū, quas in castris acquisiuit, ēt si sit paterfamilias, qui militie tpe, vel post missionem arrogādum se prebuerit. peculiū. n. istud tā alte inheret, vt nullo pacto ꝯuelli, ac separari possit. porro miles, qui castrēse peculiū hꝫ, in tm̄ ꝯdēnabitur, quātū soluere poterit, ac ex eo peculio nō castrēsibus creditorib⁹ satisfacere coget̄, hoc mō. s. vt separatio inter castrenses creditores, ⁊ ceteros nō fiat, nisi si q cū eo ꝯ̄erint, antequā militaret. Et si qđ in rē patris versuꝫ fuerit, creditor potius cū patre experiri poterit, ac dꝫ, ne castrēse peculiū, cui toto pectore fauem⁹, vel disturbetur, vel cōmoueatur.

¶ De acquirenda, vel adeunda hereditate. Cap. xij.

a Acquirēdi disciplina ƀm naturā pars eē vr̄ rei familiaris, q̄ circa cibos, aliasqꝫ corporis necessitates versatur, ex pastu, agricultura, ⁊ preda ꝯsistens nā ⁊ fruges, ⁊ fructus, ⁊ animātia hominū qdē gratia facta sunt, quo bellicā acquisitionē adijcere possumus, cū non lōge absit a natura. eā preserti acquisitionē intelligo, quā ꝯ̄ feras exercemus, ⁊ aduersus eos homines, q nati sunt ad parēdū, ⁊ parere recusant, est eniꝫ id bellū natura iustū. est ⁊ aliud acquirendi genus pecuniariū, qđ nō natura, sꝫ arte potius, ac peritia cōparatur, ob idqꝫ diuersuꝫ multo est a priori, eiusqꝫ, cū nullus diuitiarū finis eē videat̄, nullū est pretiū, nulla vtilitas, vtpote quod necessaria non respiciat, ac sepe fieri videamus, vt plerunqꝫ locuples penuria prematur alimēti. Ideoqꝫ huic generi nemo vllus priorē illā acquisitionē necessariā nō preponet, si mō p̄hiaꝫ amplexari velit. Atqui cum inter iurisperitos quotidie versemur, qbus posterior ista acquisitio plus plꝫ, quātū militie nostre intererit, breuiter explicabimus. prior qdē militi tū ꝯueniens, tū necessaria est, posterior hec nō admodū dissimilis. eteniꝫ nō absurdū, neqꝫ preter rōnē eē ducimus, si qđ mobile, imobile ve milites possideant, lꝫ illi prohibeant̄ in ijs prouincijs, in qbus militiā exercent, pdia cōparare, ne. s. studio culture militia sua auocent̄, neqꝫ tm̄ in alia prouincia agros, domūve acquirere, illis ꝓhibituꝫ est. In ea aūt ꝓuincia, in quā cā prelij venerint, agrū emere ne alieno qdē noie lꝫ, alioquin fisco vindicabit̄. verūtm̄ si qs, ꝯ̄ disciplinā, agrū cōparauerit, ac missionē acceperit, prius q̄ d̄ ea re qđ illi moueat̄, possidere sine ꝯtrouersia pōt, nā scriptū est, prediū illicite cōparatuꝫ Fisco nō vindicari, nisi delatū fuerit. qđ si stipēdia iplera sint, vel missio cōtigerit, delationi nō eē locū, cū stipēdijs impletis militibus acquirere pmissuꝫ sit. Preter id quoqꝫ ꝯcessuꝫ est illis, rescripto diuorū seueri, ⁊ Antonini, in ea prouincia, in qua militant, pdia possidere, veluti cū ab aliquo heredes instituunt̄. in bonis qppe castrēsib⁹ militis intestato defuncti legitimus heres succedit, nō aūt ea Fisco vindicantur. si aūt legitimū heredē non habuerit is miles, siue legionarius sit, siue in numeris existat, hereditas ad vexillationē, in qua militabat, ptinet, qđ intelligimus, si testm̄ nō fecerit. nā filijfamilias militis hereditas, in qua peculiū ēt annumerat̄, ex testō nobis obueniens peti pōt. qđ priuilegiū lꝫ antiqtus in militis hereditate tm̄mō ꝯcederet̄, nūc vero in pagano, ⁊ ab intestato ab oībus peti pōt hereditas. Attm̄ si ƀm probabileꝫ volūtatem militis hereditas eius nō est adita, ēt castrēses res heredibus nō competent. Eteniꝫ vt adeunda est militibus hereditas, ita ⁊ miles delatā hereditatē adire dꝫ. in quo vetus ꝯstitutio Gordiani ad platonē erat, de militibus, qui p ignorātiā hereditatē adierant, quatenus p his tm̄ rebus ꝯuenirentur, quas in hereditate defuncti inuenerant, arma eni eos magis, q̄ iura, scire debere

bere legislator existimauit. ea tñ ɔstitutio a Iustiniano imperatore p inuẽtarij bñficiũ ad oẽs amplificata est. primũ qdẽ diuus hadrianus maiori viginti qnqꝫ annis speciali bñficio veniã dedit, cũ post aditã hereditatẽ grãde es alienum emersisset, gordianus postea ad milites extẽdit id priuilegiũ, at iustinianus oibus tandẽ impartitus est. itẽ scriptũ est, filiũ eius, q in hostiũ potestate decessit, iuitũ hereditati obligari, quãuis suus heres dici nõ possit, qꝛ in potestate moriẽtis nõ fuit, qđ vt clarius sit, annotãdũ est, si filiusfamilias miles decedat testatus, peculiũ eius quasi hereditatẽ deferri heredi scripto, siue extraneus sit, siue pr̃. ſꝫ si nihil decernit de peculio, ⁊ heres scriptus post pr̃is filijfamilias mortem hereditatẽ repudiat, castrense peculiũ neqꝫ oino obuenisse patri dicet̃, neqꝫ ẽt recessisse a pr̃e, nõ obuenisse qdẽ, qꝛ prius q̃ heres repudiaret, mortuus erat pater. cũ itaqꝫ heres nõ adierit hereditatẽ, peculiũ retro pr̃is bonis accessisse videbit̃, ideoqꝫ pr̃is bona aucta dicent̃ p hanc repudiationẽ, licet psona pr̃is defecerit. sed heredibus scriptis deliberãtibus sup aditione hereditatis, si seruus filijfamilias, q heredes scripserit, stipulet̃ aliqd, vel traditũ accipiat, vtrũ id peculio, qđ apud patrẽ remanebit, herede vel repudiante, vel nõ adeunte hereditatẽ, debeat annumerari. negandũ id vr̃, cũ illo tpe seruus pr̃is nõ fuerit. atqui Xcecũdia paterna mouit iurisc̃osultũ, vt dixerit, id qđ p stipulationẽ serui acqritur, aut p traditionẽ seruus acquirit, remanere apud patrẽ, vbi pristino iure est peculiũ. idẽ in legato, qđ seruo relictũ est, qđ omisso testamẽto tũ primũ patri acqrit̃. hinc scriptũ est, si filiusfamilias, q de castrẽsi peculio testatus est, sit occisus, ex qbus causis ad fiscũ bona patrisfamilias ptinent, his ẽt casibus huius peculiũ ptinebit potius, q̃ ad heredes, q delinquerũt in adeũdo. miles quoqꝫ acquirer̃ põt p seruũ peculij, nã ſꝫ sit filiusfamilias, atqꝫ is seruus ab extero stipulet̃, aut p traditionẽ accipiat, res ad filiũ ptinebit sine aliqua distinctione, nõ. n. duplex ius sustinet pr̃, vt filius, videlicet ⁊ pr̃is, ⁊ filiusfamilias, nẽpe seruus castrẽsis peculij, quãdiu filius viuit, nullo iure pr̃i subiectus est. hinc rõ suadet, vt, si a pr̃e seruus, q ad filiũ ptinet, ex quacunqꝫ cã stipulet̃, vel traditũ accipiat, acqrat̃ filio res, ⁊ stipulatio, quẽadmodũ si extero ꝓmisisset, qꝛ psonis stipulantis, ⁊ accipiẽtis ea est, vt sine differẽtia, quod p eũ agit̃, emolumentũ filij spectet. sed ante aditã hereditatẽ filijfamilias militis, qcquid castrẽsi seruo legat̃, si adeat̃ hereditas, oia vt in seruo hereditario spectãda sunt, si Xo adita nõ sit, vt in proprio pr̃is, spectare oportet. preterea cũ neqꝫ seruus, neqꝫ p seruũ dominus, q apud hostes est, possideat, tñ si apud hostes moriat̃, qcquid seruus eius, q ab hostibus captus est, postea stipulatur, hoc habebunt heredes eius, qꝛ si captiuitatis tpe decessisset, acqsitũ foret heredi eius. atqꝫ si qd seruus peculij noie, dũ apud hostes eẽt, possederit, id eo tpe miles vsucapiet, eas namqꝫ res insciẽtes solent vsucapere. hoc mõ ẽt hereditas nõdũ nato posthumo, aut nõdũ adita augeri p seruũ hereditariũ põt. in quo tamẽ paulũ attẽdendũ censeo, nã si seruus eius, qui in hostiũ potestate est, emerit, in pẽdenti eẽ vsucapionẽ iulianus ait, cũ, si dñs reuersus fuerit, intelligit̃ vsucaptũ, si ibi decesserit, nõ intelligit̃ vsucepisse, nã fieri nõ põt, vt qsquã plus iuris habeat in ijs, q̃ serui egerunt, q̃ in ijs, q p se possidebat, cũ ad hostes puenit. sane per captionẽ interrũpit̃ vsucapio, ⁊ ipsi reuerso nõ põt. proinde filia militis apud hostes defuncti, que illi heres existit, ad matrẽ transmittit successionẽ, que itẽ, cũ secundum legis cornelie beneficium adierit hereditatẽ, vel petita bonorum possessione successerit, bona illa vindicare nõ prohibet̃. sed cũ militũ successiones alio loco latissime tractande sint, hic annotasse sufficiat, si filius, cũ in pr̃is potestate eẽt, in insulã deportari meruit, peculiũ eius, vel quod in castris acqsiuit, vel qđ ei militaturo pr̃ donauit, patri auferri nõ debere. atqꝫ ita heredes eius, q primipilũ administrauit, commoda administrationis peter̃ poterunt, si ille prius, q̃ ea acceperit, rebus humanis exẽptus est. oportet. n. nõ militũ hereditates tãtũ sartas, tectasqꝫ eẽ, ⁊ ad heredes equo iure puenire, ſꝫ etiam si quod edificiũ in solo publico miles extruxerit, aut qcquã ꝓ vtilitate sua fecerit, id in suo iure ppetuo remanere, ⁊ nullius calũnijs euerti, honorius, ⁊ theodosius voluerunt. nimirum illis non modo non inuidendum, sed ⁊ maxime fauendum est.

¶ Quo mõ milites heredes instituant, vel instituant̃. cap. xiij.

Vnusquisqꝫ nostrũ summo studio curare dꝫ, vt filios, quos hꝫ in potestate, heredes instituãt, vel noiatim exheredes faciat, nã si eos silẽtio pterierit, inutiliter testatus cẽsebit̃. hec qdẽ est generalis oium regula, a qua tãtũmodo milites excipio, q in expiditionibus occupati si testm̃ faciant, ⁊ liberos suos iã natos, vel posthumos noiatim nõ exheredauerint, ſꝫ silẽtio, nõ ignorantes se liberos hr̃e, pterierint, silentiũ istud ꝓ exheredatiõe facta valet. hic vides, milites, pter ius cõmune, singulare puilegiũ hr̃e. ac velut miles hoc iure speciali filiũ põt silentio pterire, ita si filiusfamilias miles, similiter ac paganus, noiatim a pr̃e aut heres scribi, aut exheredari dꝫ, sublato ad hec diui augusti edicto, quo cautũ fuerat, ne pr̃ filiũ militẽ exheredaret. in quo paulus mihi recte sic scripsisse vr̃, si apud hostes est filius, pr̃ iure facit testamẽtũ, ⁊ põt eum preterire, sed si in potestate eẽt filius, nihil omnino valituꝝ eẽt testamentũ. hic mirari nõ debes, filiũ apud hostes, q iure ciuili putat̃ mortuus, heredeꝫ institui, qꝛ iure postliminij oia ciuitatis iura in suspenso sunt, neqꝫ rũpunt̃. itaqꝫ reuersus ab hostibus adire poterit hereditatẽ. itẽ reuersus põt iubere seruum, q heres est institutus, obire hereditatẽ, ⁊ si ibi apđ hostes decesserit, q ei heres existit, p seruũ heres fiet. nã eos actus, q nõ statim, sed postea alicuius rei alienationẽ pstant, illo maxime tpe spectare, ⁊ ɔsiderare debemus, quo hr̃e effectũ ɔsueuerunt. porro miles filiusfamilias a cõmilitone, vel alio, quẽ p militiã cognouit, heres institui põt, atqꝫ tunc sine pr̃is arbitrio ꝓ herede poterit se gerer̃, qđ supra i capite de peculio annotatũ est, nã societas illa laboris affectioni fraterne nõnihil addidisse vr̃, neqꝫ inter ciues tm̃, ſꝫ inter nos, ⁊ barbaros. atqꝫ adeo inter nos, ⁊ hostes milite illud sodalitiũ nescio qd fraterne charitatis pre se fert. cuius qdẽ rei vnicũ exẽplũ propono. cũ perannius roma dux gothos romã obsidẽtes in fugã vertisset, roma. qdã pedes in altã foueã, seu puteũ, quo exhausta humus editos a se fructus recipit, delapsus ẽ, ibiqꝫ noctẽ peregit. sequẽti die cũ gothi in fugã agerent̃, gothus in eãdẽ foueã cadit, tuncqꝫ ɔciliata amicitia fidẽ sibi mutuo tradidere, alterius salutẽ cure vtriqꝫ fore. tũ emissa ingẽti voce, gothi ꝓximi pcũctabant̃, cuius nã vox eẽt, at gothus intus latẽs, roma. ex industria subticẽte, patria lingua respõdit, ⁊ resti petijt, illi stati reste summissa, roma. primo euexerunt, inde gothũ, tãdẽ rei nouitate stupefacti, ⁊ tã bene cõpositã a fortuna inter hostes amicitiã admirãtes, romanũ incolumẽ in vrbẽ remiserunt. sed plura dicamus de militũ institutione. ac primũ, cũ deportati heredes institui nõ possint iure cõmuni, sintqꝫ plurimi, qbuscũ testamenti factio nulla est, oẽs tamẽ illi a milite heredes institui pñt, ac si quis mortis tpe talis reperiat̃, qui a milite institui possit, valebit ea institutio, ideoqꝫ si seruũ pena heredẽ scribat, istitutio nulla erit, nisi mortis tpe in ciuitate inueniat̃, tunc. n. institutio incipit conualescere. si aũt seruum proprium, quem tñ liberũ esse credidit, heredeꝫ sine libertate miles instituat, in ea conditione est, vt institutio nõ valeat, nisi manifesta sit testatoris voluntas, q̃ libertas simul, ⁊ hereditas ad eũ puenire censeant̃. preterea cum iure communi heres ex certo tpe, aut certum tempus in hereditatem vocari nequeat, miles tñ ad tempus heredem facere potest, ⁊ aliuꝫ post tẽpus, vel ex conditione, vel in conditionem, quod gordianus imperator eterno militi rescripsit. item similiter potest heredes instituere, aliũ quidem rusticorum, alium vrbanoꝝ prediorum, aliũ vero ceterarum rerum, valebitqꝫ ea institutio, atqꝫ perinde habebitur, ac si sine partibus heredes instituti essent. cum igitur alium castrensium, aliũ quoque ceterarũ reꝝ heredem scripserit, quasi duorum hominum due hereditates intelliguntur, ita vt in es alienum, quod in castris contractum esset, solus is teneat̃, qui castrẽsium rerum heres est institutus, extra castra vero ere alieno ɔtracto is solus obligẽt, qui ceterarum rerum heres relictus est. ꝙ si alterutra pars bonorum eri alieno nõ sufficiat, ⁊ propter hoc, is, qui ex ea parte, qua pendet eris alieni cõtracti causa, hereditatẽ nõ adierit, alter, qui adijt, compellendus erit, aut defendere totã hereditatem, aut totum creditoribus soluere. insuper, sicut miles nuda voluntate hereditatẽ dare potest, ita etiam adimere, veluti si eodẽ testamento eundẽ heredẽ, deinde exheredẽ fecerit, ademptra vr̃ hereditas, cũ tñ in paganorum testamentis sola exheredatione hereditas adimi nõ possit. exemplum habes, hereditatem seruo adimi nõ posse, propter quam liber, ⁊ heres esse iussus sit, ⁊ quamuis dominus eodẽ testamento ademerit libertatẽ, nihilominus ⁊ hereditatẽ, ⁊ libertatẽ habebit. in iure demũ certũ est, militẽ, q scit se filiũ habere, ⁊ alios facit heredes, tacite eũ exheredare, si tñ ignorat se filiũ habere, nõ obest filio adẽptio hereditatis. hinc impatores iustino militi rescripserunt, si, cum in vtero esset filia inscio patre milite, vel cũ nõ eẽ eaꝫ in humanis, falso rumore perferret̃, in testamento pr̃is sit pterita, hoc silẽtio exheredata nõ intelligit̃. ad extremũ dico, vt captatorie omnes institutiones i testamẽtis a senatu reiecte sunt, ita ⁊ illas i militũ testamẽtis nulli⁹ momenti cã impatores prudẽter censuerunt, nõ enim priuilegio

rum multitudinem, que militibus concessa sunt, in fraudem, dam num ve alienum erumpere oportet.

De substitutione militari. Cap. xiiij.

Quemadmodum verbo𝔯 vis, ⁊ natura exigit, vt nemo subordinari possit ei, qui nõ est ordinatus, ita nemo substitui põt ei, q prius nõ fuerit istitutus. ex quo facile colligeř est, substitutionẽ sine istitutiõe eẽ nõ posse. erat aũt ꝯsuetudo roma. dũ testaměta ꝯficerẽt, vt pmis heredibus scdos adderent, vt, si primi hereditatẽ nõ adijssent, nanciscereňř vltimi. quod aliqñ ꝯstitit i testõ iulij cesaris publice recitato post mortez eius, in quo octauius adoptiuus filius heres institutus erat, decimus aũt brutus inter scdos heredes repertus, qd triste romanis lõgo tpe visum est, cũ ipse ex ijs, q in necẽ cesaris cõiurauerant, princeps fuisset. nos sane hoc loco de cõpendiosa tm̃ substitutione tractabimus, reliquas species, vulgarẽ. s. pupillarẽ, ⁊ breuiloquã, relinquẽtes. nã ista cõpẽdiosa, quod ad militẽ facit, disiũcta est species, diciturqꝫ cõpendiosa a verbo compẽdio, qbus vulgarẽ, pupillarẽ, ⁊ exẽplarẽ ꝯtinet. siue. n. heres nõ sit institutus, siue sit heres, ⁊ i pupillari etate, vel furore moriař, substitutus iure cõmuni succedet. cõpẽdiose substitutiõis istud propriũ est, ꝙ tractũ tpis in se ꝯtineat, lꝫ sub cõpẽdio plures substitutiones cõplectař. diximus itaqꝫ militis insigne priuilegiũ eẽ, ꝙ põt heredi p eũ instituto, siue sit filius, siue extraneus, siue ipubes, siue maior natu, substituere directo, ẽt post pubertatẽ, ⁊ ad quodcunqꝫ tps placuerit, vt si dicat, istituo petrũ cõmilitonẽ meũ, ⁊ qñcunqꝫ decesserit, substituo Ioannẽ. hic directe instituiř, ⁊ substituiř, ac substitutus accipiet bona testatoris, cũ fructibus i hereditate inuẽtis, iure directo, manu ꝓpria, propria auctoritate. et ista est cõpẽdiosa, put distincta est species ab alijs, nã si miles substituat filio ipuberi, quãdocũqꝫ decesserit, proprie est cõpẽdiosa, qꝛ directe, vt dixi, vulgarẽ, ⁊ exẽplarẽ, ⁊ pupillarẽ ꝯtinet. ꝙ si institutus nõ est heres, siue est heres, tñ neque in pupillari etate, neque in furore moritur, sed post pubertatẽ, iã erit cõpẽdiosa, tãquã distincta species ab alijs, qꝛ substitutus accipiet bona testatoris cũ fructibus inuẽtis in hereditate ipsius post mortẽ instituti. reliqua bona pupilli, q pubes factus est, accipient heredes ab intestato, vel si fecerit testamẽtũ, heres testamẽtarius succedet. ita intelligo papiniani responsum nõ ꝓcedere solũ in impubere p militẽ instituto, sꝫ ẽt in maiori natu, cui militariter substituereř. verba qdẽ directa in substitutionibus ea eẽ interptor, p q imediate succediř testatori, alterius neqꝫ factũ, neqꝫ ministeriũ reqrendo. in substituto sane id procedit, ad quẽ bona post mortẽ istituti heredis directe, ⁊ imediate deuoluũtur, nihil oino distinguẽdo, veluti si dixero, heres esto, heredẽ istituo, hereditatẽ relinquo. sꝫ qd, si testator miles instituit filiũ ipuberẽ, ⁊ substituit ei cõpẽdiose, qñcũqꝫ morieř iste filius. fingamus iã in pupillari etate mortuũ, tunc substitutus iure pupillaris, bona pris, ⁊ filij, exclusa ẽt matre, accipiet. sꝫ si post tpa pubertatis, ille filius moriř, mř, q mortuo filio post pubertatẽ bona eius occupauerat, restituet substituto bona testatoris, velut iure fideicõmissi, quãuis vere nõ sit fideicõmissum. atqꝫ lꝫ in rescripto illo imperato𝔯 diocletiãi, ⁊ maximiani sint ista verba directa, heredes scripsit, heredes habeat, tñ fauore mřis vere, ⁊ nõ p simulationẽ obliquanř, ita vt mř filio succedat, sꝫ bona testatoris cogař substituto restituere, sic verba directa fauore mřis obliquanř. ne igitur tãtis ambiguitatibus, quãtas ꝯgesserunt doctores, inuoluamur, dicimus, filio ipubere p militẽ instituto p cõpẽdiosam, qñcũqꝫ decesserit, post tpa pubertatis substitutus accipiet bona testatoris iure directo, si aũt in medio sit mř, accipiet bona testatoris p fideicõmissuꝫ, ⁊ petet a mře, q deducet quartã. habes istud militis priuilegiũ apte expositũ. iã vero cũ militis in testãdo sola voluntas spectež, ac illi ꝯcessuꝫ sit, ꝓ parte testatũ, ⁊ parti intestatũ decedere, põt hac mẽte substituere heredẽ, vt ea sola velit ad substitutũ ꝓuenire, q ab illo ad institutũ ꝓuenerint. in pupillari aũt paganorũ substitutione, si qd postea pupillis obuenerit, cõprehenditur, neqꝫ. n. testator suis bonis, sed ipuberibus substituit, qd tamẽ, vt dixi, in milite nõ obseruař, nã milites ijs ẽt, q heredes eis extiterint, possunt in his duntaxat substituere, q testamento eorum fuerint assequuti. pñt quoqꝫ ⁊ exheredatis, ⁊ emãcipatis filijs substituere, sed in rebus tantũ, que ab ipsis ad eũ, cui substituunt, ꝓuenerint. addamus ẽt hoc loco, si in testamẽto eius, q nõ miles fuit, duobus heredibus institutis, altero, cui potuit vsqꝫ ad tẽpus pubertatis facere testm̃, altero, cui, postq̃ heres extitit, substituere nõ potuit, substitutio inuicem ijsdẽ 𝔳bis facta sit, illa hoc casu locũ habet, quo vtriqꝫ pari ratione potuit substitui. at si ex testõ militis sit ꝯtrouersia, notũ est, licere militibus ex ꝓuilegio etiam heredib⁹ extraneis mortuis, postq̃ heredes extiterint, substituere.

Testamenta militum. j. Cap. xv.

Hic vereor ne quis philosophus rẽ plus satis ridiculã arbitreř, iuriscõsulto𝔯 more, testamẽto𝔯 rõnes vel ordinare, vel scribere. nã illi, dũ extremas tm̃ volũtates inspiciunt, e qbus oĩa iudicare volũt, nõ vident morituros oẽs, aut q se iamiaꝫ mori putãt, stulta quadã, ⁊ abiecta morositate pmi, ac sepius sibi ipsis minime ꝯstare, atqꝫ ideo illo𝔯 volũtatẽ nõ aliter cõsiderari debere, ac si a mẽte abalienati eẽnt. quod si ve𝔯 est, nõ tã inuiolata, vt volunt, testamẽta eẽ dñt, q extreme voluntatis iudicia sunt. est. n. ꝓculdubio difficile admodũ morituro, res suas, ac seipsum cognoscere, tũ nullus philosophus existimat rẽ familiarẽ eẽ morituri, qn potius ⁊ pteriti, ⁊ futuri generis, immo totius reipublice tũ genus eẽ, tũ diuitias. neqꝫ ẽt inauditũ est, eos, quos morbus abripit, vel seniũ vexat, assentationibus, ac blãditijs sepissime cõmoueri, distrahiqꝫ velut furore quodã limphatico. id qd sapiẽter ꝓspexisse vř vlpianus, dũ decernit, si qs moriens dixisset a ser uo vi mortis sibi illatã eẽ, dño credẽdũ nõ eẽ, si moriẽs hoc dixit, nisi potuerit ꝓbari, nã in morituris plerunqꝫ rõ vacillat. verũtñ hoc loco graue nimis eẽt, nõ licere militi, cuicunqꝫ velit, sua relinqre, atqꝫ extremas eo𝔯 volũtates ratas nõ haberi, in ijs ꝓserti, q longo labore, ⁊ industria q̃suerũt. quas tñ nõ solum firmas manere sancitũ est, sꝫ ⁊ diuus traianus scriptuꝫ reliquit, milites quoquo modo volent, facere testamẽta, sufficereqꝫ nudã testatoris volũtatẽ. similiter quoqꝫ papinianus ait, quomodocũqꝫ miles testm̃ fecerit, nouissima volũtate rescindi posse, qm̃ militis volũtas testamentũ est. ad hec, iperfectũ testm̃ militis perfecti potestatem hꝫ, cum sola pficiař voluntate, ⁊ qui plura p dies singulos scribit, sepe facere testm̃ videtur. intelligimus iã militum volũtates ratas habendas eẽ, oportet tamen prius constare, testamẽta esse facta, qualia ⁊ sine scriptura, ⁊ a nõ militantibus fieri pñt. fiebant autẽ militũ testamenta in procinctu, cũ milites ituri in preliuꝫ nulla legũ solẽnitate, tribus, aut quatuor adhibitis testibus rapti apud cõmilitones testabanř. ita scriptũ est in annalibus, ante numantiã deletã tã ferum fuisse Q. Macedonici in hispania imperiuꝫ, vt, cũ vrbem cãtabriam noie in hispania oppugnaret, pullas precipiti loco qnqꝫ cohortes legiõarias eodẽ ꝓtinus subire iuberet, facientibus oibus in ꝓcinctu testamenta, velut ad certã mortem ruen dũ foret. diuus iulius cesar primus militibus liberã testamẽto𝔯 factionẽ cõcessit, sed ea cõcessio temporalis erat. postea vero primus diuus titus dedit, post hec domitianus, deide diuus nerua plenissimã indulgentiã in milites cõtulit, eamqꝫ ⁊ traianus sequutus est, ⁊ inde mãdatis principũ inseri ceptũ est, milites, quo modo voluerint, facere testamentum, sufficereqꝫ eorum nudã volũtatem. hoc modo notũ est, iuliũ cesarem scripsisse primũ Cneũ pompeiũ heredẽ testamẽto, idqꝫ militibus publice ꝓ cõcione recitauisse. sꝫ postea nouissimo testamẽto, qd volũtate sola valuisse ꝯfitemur, tres istituit heredes soro𝔯 nepotes, C. Octauiũ ex dodrante, L. Pinariũ, ⁊ Q. Pediũ ex quadrãte, populo hortos circa tiberi publice, ⁊ viritĩ trecenos sestertios legauit. apd athenieses qdẽ ante solonẽ nõ licebat alio deriuare hereditates, nam pecunias, simul ⁊ domũ in familia defuncti manere oportebat. solon autem pmisit, pro cuiusqꝫ voluntate, cui superessent filij, heredẽ ꝯstitui, atqꝫ ita sibi visus est amicitiã propinquitati, ⁊ gratiam necessitati pretulisse. hocqꝫ modo militibus cõcediř, suo iure testari, decisumqꝫ est, vltimam militis voluntatem vim postremi iudicij obtinere. hinc ꝓgentes ad ꝓlia res suas donare sibi mutuo pñt, licet nõ ita sit inter priuatos, id eni illis imperatores concessere. neqꝫ credendum est, militem, qui iure communi testari voluit, statim beneficio militari renuntiasse, nã nemo genus testandi eligere vř ad impugnanda sua iud cia, tuncqꝫ militẽ propter fortuitos casus vtroqꝫ genere testari voluisse, censendum est, spectamus enim tantum ipsam voluntatem. sed ne ordinẽ testamẽto𝔯, quo𝔯 materies in iure latissime patet, cõfundamus, hic primum dicendũ est de ijs, que militis testãtis personaꝫ respiciunt. premitto igiř, furiosum, mutum, posthumũ, infantẽ, filiumfamilias, ⁊ seruum iure comuni testamentũ facere nõ posse, attamen testamẽti factioneꝫ habere, cũ ex testamento sibi, vel alij acquirere possint. nunc singularia militũ iura accipe. etenĩ mutus, ⁊ surdus etsi testamẽtũ facere nõ possint, si tñ quis miles mutus in numeris extitat, vel surdus, testamẽtũ facere poterit ante causariã missioneꝫ, idqꝫ

idq̃ itelligo, quatenus militat, ⁊ i castris degit, nā si extra castra
fecerit oium cōi romanoꝝ iure fecisse intelligef. preterea, q incer
tus est, an sui iuris sit, dubitatq̃, an sibi testari liceat, is neq̃ testa
ri, neq̃ fideicōmittere pōt, si tñ miles incertus, an sui iuris sit, te-
stamētū fecerit, id sane in ea ꝯditione erit, vt valeat. si qdem sit in
certus, pr̄ viuat, nec ne, ⁊ testm̄ fecerit, testm̄ valebit, cū tñ de sta-
tu suo dubitātes, vel errātes testm̄ facer̄ nequeant, qppe q de sta
tu suo incerti sunt, certā legē testamēto dicere nō possint, quod tñ
militibus cōcessum est. si tñ, ignorantes patres suos decessisse, de
castrēsi peculio in militia testati sint, nō ptinebūt ad heredes eoꝝ
patrum bona, sed sola castrensia, qꝛ ꝑ parte testatus, ꝑ parte in-
testatus deceder̄ pōt, ideoq̃ si ex fundo vnū heredē scripserit, cre
def, quātū ad residuū testamenti, intestatus decessisse. filiusfami-
lias aūt paganus existens, si de castrēsi peculio fecerit testm̄, igno
retq̃ se pr̄i heredē existere, nō cēsebif ꝑ castrēsibus testatus, pro
paternis intestatus decessisse, sicut miles, sꝫ tunc castrēsis peculij
heres scriptus vniuersa bona habebit, i quo summā extreme mi
litū voluntatis obseruationē manifeste potes cognoscer̄. accedit
aliud ꝑuilegiū. cū iure cōi ij, qbus aqua, ⁊ igni iterdictū est, neq̃
facere testm̄ pñt, neq̃, si antea fecerint, valebit, ij quoq̃, q ad be-
stias, aut ad ferrū, aut in metallū dānanf, testamēti factionē non
habent, militibus tñ, ēt si ex militari delicto capite dānati sint, ex
bonis castrensibus testm̄ licet facere, nisi sacramenti fides sit ru-
pta. Paulus. n. ⁊ menander militi testm̄ facere ꝑmiserunt, etiā si
penas capitis meruerit, qđ intellige ex militari delicto, vt dixi, nō
cōmuni. ita ergo testari ei ꝑmittif, vt, si qđ habuerit antea factū,
testamētū valeat, ⁊ si militari iure ei testādū sit, dubitari nō opor
tet, qn si voluerit valer̄ testamētū, fecisse id credaf, spectamus. n.
solā volūtatē. existimo tñ eū impetrare debere testamēti factionē
ab eo, q sniam dixit, quod hermogeniano visuꝫ est, cui accedit vl
piani respōsum, si miles vxori donauerit de castrēsibus bonis, et
fuerit dānatus, qꝛ ꝑmissum est ei de his testari, si modo ipetrauit,
vt testef, cū dānaref, donatio valebit, neque tñ ex imperatoꝝ re-
scripto permittif ob militare flagitiū dānatis aliaꝝ, q̄ castrensiū
reꝝ, testamētū scribere. verūtamē miles in hostiū potestate posi-
tus facere testamētū nō poterit, nā ipedimētū seruitutis est de iu
re gētiū, cū quo nō facile sit, vt ius ciuile dispenset. tribuni autē, ⁊
prefecti, ⁊ ceteri, q militare desinunt, omnesq̃, q eius sunt ꝯditio-
nis, vt iure militari testari nō possint, si apud hostes sint, ⁊ illic de
cedant, quomodo velint, ac potuerint, testamētū scribent, quod ⁊
vlpiano visum est. sed pupillo militi nō ꝑmittemus testamētū cō
ficere, cū indignū iustiniano, ac iuriscōsultis videaf, hunc militū
priuilegijs gaudere, q stabilē mentē nōdū adeptus est, cuius ani-
mi nullū est certū iudiciū. ij tñ, si in potestate parentū sint mentis
cōpotes, nihil impedit, quo minus testari possint ex his, q̄ in ca-
stris acquisiuere, sunt. n. sua propria castrensia. hic tandē conclu-
demus ex papiniani respōsum, filiūfamilias equestri militia exor
natū, ⁊ in comitatu principū retentum, cingi confestim iussum, te
stamētū de castrēsi peculio facere posse, nā ex eo tempore iure mi
litari incipiet testari, quo i numeros erit relatus. eteni diuus pius
rescripsit in eo, qui, cum esset paganus, fecit testamentuꝫ, ac moꝝ
militare cepit, illud qdē militari iure valere, si hoc maluit miles.

¶ De testamentis militum. ij. Cap. xvj.

Secundo loco dicendū est de ijs, q militū te
stamento heredes scribi possunt.
ac primū aduertendū est, milites seruos proprios si-
ne libertate heredes instituere nō posse, qꝛ iure cōmu
ni ius gētiū nullo vtiq̃ modo iminuif, seruitus aūt est de iure gē
tiū. sed cū serui sub appellatione libertoꝝ heredes sunt scripti, id
ita benigne est itepretādū, ac si liberi, ⁊ heredes instituti fuissent.
ergo milites, quantū ad hec, q̄ ius gentiū nullū priuilegiū habēt,
neq̃ itē q̄ ius ciuile, si alterius ius tollif, nā scriptū ē, militē i frau
dē creditoꝝ nō amplius, q̄ vnū, necessariū heredē facere posse.
atq̃ ideo si miles dotalē fundū legauerit, nō erit ratū legatū pp
legē iuliā, qua dotale prediū inuita muliere alienari ꝓhibef. quā-
do vero miles ius alterius nō tollit, tūc institutus nonnulla hꝫ pri
uilegia, ac illud imprimis, ꝙ deportati, ⁊ fere oēs, q testamēti fa-
ctionē nō habent, a milite heredes institui pñt, cū de iure cōmu-
ni, q deportanf, si heredes scripti sunt, tanquā peregrini nihil ca
piant, ⁊ hereditas in ea causa est, in qua eēt, si scripti nō fuissent.
propterea paulus ex snia marcelli prudēter rñdit, si miles depor
tato fideicōmissum reliquerit, id eū capere posse, ⁊ gñaliter in om
nibus, quos miles heredes scribit, id dici pōt, institutionē vires
hr̄e, si mortis tpe talis inueniatur, vt a milite institui potuerit. in
alijs aūt tria tpa ꝯsiderant, primū tēpus testamenti, 2m tempus
mortis testatoris, tertiū, cū adijt hereditatem. in milite vero solū
tēpus mortis inspicimus. preterea in fauorē militis a iure est in-
troductū, vt mulieri, in quā turpis suspitio cadere pōt, nihil testa
mēto relinquer̄ possit, eā intelligo, q̄ stupro cognita in ꝯtubernio
militis fuit, alijs aūt donationes, si quas psonis inhonestis facer̄
velint, nō sunt ꝓhibite affectionis gratia. crediderī tñ, si mulier
mortis tpe talis inueniaf, vt a milite institui possit, in quā. s. ꝑ id
tēpus turpis suspitio nō cadat, heredē recte scribi posse, ꝑ ea, que
supra dicta sunt. demū miles incertis psonis nihil relinquere pōt
ex rescripto diui hadriani, nā neq̃ legata, neq̃ fideicōmissa incer
tis psonis olim relinquebanf. insup, militi hoc priuilegiū a iure cō
cessum est, vt tā sibi, q̄ filio iure militari testamētū faciat, ⁊ soli fi
lio facere pōt, tametsi sibi nō fecerit, valebitq̃ testamētū, si pater
in militia, vel intra annū militie decesserit, idq̃ triphonio iuriscō
sulto visum est, lꝫ ius cōmune dicat, qsquis impuberi testamētum
facit, sibi quoq̃ facere debere. et queadmodū certū est, militem,
q scit se filios hr̄e, aliosq̃ scripsit, heredes, tacite suos exhereda-
re, ita ēt si ignoret sibi filios eē, nō oberit filio adēptio heredita-
tis. hinc iпatores scripserūt, sororē a fratre militāte heredē isti
tutā bona eius possidere, neq̃ fil os testatoris euicere posse. hic
tandē annotabo, hereticos neq̃ legatū, neq̃ fideicom. neq̃ here
ditatē accipere posse ex vltimis militū volūtatibus, siue iure cō-
muni, siue militari testentur.

¶ De testamentis militum. iij. Cap. xvij.

t Ertio loco commode succedit forma seu solē
nitas testamentoruꝫ militarium, in qua
milites multis illustres sunt priuilegijs. primuꝫ, vt te
stamentuꝫ in scriptis perfectum sit, oportet vno ⁊ eo
dē tpe septē testibus adhibitis, ⁊ subscriptione testiū signacula te
stamētis iponi, deinde, ꝑ manus testatoris, vel testiū nomē here-
dis exprimi. si qs aūt testamētū sine scriptis ordinare voluerit, se
ptē testibus adhibitis, ⁊ sua volūtate eis manifestata, pfectū, fir-
mumq̃ faciet. at militibus pp nimiā eoꝝ iperitiā tā diligens ob
seruatio remissa est, neq̃ legitimū numeꝝ testiū, neq̃ aliā solēnita
tē seruare oportet, quoquo. n. modo volūtas eoꝝ suprema inue-
niaf siue scripta, siue sine scriptura, eoꝝ volūtate testm̄ valet. illis
itaq̃ sufficiet, ꝯuocatis hoib⁹ suā volūtatē declarare, vt rata, fir-
maq̃ sit. hoc mō roma: cū bellum gererēt aduersus volscos po-
sthumio cominio arūco cōsule, more suo in acie cōstituti, priusq̄
clipeos reciperent, togasq̃ circūcingerent, tribus, aut quatuor
audiētibus, sine scriptis testm̄ ꝯfecerūt, heredesq̃ nūcupauerūt,
in quo solēnis illa testiū regula nō obseruabaf. porro fauore mili
tū introductū est, vt pr̄ eius, q de castrēsi peculio pōt testari, adhi
beri possit testis, testamēto ante missionē ꝯfecto, quod si post mis
sionē factū est, nec pr̄ recte eē pōt testis, nec q in eiusdē pr̄is pote
state est, itaq̃ legitime factū testm̄ eē ꝓbare oportet, cui rei satis-
facere putauerī duos tm̄ testes. eteni vbi numerus testiū nō adij
cif, duo sufficiūt, nā pluralis elocutio duoꝝ numero ꝯcludif. neq̃
mirari debemus, militū priuilegiū ad duos tm̄ testes restringi, cū
nulloꝝ magis intersit, talia exēpla admitti, q̄ eoꝝ, qbus id priui
legiū datū est, alioqn post mortē militis testes existerent, q facile
affirmarent se audiuisse militē, q bona relinqret, cui illis videref.
ad hec cū iure cōmu. statutū sit, vt, si qs post factū testm̄ illud mu
tare voluerit, oia ex integro facieda sint, militis tñ testm̄ facilime
vel ꝯfirmaf, vel ifirmaf, nā, vt dictū est, sola volūtate destrui pōt,
nō secus atq̃ nuda volūtate pōt fieri. et si cācellauerit testamen-
tū suū, vel inciderit, nullius erit momēti, si tñ cancellauerit, ⁊ moꝝ
valere voluerit, valebit ex suprema volūtate. ideo cū miles indu
xerit testm̄ suum, moꝝ annulo suo signauerit, index, cui de ea re-
cognitio erit, ꝯsiderare dꝫ, quo proposito id fecerit, nā si mutata
volūtas ꝓbaf, reuocatū testamētū intelligemus. attamen si vete-
ranus moriens testm̄ iure cōmuni tpe militie factum irritum esse
voluit, ⁊ intestatus eē maluit, heredū institutiōes codē in statu re
manebunt, nēpe iure cōmuni testamentū pfectū nō sic mutari po
tuit, siqui vero legata petierint, exceptione doli mali iure cōmuni
summouebuntur, cū nuda voluntate legata adimi posse, notissi-
mū sit. in qua exceptione papinianus scripsit, in re pari potiorem
causam esse possessoris, hoc. s. mō, si legatarius possider, repellit
heredē exceptione, quasi nō habeat volūtatē defuncti, q̄, si here
res possidet, legatarius eadē exceptione summouebif. militis vo
testm̄ quoquo modo nouissima voluntate rescindef, nā voluntas
militis testamentum est. aliud priuilegium miltar e est. cum iure

cōmuni, q impuberi testamentum facit, sibi quoq; facere debeat, miles tñ, vt. s. dixi, filio testm̄ facere pōt, quāuis sibi nō fecerit. se quit ergo, vt ad ꝯfirmationē tabular pupillariū militis, aditio hereditatis nō sit necessaria, etenī si militis nō ē adita hereditas, tñ substitutio, quā pupillo fecit, valebit, cū illi pmittat facere testamētū, quāuis sibi nō fecerit. itē priuilegiū aliud est. iure cōmuni nemini lz plura facere testamēta, qn vnū p aliud rūpat, nā scriptū est, prius testm̄ rūpi, cū posterius rite pfectū est, nisi vtrumq; vice vnius habeat. militi aūt lz plura testamēta facere, ac siue semel fecerit, siue separati, vtraq; valebunt, hinc miles, q habebat iā factū testamētū, si aliud fecerit, & in eo cōprehendat se fidei heredis cōmittere, vt priores tabule valeant, valebit vtrumq;, cū illi plura facere liceat, sic tñ nō ipso iure valere voluit, sed magis p fideicōmissum, id est, in causam fideicōmissi vim prioris testamēti ꝯuertisse. hec itaq; militū iura ex eo imperatorū rescripto pēdēt, quo sancitū est, eos, quoquo modo voluerint, testamenta facere.

De testamentis militum. iiij. Cap. xviij.

¶ Recepti serui, ⁊ postliminio reuersi. Cap. xxix.

Recipere Seruū proprie est abscondendi causa refugiū seruo prestare vel in suo agro, vel in alieno loco, edificioue. Jsto modo hic nō accipimus receptos seruos, sed eos tñ q ab hostibus reuersi sunt, vel redempti. Jn quibus statutū est, eum, qui seruū captum ab hostibus redemerit, suū facere, ēt si alienū fuisse sciat, sꝫ oblato ei pretio qḋ dederit, receptus esse credit̄, aut postliminio redijsse, qui se captiuū ignorauerit, ⁊ putans eū vendentis esse, redemerit, vsucapere videbit̄, ita, vt post legitimū tempus offerendi pretiuz priori dño facultas nō sit. Seruus quoq; apud hostes manumissus liberatur, sed si prior dñs eū in presidijs nostris nanciscat̄, seruum retinebit iure postliminij, licet is eo cōsilio venisset vt ad hostes reuerteretur. quod aliter obseruatur in liberis qui postliminio, vt dictū est, nō reuertunt̄, nisi hoc animo ad suos veniant, vt eoꝝ res sequant̄, hostesq; relinquāt. Fingamus aliquez statuliberū ab hostibus capi, si redimat̄ pēdēte ꝯditione libertatis, suaz cām retinebit. Sed si libertatis est apposita ꝯditio, si decem dederit, quero, vnde dabit illa decem. Rñsum est, ex operis eius quesita esse debere, potest ⁊ ex peculio alia causa q̄z ex operis eius. quesita. ita tñ, vt ꝯditioni benigne paruisse credēdū sit. Potest ēt quis alienū seruū ab hostibus redimere, ⁊ heredē euz cū libertate instituere, qui liber erit, ⁊ necessarius heres, sed priori dño estimationē suā offerre dꝫ, vel manebit ei obligatus, donec pretiū soluerit pōt itē seruus q apud hostes est, recte hrs̄ istitui, ⁊ qui ei est heres, ꝓ seruū heres fieri pōt, ⁊ cū ab hostibus reuersi sunt, locupletiorem faciūt hereditatem. preterea si quis seruus anteq̄z caperet̄ pignori datus fuerit dimisso redemptore in veterem obligationē reuertit̄, ⁊ si creditor offert ei qui redemit, quāti redemptus est hꝫ obligationez ⁊ indebiti causam, ⁊ in eā summaz, qua eū liberauit. Posterior tñ, qui redemit, preferēdus est ei, qui prior fuerat tpe. qꝛ effecit, vt is seruus apud nos esset. ⁊ si pluriū seruus fuerit redemptus, ⁊ ei, qui redemit, omniū noie restitutū sit pretiū, in cōionez redibit, alias ad eū, eosue, q soluerūt ptinebit, nā queadmodū liberis captis ab hostib⁹, ⁊ postliminio reuersi status pstinus restituit̄, ita ēt serui dño, vel dñis, neq; tñ fideicō. liber. sibi debitā petere poterit, nisi redēptori sit satisfactū. Verūtamē si deportatus in insulam ab hostibus captus sit, ⁊ redijt, iterum deportabit̄, nam in eam causam venit in qua futurus esset si captus nō fuisset itaq; per redemptionē ab hostibus prior cāz nō imutabit̄. Serui, qui ad hostes trāsfugerunt, nullū quidē habēt postliminiū, nā qui malo ꝯsilio, ⁊ proditoris animo patriaz relinquit hostium numero habendus est. eteniz senatusconsulta fugitiuos seruos vsq; adeo odio habuere, vt aditū ōderit ⁊ militi, ⁊ pagano in predia Senatoꝝ, vel quorūcūq; ad iuestigandū fugitiuū seruū, ad qḋ ēt lex fauia respexit, necnon, epistola diuorū Jmperatoꝝ Marci, ⁊ cōmodi. Quesitū est ab Africano, si cōtubernalibus vasa vtēda cōi periculo dederiz, deinde seruus meus his subreptis ad hostes fugerit, ⁊ postea sine vasis sit captus, esset ne mihi cōmodati actio cum contubernalibus, his respondit esse pro cuiusq; parte, sed illi etiam mecum furti, nomine serui, agere poterunt, quoniam ⁊ noxa caput sequitur. Sed si seruus caput sit ab hostibus, egoq; de iure interrogatus, respondeam in mea esse potestate, locus tñ non erit noxali actione, qꝛ non est in potestate, quamuis postliminium possit interim dubitationē afferre. Sed forsan aliquibus in istis nimiū imorari videbor, qꝛ hodie inter Christianos, quātū ad personas hoiuz nō obseruamus iura captiuitatis, ⁊ poliminij, ⁊ nec hñr, nec veduntur serui captiui, licet q̄tū ad res, iura ista seruare videamur. ijs tñ respondebo. id omnino mihi esse propositum, vt, que iurisconsultis militibus concessa sunt, sine vlla fraude referam.

¶ Obsides. Cap. xxx.

Frequentissime vsuuenit ꝯcordie firmioris gratia, ac vt pacis ꝯditiones seruētur, vtrinq; Obsides dari, quos oino iuriscōsulti pter mittere noluerunt, neq; ego silentio preteribo. Datis enim obsidibus, firmius stabilita pax esse videtur borum' itaq; bona, sicuti captiuorū, ꝯmodi iperatoris rescripto in fiscū oi modo cogenda sunt, bona intelligo ibi q̄sita. hinc vlpianus dixit, eos testari nō posse, nisi illis pmissuz sit. Obsides dari. volo ꝓ captiuis, vel pro pace ꝯponenda, neq; exemplo Arioui, sti, a quo, ne obsidibus qdē datis, Hedui pacē redimere potuerūt, reijci a nobis, aut recusari. Neq; illi erūt loco pignoris oblati, sꝫ tñ id pstabūt, vt fiat, qḋ inter pr̄es ꝯuenit, ac postea redeāt, cū obligatio pignoris i liberos hoies cadere neq̄at. Romani antiqtus cogniti phiilippi bñficijs, cū i Antiochū arma sumpsissent vt parē illi referrent grām, demetriū filiū obsidē patri remiserūt. at e diuerso Cōstātinus vbi apud Britones regnare cepit, bellū parauit in Schotos, quos, datis obsidibus, Britones amicos sibi fecerāt, sꝫ Scoti, cognito eoꝝ ꝯsilio, oēs obsides ad vnū iter fecerūt, ita, dū fides nō seruat̄, i obsides seuitū ē. Hericus quoq; Saxonie dux vercislaū pribislai obotritoꝝ principis fratrē pacis obsidē habens in conspectu fratris iugulari iussit cū belli ꝯcitatorē ꝯuicisset. Hic tandem meminisse libet Octauij cesaris, q a quibusdā exigere tentauit nouum genus obsidū, feminas scꝫ, quod negligere Marium pignora videbat̄, tamen potestatē semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiendi. cēsemus itaq; obsides dari posse, ⁊ debere ad firmandam pacē cū melius sit, certam pacē cuz hostibus habere, quam speratā victoriā. Tū

etiam memoratur quidã puer nobilis M. bambalionis nepos obses datus pacem cum hostibus confecisse.

Restitutio militum. Cap. xxxi.

q Uid Tandē non concedemus ei qui nō fortunas solū, sed & seipsum bello dotauit, ac belli dubios euentus ex ab hostibus captus est, Peribit ne ius iandiu illi qnesitū, erūt ne idē damno tēpora que in vsus publicos impendit, at imperatores Diocletianus, & Maximia. voluerūt ab hostib⁹ captos, & polimi. reuer. recupare, q̄cūq; ob eū casū amiserint ēt si a fisco eēnt possessa. hoc tm̄ diligēter igredū est, an cū barbaris sua volūtate fuerit, an coacti, op3. n. hostili irruptione traductos fuisse adhec hadrianus iperator rescripsit, ita restitui oportere a barbaris remissos milites si pbabūt se captos euasisse, nō trāsfugisse. atq; l3 hoc liquido ɔstare nō possit argu. tū cognoscēdū est, nā si bonus miles añ fuit estimatus, ppe est, vt armationi ei⁹ credaꝛ, si emāsor, aut segnis, aut negligēs suoꝝ, nō credaꝛ ei, q post multū tpis redit. Si itaq; ɔstat. captū eū ñ trāsfugisse, vt veteranus restituet, & pmia, emeritū accipiet, qd̄ si ex alia cā puta desertionis in militiā restituaꝛ nō alr medij tpis stipēdia, & donatiuū accidiet, q̄ si pnceps id ei ex liberalitate indulserit. dicimus igiꝛ milites ēt si maiores sint, q apud hostes detinenꝛ, in integ. resti. ne vel obsit eis, vel psit, qd̄ euenit. nō minus ēt ab hostib⁹captis, q̄ ibi natis, q postliminiū hñt, succursum vr̄ existimauitq; Ulpia. auxiliū eiusmodi cōpetere noie eius q apud hostes est, si curator fuerit bonis ɔstitutus. Accedit istis iperatoꝝ rescriptū. si qs ab hostibus cū patre, ac matre captus sit, ac illis ibi defunctis bñficio legis corne. successionē eoꝝ q̄sierit, hāc pōt vidicare ēt si opponaꝛ ei annua exceptio, nā tū reipublice cā abest, quaꝛ fit, vt nō solū nō restituēdus, s3 fortunis ēt, donisq; maximis adaugēdus veniat. hic restitutiones leuiter tātū attingimus, q supra latius sint exposite.

De donationibus. Cap. xxxij.

d Onationes a donis dicte sunt, q̄si donorū dationes in qbus ē mortis cā donōq; ab illa vera, & absoluta donōne longe differt, q̄ ita pficiscíꝛ, vt nullo casu reuocari possit, & le q donat illū potius, q̄ se hr̄e mauult. is vō, q mortis cā donat illū ēt potius, q̄ hr̄dē suū, du3 ergo ad se respicit vult, vt, cū ɔualuerit, reddaꝛ sibi. Ulpia. iter istas nullā differētiā faciēs, ait eos q castrēse hñt peculiū, vel q̄si castrēse, donare posse & mortis cā, & nō mortis cā, cū testamēti factionē habeāt. At vō pplacēt mihi ille donationes, q̄ a bñficia ɔferunꝛ in eos, quoꝝ mores, & i re militari singularis pstātia spectaꝛ, ita vt bñficiū dādi accipiat, q digno dederit, q. n. indigno aliqd ɔtulit, is mihi vr̄, vt est i puerbio, suē3 veneri offerre. eā ob rē prudēs iperator i ɔferēdis bñficijs qbus, animos militū facile pōt, & allicere, & retinere dignitatū, animi erga se, cōitatis, ac societatis rōnē hēre d3. Hoc mō legimus romano. iperatores nōnūq̄ ad ɔcionē vocasse exercitus, ibiq; pducere ɔsueuisse eos, qui preter ceteros aliqd egisse visi erant, ac de singuloꝝ laudibus orationē habuisse deinde ei q hoste3 vulnerauerat, gessu3 donasse, q equo deiecerat spoliaueratue pediti phialā, equiti phaleras, qui murū pmus ascēderat, aureā coronā. is ñ solū pñtes puocabat ad ɔcertationē, imitationēq; in periculis subeūdis, sed & domi manētes. nā preter gloriā inter milites, & famā, q̄ illico puagaꝛ, ēt post reditū in patriā pompas solēnes cū dignitate adibant. Octauius Cesar post Philippēse, & mutinēse bellū cū legionibus coronas, tribunis purpuream vestē dedisset, Hoffilius quidē & tribunoꝝ numero coronas, purpurāq; pueroꝝ delinimēta esse ait, exercitui agris opus esse, & pecunijs, nō ludicris. iōq; iulius Cesar duobus allobrogibus roscillo, & Aego Adbucilli filijs ob singularē virtutē, req; in Gallia fortissime gestas, agros multos in Gallia dedit, premiaq; magna rei pecuniarie, & locupletes ex egētibus fecit. idē cesar, cū ex Gallijs rome triūphasset, & ex pharnace, militibus, quecūq; promiserat, psoluit, ampliore ēt pecunia, militi dragmas atticas qnqes mille turme ductori bis totidē, tribunis militū, eqtibusq; duplo magis fingl'is ex pplo minā vnā. Atticā. ille idē Cesar thesauros a nemine ɔtactos vsq; in illū diē militibus ɔcessit. illos āt thesauros execratione pposita, publice ɔditos fuisse memorabāt, vt, nisi celtico isurgēte bello, a nullo pmereꝛ. veꝝ Cesar celtas a se dvictos asserēs, vrbē ab execratione liberā rddidisse aiebat eosq; thesauros dōauit militib⁹. octaui⁹ quoq; pecunias publicas i ianiculo reptas, & quas cice. priusexigēte, iscriptas fuisse nouerat exercitui distribuit. 2500. dragmas vnicuiq; exhibēs. pōpe. victo mithridate, añq̄ triūphaꝛet, militib⁹ viriti3 donauit. Mcccc. dragmas atticas, ducib⁹ multo plures sūma ois decies sexagies. M. talēta attigisse credebaꝛ. Scipiones, & metelli nihil fecerūt accuratius, q̄ vt milites pmijs, & honorib⁹ affectos ad oia accēderēt. & hadrianus, exēplo Scipionū, & metelli & autoris sui traiani milites pmijs, & honorib⁹ donabat, vt aspriora, q̄ pcipet, diligētius faceret. Alex. seuerus dicere solebat, militē nō timeꝛ iperatorē nisi eēt vestit⁹, armat⁹, calceatus, & sat & hēret aliqd i 3onula, nimiꝝ q mēdicitas militaris ad desperationē vocaret exercitū. donate sunt āt aliqñ militib⁹ corone haste phalere, armille, agri, statue, multaq; alia, q̄ a plinio, Gellio, blōdo ɔgesta videre potes. ea vō iperatoꝝ i milites largitio iuriscō. donatiuū dr̄, lāpra epidosis. de quo Claudi⁹ iperator pmus sanxit, vt iperatores oēs i auspicatu iperij donatiuū militib⁹ pnūciarēt, neq; tū, vt veꝝ fatear, qd̄ militib⁹ ob diuturnos labores, sudoresq;, ac vigilias collatū ē bñficiū appellari d3, s3 merces. atq; iō Pau. scripsit, si qs quēpiā a latrūculis, vel hostib⁹ eripuerit, & aliqd p ea re ab ipso capiat, dōationē eē irreuocabilē, nā merces eximij laboris appellāda ē, id qd̄ pp subsidij magnitudinē certo mō estimari nō placuit. huic similis ē aqlij reguli donō Nicostrato rhetori, q cū p̄re ei⁹ fuisset, & eū eloquētia, diligētiaq; meliorē reddidisset. de ea aūt donatione cū ɔtrouersiā subijsset Nicostratus, Papinian⁹ rñdit, posse defēdi nō merā donōnē esse veꝝ officiū magr̄i quadā mercede remuneratū esse regulū. ita ego mercedē esse existimo, qcqd militibus post res preclare gestas a Ducibus ɔfertur. At multo magis sibi milites deuinciūt, q nullis reb⁹ gestis bñficia illis liberalr̄ elargiunꝛ, qd̄ maxime pbo, si ad largiēdū suppetūt facultates, nā eū nō voco liberalē, q exēplo L. Sylle, a iustis dñis pecunias ad alienos trāstulerit. quātū āt attinet ad donationes cā mortis. s. dictū est, milites liberā testamēti factionē hr̄e, iōq; donare posse. Qua de cā Marcellus annotauit filijfamilias militibus, cū liberā facultatē adepti sint relinquēdi testō, cui velint, ea quoq; eē pmissa, q̄ in donationibus cā mortis fieri debēt, qd̄ preter omnium iurisconsultoꝝ sententias limitatū volo, si neq; necessitate coactus, aut psuasiōe, miles eā donationē fecerit. Quod ad legē Solonis pxime accedit, q̄ morientiū donattiones ratas esse voluit, nisi quis necessitate coactus fuerit, aut ab vxore persuasus. ille necessitatem tanq̄ vim afferentem, voluptatem quasi decipientem excepit. minus tamē placet vis, quam persuasio, cum non ignorem, vim inimicitias sequi cum periculis, persuadendo autem fieri posse cum amicitia. Hec tamen a militum donationibus remouenda censemus.

De solutionibus. Cap. xxxiij.

e Tsi durū vr̄ emāsoribus, aut triobolaribus militibus, q vel diē vnū tm̄ militauerūt, es alienū persoluere, nō dubito tñ, quin veterano militi, qui nelatū quidē vngue3 a iure militie velit discedere, factu nō sit difficillimū. Uerūtñ in hac iuris particula non carēt milites puilegijs. Ac primū imperatores seuerus, & Anto. voluerūt stipēdia cuiusdā marcelli militis retineri pp id, ad qd̄ ɔdēnatus esset, si alr̄ res iudicata executioni demādari posset. nā si iudicio sunt ɔdēnati eatenus, quatenus ɔmode facere poterunt, cogenꝛ soluere, qd̄ extēdimus ad ea tantū, q̄ in castris ɔxerūt. Ea quoq; pmia, q̄ p coronis Athletis sunt pēsitāda, priuata pactione pignorari nō pñt. & si alr̄ nō pt satisfieri iudicato, sancitū est, ɔdēnato iterdici dēre ɔmodis pmioꝝ, q̄ pp coronas sacras prestanꝛ. ad hec accedit Frācisci Christianissimi frācoꝝ regis edictū, quo pcepit, annonā, si desint pecunie, militibus in creditū dari, quā tādē ñ illi nō persoluerint, vsq; ad eā summā debiti q̄stor stipendia apud se retinebit, & creditori psoluet. ite3 Carolus. vij. rex arma militū ob debitā pecuniā a creditoribus detineri vetuit. quare illi qdē iniuste mihi ɔqueri vīr de grecoꝝ legibus, que arma militū debitori tradi, phibuerūt. at iuste querebanꝛ, q eadē lex milites ipsos dari pcipiebat. Ea de cā Aegiptijs melior lex vetuisse vr̄, ne illi, quoꝝ opera in bellis ciuitates vterenꝛ, rōne eris alieni in carcerē duci possent, bona eoꝝ solū obligata iudicans. ita solon apud Athenieñses legē tulisse vr̄, quā Sisachiam appellauit decernens, ne ob vsuras ciuiū corpora necterenꝛ. Et ea forsitan de cā Ualerius Flaccus Romanis legē tulit, qua creditoribus quadrantē tantū solui iussit. at vero ij ɔstitutionibus diuersum est Alexādri Macedonis edictū, quo pcepit, vt oēs milites es alienū phiterentur, qd̄ ipse tandē psoluere decreuerat, atq; dece3 millia

milia talentorū protulit, e qbus.c.⁊.xxx.tm̄ superfuere, reliquū pro militibus exolutū est. Qđ ēt fecisse legit̄ Sesostris Egyptiorū rex, lz magna multido militū ob eos alienū iuncta esset. Itē Cesar, cū e Gallijs Romā rediĳsset debitoꝝ absolutiones palam omnibus remisit, Censores tamē rerum emptaꝝ instituit qui creditoribꝰ debitores pecuniaꝝ loco ascriberent, ⁊ obligatos redderēt. Legimus preterea, milites in eundē cesarē aliqñ insurrexisse, ꝙ tot promissa in Lybia, ⁊ bello Pharsallico illis non prestitisset. ille autē quo obligatione liber fieret, vnicuiqꝫ mille Dragmas persolui iussit. Addamus hic militiā emptā ex pecunia creditoris, esse ipsi creditori obligatā, siue empta sit noīe debitoris, siue filij, aut alterius parētis. Insuper, qui dicit se indebitas pecunias soluisse cōpellit̄ ꝓbare, ꝓ dolū, vel aliā iustā ignorātie cām esse indebitū solutū, ⁊ nisi ostēderit nullā hꝫ repetitionē. Miles aūt, vtpote qui forensiū reꝝ expers est, id priuilegiū hꝫ, vt is, qui accepit, ostendere debeat, bene se accepisse, ⁊ debitas eidē fuisse solutas, sed hoc ita, si totā sūmā indebitā fuisse solutā, is q dedit ꝯtēdat. Si aūt querit̄, ꝙ pars pecunie solute debita nō est, vel ꝙ ab initio quidē debita fuit, sed vel dissoluto debito postea ignarus iteꝝ soluit, vel exceptione tutus eas pecunias depēdit ostendere dꝫ, ꝙ vel plus debito soluit, vel iaꝫ solutaꝫ pecuniā per errorē repetita solutionē depēdit, vel tutus exceptione nesciēs suā ꝓfecit pecuniā. In sūma, milites ad id tm̄ tenent̄, qđ facere possūt. Idcirco Tertyllianus rñdit, si castrēse peculiū maritus hꝫ, i quā tū dare pōt, ꝯdēnabitur, nā ipsius propriū est idipsum peculium. Ideoqꝫ si pater reꝫ castrēsis peculij exoluerit, alienā rē soluisse cēsebit̄. Suntqꝫ in solutionibus ita diuise res castrēses a nō castrēsibus, vt Papinia. scripserit, cū militi castrensium bonorū alius, ceteroꝝ alius hr̄s extitisset, ⁊ debitor alteri heredū oblatus velit cōpēsare, qđ ab alio debet̄ nō audiēdū, nā militis due sunt hereditates. Hec aūt priuilegia ad aduocatos cū Accursio nō extēdā, cū de armata militia Paulus loquat̄, ac multominus ad sacerdotes, lz ⁊ glossatoribus ⁊ horū, ⁊ illoꝝ bona quasi castrensia appellent̄. Ii quoqꝫ celestis. illi vero forēsis militie milites ab imperatoribus, ac Roma. Pontifi. sint vocati. Sed valeāt cū imaginaria sua militia. Nos hoc libro cū de armatis tm̄ militibus loquimur, tum a iurisconsultorum verbis ne latum quidem digitum discedere volumus.

¶ Imperitia militum, siue iuris ignorantia. Cap. xxxiiij.

a Antiqui Philosophi posuere ignorātiā inter cās delinquēdi, quā ēt bipartito diuidebāt, simplicem, que leuioꝝ peccatoꝝ cā esset, duplicē arbitrabant̄ cū qs sapiētie opinione inflatus ea se scire extimabat quoꝝ oino erat ignarus, in qua peccare milites maxime nolīꝫ. debēt. n. armoꝝ disciplinā, ita ad vnguē tenere, vt nulla oino not. illis inuri, vel ascribi possit. Pñt tm̄ citra iniuriā leges, ac iura ignorare, cū sapiētissimus Legislator hos arma potius, quā iura scire maluerit. Atqꝫ lz notissima sit iuris regula, ignorātiā iuris vnicuiqꝫ nocere, militi tm̄ nō nocet. Nam si miles filiusfamilias a cōmilitone heres institutus nesciat sibi ēt sine patre licere adhire hereditatē, ꝯstitutionibus principuꝫ ius pōt ignorare, neqꝫ cedit ei dies aditionis. Preterea Imperator Ant. maximo militi ꝯcessit, defensionibus vti, ac allegationibus, ꝗs pp iuris ignorātiā, ⁊ armate mili. puritatē omiserat, cū ex iudicato ꝯuenirec̄, ac nōdū satisfecisset excipimꝰ itaqꝫ ab illa. s̄. dicta gñali regl̄a milites qbus tm̄ nolumus eē dedecori. si ipsa iura ciuilia ꝓbe caluerit, lz Iustinus iperator opprobriū dicat esse clericis, si peritos se velint ostēdere disceptationū forēsiū, quos celestis militie milites ab omni vocitari, certū est. Est ⁊ inermis militia causidicoꝝ, q totis neruis efficere debēt ne id eis objciat̄, qđ Q. Mutius seruio sulpitio dixit, turpe eē Patritio, ac nobili viro, ⁊ cās orāti ius, i quo versaret̄, ignorar̄, dꝫ. n. leges nouisse orator, i qbus totus est. istud aūt militū ꝑuilegiū cōe est ēt Paganis, maxime si Iuriscōsultoꝝ copiā hr̄e nequerint. Nā ⁊ si quis ignorās militi, quasi pagano, locauerit aliqd, rñsuꝫ est, posse exigere, nō. n. ꝯtēnit disciplinā, q militē ignorat. veꝝ ista facti ignorationē respiciūt, q̄ nemini nocet, nisi illꝗpsi summa negligentia objciatur. De qua nihil tractare hoc loco nobis est propositū.

¶ Excusationes munerum. Cap. xxxv.

e Excusatio a publicis oneribus, vel muneribus ab Honorio, ⁊ Theodosio vocat̄ aleitoyrgisia, que veteranis militibus maxie cōpetit, vt. s̄. dictuꝫ est, capite de veteranis, ac ferme toto isto lib. nihil aliud agimus, ꝗ̄ vt istas excusationes ac milltū ꝑuilegia ob oculos oiuꝫ ponamus. Primū qdē vectigalia ⁊ patrimonioꝝ onera solēnia oēs sustinere opꝫ. Munerū qdē ciuiliū, vt refert Arcadius libro singulari de muneribus ciuilibus, triplex est diuisio. qdā ꝑmonialia, qdā ꝑsonalia, qdā mixta. que oia ciuilia, seu publica appellant̄ qbuscūqꝫ aūt ciuiliū muneꝝ immunitas iure ꝯcedit̄, neqꝫ ab angarijs, neqꝫ a veredo, neqꝫ a naue, neqꝫ ab hospite recipiēdo, neqꝫ a capitatione excusare se possunt, exceptis militibus, lz excusationē illis nolint tribuere. Atqꝫ cū ceteri priuati, ꝗ̄uis militū cognati sint, legibus ꝑrie sue, ⁊ ꝓuincie obedire debeāt, ijs tm̄, q in castris operā insūmūt, nullū municipale munus iniūgi pōt. Quinimo milites, quibus in ciuitate ꝑberi hospitia opꝫ, ꝓ vices ab oibus, quos munus ꝯtingit suscipiēdi sunt. durū qppe videbat̄ milites armis ipeditos ad negocia ciuilia adigere, cū Cōstātij tꝑibus raro effectū sit, vt militātium aliquis ad ciuilia regēda trāsiret ꝯtraqꝫ nō nisi puluere bellico indurati perficiebant̄ armatis. neqꝫ tm̄ est militibus ipsis tributa munerū imunitas, sed ⁊ iperatores voluerūt limitaneos milites agros limitaneos cū paludibus, oiqꝫ iure ꝓ suo cōpēdio ⁊ curare, ⁊ arare. ꝯsuauerat. n. Alex. q̄ de hostibus capta erant, limitaneis Ducibꝰ, ⁊ militibꝰ donare, ita vt eoꝝ essent, si hr̄des eorū militarēt, nec vnq̄ꝫ ad priuatos ꝑtinerent dicēs, attētius eos militaturos, si sua ēt rura defēderēt. Sunt ēt apō florēti. iuriscō. agri limitati, q ō hostibꝰ capti militibꝰ ꝓ limites, hoc est cēturias assignabant̄. id qđ duo. mod. fiebat vno qdē, vt ij, quoꝝ territorio agri sumpti erāt nullā amplius iurisdictionē in eis haberēt, sꝫ leges acciperēt ab ijs, q illuc veteranos deducerēt. qui manucaptus, assignatusqꝫ veteranis publicus ppl'i Ro. remanet nec alluuione diminuit̄, vt vult florēti. aliꝰ modꝰ est, vt iurisdictio ciuita. in eos agros salua esset, sic, dū i ciuitate ꝑmanet, i cuius iur̄ erat, qm̄ vr̄ adhuc priuatus esse, ibi ius est alluuionis, qđ ⁊ agēnius vrbicus in libro ō ꝯtrouersijs agroꝝ recitat. ꝑria aūt militie eo maiora habebant̄, ꝙ post exhaustos labores, emeritis stipēdijs, milites sudore, vigilijsqꝫ comparatis agris donarentur, quos velut opimaꝫ predaꝫ, laboruꝫqꝫ letissimos fructus acciperent. Quantū vero agrorum illis antiquis concesserint, nihil certi cōstitui pōt. existio sane pauciora iugera illis distribui ꝯsueuisse, tū vt plures Incole essent, tū vt paulo curiosius colerent. Liuius meminit, cū romani coloniā ad venios deducerēt, vnicuiqꝫ tria iugera, ⁊ septūcē dedisse. ego certe militibus bina iugera, aut tm̄ agri, ꝗ̄tum vno die circūarare possent, satis esse duco, si natura ꝓbonos diligētia, culturaqꝫ meliores facere desiderauerint. ac lz Licinius stolo de. cl. iugeribus possidendis legē tulerit, luxuriātis tm̄ reipublice (vt est apud pliniū) mensura fuit. ꝗ̄uis etiam plebi Romane, post exactos reges, septē iugerū rō assignata sit, ⁊ Quintio cincinato arāti sua quatuor iugera, q̄ prata quintia in Vaticano appellant̄, dictatura Romanoꝝ allata sit, nihilominus tm̄ militibus nr̄is bina illa iugera satis esse arbitramur, cū notū sit, penos (gentē acutissimā) dixisse, ibecilliorē agruꝫ, ꝗ̄ agricolam, esse debere, qm̄, cū sit colluctādū cū eo, si fundus ꝓualeat, alludit̄ dn̄s. minus quoqꝫ reddit laxus ager nō recte cultus, ꝗ̄ angustus eximie. ijs itaqꝫ militibus illud poete carmē summa cum diligentia obseruādum est, Laudato ingentia rura, exiguum colito.

De iure ⁊ priuilegijs militum Liber Tertius.

Claudio cotereo turonensi iurisconsulto clarissimo autore.

¶ Prologus.

Manlius torquatus ⁊ valerius Coruinus imperatores prudentissimi R. P. pari auctoritate, atqꝫ ijsdē viribus Romanoꝝ hostes ꝓfligarūt ⁊ quali gloria, nec dissimili honore in premiū sunt donati. illi tamen diuersis modis, longeqꝫ varijs, ac differentibus consilijs ductabant exercitum, ac suis in officijs continebant alter enim vt vehemēs, ⁊ ferox erat natura, ita atrociter, ⁊ cum ferocitate suas regebat copias. Alter vero plenus humanitatis, naturaqꝫ lenissimus, omni mansuetudine, atqꝫ humanitate militum animos sibi cōciliabat, ⁊ suis iussis nihil parere recusantes in medios hostes deducebat. Alter terroribus, ⁊ penis, ⁊ mali assuetudine militum animos efferebat. Alter autem comi-

tate sua nõ auersos, sed deuotissimos sibi milites reddidit. alter,
vt timorẽ militibus iniiceret, singulari imanitate crudeliter filiuz
occidit. at alterius neqꝫ facilitas auctoritatẽ, neqꝫ seueritas mili
tũ amorẽ diminuit. Horũ lꝫ diuersa studia, disiũcteqꝫ gubernãdi
rõnes extiterint eũdẽ tñ victorie fructũ, similes triũphos, neqꝫ di
spares honores pepererũt. Quibus rebus vt nõ parua admira-
tione ducimur, ita inter ꝓbatos milites nõ inutiliter queri põt,
plus ne possit feritas in regẽdo exercitu, q̃ꝫ humanitas. Torqua
tuz aliq nõ abs re laudãt, qꝛ sacramẽtũ militare, qȯ inuiolatũ eẽ
dꝫ, sũmo iure obseruari voluerit. iurauerat autem filius se iniussu
Cos. nunq̃ꝫ pugnaturũ, ẽt si certã victoriã videret. Quid, queso,
faciẽdũ est illi Imperatori, qui precepta sua precise obseruari cu
pit, qui mãdata sua nõ temere violare velit, q fidẽ sacramẽto da-
taz maximi faciat, eteniꝫ illũ Imperatorẽ, q sibi morẽ gerẽtes, ac
obsequẽtes milites habere desiderat, nõ solũ, q̃ imperare velit, sꝫ
ẽt qbus mod. iperata inuiolata reddat, cognoscere opꝫ. Certe q
dẽ ea nobis frustra precepta vñr, qbus nõ parere, in casumqꝫ di-
cta qbus nõ auscultare velimus. preterea cuꝫ eaꝫ legẽ, que vtilis
est reipub. sũmo iure obseruare debeamus, cur non iuste torqua
tus p̃rie amorẽ amori filij ꝑtulerit, p̃ria qppe qbuscũqꝫ parẽtibꝰ
potiori, ac priori loco habẽda est, atqꝫ iȯ vir magnanimus nulla
vel difficillima munera detrectabit, si salutẽ reipublice, si p̃rie vti
litatẽ inde pẽdere cognouerit. proinde is imperatorio noie mihi
dignus nõ videtur, q nesciat eam legem, qua dura est, cum duri-
tia precipi, ⁊ duriter, asper eqꝫ obseruari debere. enimuero non
solum, que primo seuere precepta sunt seueriori indigent iudi-
cio, sꝫ ẽt veluti iperator leges, q̃ ꝓxime naturã eius accedũt, mi-
litibus ꝓponit, ita ⁊ nã duce, illas suo in robore intactas ꝯserua
re meminerit. que sane si v̇a sunt, vt est Philosophoꝝ oiuꝫ snia,
ita ne mãlius q ferociores erat animi, ꝑcepta sua ferociter obser
uari imerito voluit, peccãtes acerbe castigauit, seuere i delinquẽ
tes aiaduertit. tacitus vtiqꝫ censet, i tegẽda multitudine plus pe
nã valere, q̃ꝫ lenitatẽ. Siquidẽ cũ duabus potissimũ rebus mo-
ueant̃ hoies, amore. s. ⁊ timore, sepe fieri videmus, vt ei, queꝫ ti-
memus, q̃ꝫ ei quẽ amamus, simus obsequẽtiores. at e diuerso va
leriꝰ, q aio erat ad oẽm comitatẽ, ⁊ mansuetudinẽ ꝓpẽsissimo, nũ
qd ipẽse laudãdus est, ꝙ milites suos facilitate, ⁊ innata sibi hu-
manitate, ad subeũda q̃cũqꝫ belli munia pellexerit. ille nimiꝝ le-
nitate sua flectebat, frãgebat militũ aios. nã si quos legũ ꝯtẽpto
res dignis penis afficiebat, nõ iperatoris seueritati, sꝫ legũ aspe-
ritati ascribebãt. persepe aũt vsuuenire solet, vt illos diligẽtius ⁊
amemꝰ, ⁊ admiremur, qbꝰ nihil (vt ait Liuiꝰ) est popularius. re-
cte comicũ illud in ore oiuꝫ est, familiaritatẽ nimiã ꝯtẽptũ pare
re, cũ ꝑfacile eũ, quo cũ familiariter viuimus, ꝯtẽnamus, ⁊ negli
gamus. tuꝫ notũ est oibꝰ, Scipionis humanitatẽ effecisse, vt mi-
lites rebellarint, ⁊ seditionẽ maximã mouerint, q̃ nõ alio, q̃ꝫ aspe
ritate, ⁊ feritate extigui potuit. anniballis itẽ crudelitas multis,
varijsqꝫ populis ꝯflatũ exercitũ i maximis bellice rei officijs ꝯti
nuit. Nihilominus tñ si Valerij igeniũ facilitatẽqꝫ spectaueris,
mea qdẽ snia, ꝓnũciabis, eũ talẽ iperatorẽ existere debuisse, cuius
benignitas i oẽs milites exuberaret. hic nõnulli pietatẽ magis,
q̃ꝫ crudelitatẽ humanita. plus, q̃ꝫ supbiã, ꝓdesse putauerũt. an ñ
Ap. Claudij imanitas exercitũ Ro. i sũmũ discrimẽ adduxit. ꝯ̃
nuꝫ Quintij humanitas amplã victorie ansaꝫ ꝑbuit. nõne timor
nos facilius in odiũ, q̃ꝫ amorẽ, ꝯuertit. plane mãsuetudo, ⁊ bene
uolẽtia multo plus i animis hominũ mihi posse videnẗ, q̃ꝫ feroci
tas, q̃ꝫ violẽtia. eteniꝫ Camilli humanitate citius faliscoꝝ vrbs
capta est, q̃ꝫ violẽtia. Fabritij liberalitas, nõ auteꝫ violẽtia, pyr-
rhum Italia expulit. Quid tandẽ non effecit Cyri apud Xeno-
phontẽ mansuetudo, ⁊ affabilitas. hic nos prudẽtis Imperato-
ris officium desideramus, cui diligẽter considerandum est, sit ne
ex socijs, an ex subditis ꝯflatꝰ exercitus. Socios nãqꝫ nõ penis,
aut asperitate, sed lenitate regẽdos esse arbitramur. atqꝫ ea de cã
Romano. Imperato. benignitatẽ necessariã extitisse dicimus cũ
plebs equalis esset cũ nobilitate ⁊ imperij, ⁊ auctoritatis. Si ve
ro iperator subditoꝝ exercitũ sibi cõparauit, ne plus equo insolẽ
tiores fiãt, ne nimia facilitas dãnũ pariat, pena (ea tñ modera-
ta) humanitati ꝑferẽda est. nos seueriori Imperio lenitatem pre
poni debere censemus. Nam illorum amicitia, quos neqꝫ armis
cogere, neqꝫ auro parare queas, officio, ⁊ fide paratur. at vero,
vt ne temere quicq̃ꝫ prescribere cuiq̃ꝫ videamur, qua lenitate, ⁊
facilitate vel ꝯciliãdi, vel retinẽdi sint militũ animi, qua ꝯ̃ seueri-
tate, ⁊ supercilio in viam, si qñ ab officio recedant, reuocandi, il-
lud ipsum prorsus prudentis, ⁊ sapiẽtis Imperatoris sit iudiciũ,
qui a principio sagaciter suoꝝ mores, ingeniaqꝫ notet, obseruet,
ꝑspiciat, ꝑspecta ad eas potissimũ res dirigat, quas ab illis ꝑ re
nata, vt sunt varij in bello casus, peragi debere ꝓuidebit. Sum-
ma igiẗ nr̃i huiusce ꝯsilij est, iperatoris prudẽtia iudiciuꝫ, nutus.

Crimina militaria. Cap. j.

t Urpissimũ forsan, ac indignũ Sapienti
videbiẗ, hoc loco militũ cri-
mina pertractare, quos ad oẽm virtutẽ ⁊ ad quasqꝫ
res ꝑfectissimas tam diligẽter cõposuimus. eteniꝫ qs
non absurdum existimabit in bene instituta formataqꝫ militia
nequissimum hominem inueniri queꝫ vel legibus coercere, vel ca
stigare oporteat. nam qui perfectam rempublicam nituntur con
struere, atqꝫ ideo tum condendis legibus, tum presignando mi-
litibus tramite, quo illuc peruenitur, dies, noctesqꝫ consumunt, si
nõ ex voto res cedere, operamqꝫ, ac oleũ aliqua in parte sese lu-
sisse ꝑspiciãt, qd vel facturos, vel dicturos existimas, abijciẽt ne
suũ ꝓpositũ, ac in medio cursu (re nõdũ ꝑfecta) ꝯsistẽt, vel ad ope
ris p̃ncipiũ sese referent. ego illic ꝯsistere, si vlterius nõ datũ est ꝓ
gredi, satius existimo. Qui nãqꝫ supremũ virtutũ apicẽ asseq ne
queũt si medio in cursu ꝯstiterint, multo pluris faciendi sunt, q̃ꝫ
illi, q partes tm̃ infimas attigere. audebit ne is reipublice milita
ris dñs, nõ quid fiat, vt est legislatoris officium, sed quid facien-
dum sit inspicere. roma. cũ intelligerẽt, nihil esse tam sanctum, qȯ
non aliquando violaret audacia, sapientius fecisse existimantur,
ꝙ supplicium in paricidas singulare excogitauerint, q̃ꝫ So-
lon, qui cũ interrogareẗ, cur nulluꝫ in eos suppliciũ ꝯstituisset, re
spondit, se id neminem facturuꝫ putasse. Quamobrem nõ absur
duꝫ, sed potius necessariũ ducimus, in hac potissimũ parte militi
bus leges prescribere, vt ⁊ ois militia legibus munita sit, ⁊ ipsa
crimina supplicioꝝ acerbitate reprimanẗ. neque eniꝫ Deoꝝ, he-
roũue, q ex Dijs nati sunt, iura scribimus, sed hominũ, quos ne-
que vsque adeo prudentes sapiẽtesqꝫ experimur, vt legibus nõ i
digeãt, neqꝫ adeo insanabiles, ⁊ efferatos cognouimꝰ, vt legibꝰ
q̃ vel coerceãt, vel ꝯdẽnẽt, ceu fulmine aliquo terreri, aut medici
na sanari non possint. Enimuero, vt bene institutũ Militem no-
lumus aliqua criminũ labe deturpari, ita summopere timemꝰ, ne
q tali morbo laborãtes reperianẗ cui si medicinã adhibuero, fa-
cile fiet, vt ⁊ duces exercituũ, ⁊ legionum prefectum nõ minimuꝫ
ꝯmodum se consequutos credant. Arrius menander libro prio
de re militari, ꝓpriũ militare delictum ait esse, qȯ quis, vti miles,
admittit. dicitur aũt miles committere delictũ, si quid aliter fa-
ciat, q̃ꝫ disciplina cõis exigit, cuiusmodi est segnitie crimẽ, vel cõ
tumacie, vel desidie. crimẽ qdem committitur, quando nocendi,
voluntas intercedit, ceterum si quid ex improuiso casu potius, q̃ꝫ
fraude accidat, fato plerũqꝫ, nõ noxe, assignabiẗ. iȯqꝫ Antonius
imperator herculiano, alijsqꝫ militibus rescripsit, si quis militũ ꝓ
bauerit, nõ occidendi aio hominem a se percussuꝫ, homicidij pe-
nam remitti debere, ⁊ scdm militarem disciplinam sententiaꝫ pro
ferri. atqꝫ si a milite in eo campo, quo exerceri solitus ẽ, crimẽ est
admissum, nulla eius culpa intelligiẗ, veluti dũ iaculis ludit trã-
seuntem seruũ si traijciat. Si tamẽ alio loco, q̃ꝫ qui ad exercitan-
dũ militibus destinatus est, id admiserit, culpe reus ẽ. preterea lꝫ
in penis, que militibus infligunẗ, iura ipsa sint atrocia, vt. j. latius
persequemur, mitius tñ in infamie casu cũ ijs agiẗ, quam cũ alijs.
nam notati milites ex eo delicto, quod in paganorum personam
potest cadere, post missioneꝫ famosi non sunt. Adeoqꝫ nota, q̃ ꝓ
pter delictũ militare intercessit, estimationẽ militis veterani lede-
re non censebiẗ, q̃ꝫuis quedam delicta pagano aut nullaꝫ, aut le-
uiorem penam irrogent, militi vero grauiorem. verũtamen miles
per infamiã, si qua illi iniusta sit, miles esse desinet. neqꝫ eniꝫ patie
mur quenq̃ꝫ infamem militari sacro vel obligari, vel obligatum
in hac nostra militia ꝑmanere. sunt igiẗ criminũ militariũ plures
spẽs, quas suo ordine demõstrabimas, q̃ꝫ q̃ꝫ res multi negotij sit,
⁊ finiũ nõ ita admodũ breuiũ. nẽpe, vt variũ est hominis ingeniũ
vt varie quorundã effrenate mentes, ⁊ ad oẽ scelus ꝯcipiendum
proiecte, ita varia ebulliunt subinde in exercitu crimina qbus cõ
stitutas ab antiquis penas, vix quidẽ reperias. nos vero, q̃ ꝓ ma
iorũ normis crimini militibus verti possunt, tantũ ꝯsectabimur.

Qui hostibus se dedunt. Cap. ij.

p Rimum igiẗ de ijs, q hostibus se dedũt, tra-
ctemus, quorũ crimẽ tanto longius
a nobis propellendũ est, q̃ꝫto diligentius in delinquẽ
tes animaduertere dẽmus. naꝫ nulla maior pestis in
toto exercitu futura vr̃, q̃ꝫ cũ vires ipse ad hostes deficiunt fit. n.

vt, ibi

vt, ibi robur fortissimum qđ parauerás hostibus sit auxilio, vt ho
mines quos i vsus tuos educaueras, erudieras, instruxeras, eru
ditos. instructosq; hostes habeát. Que autem maior cótumelia,
q̃ fructũ seminare, qué alij demetant. Ne itaq; militibus prestet
occasio, nulla tentata belli fortuna hostibus se dedere, grauissi
mũ id crimen apud antiquos est habitũ, atque quo maiori in di
gnitate constituti sunt, eo grauiori pena affici debent. iurisconsul
tis quoque, dare se milité, cui nó licet, graue crimen habet, ⁊ au
getur, vt in ceteris delictis dignitatũ gradu, ⁊ specie militie cuius
modi sunt ⁊ illi, qui armis victi hostibus sese dediderunt, quos
Paulus scripsit postliminio carere. ego quoq; in hostium nume
rũ referendos céseo, cũ ⁊ malo consilio, ⁊ animo proditoris pa
triá relinquant. Jis cũ a iure nullá penam certá infligi reperiam
Imperatoris arbitrio puniendos relinquo. Prudenter aũt fa
ctũ iperatoré existimo, si maxime ad maioꝝ exépla se referat,
atq; animo suo infigat, a roma. Brutios, qui primi ex tota Ita
lia ad Anniballé desiuerát, ignomine cá nó milites scriptos, ne
que pro socijs habitos, sed magistratibus in prouincias eunti
bus parere, ⁊ preministrare, seruorum vice, iussos. Sequebantur
itaq; illi duces, ⁊ iperatores, vel vt ij, quos in scenicis fabulis Jo
rarios dicimus, atq; alios, vt iussũ erat, aut vinciebát, aut ver
berabát. sunt preterea apud historiographos varia huius crimi
nis exépla. ná orontes qdá eqtũ pfectus, cũ eplá ad hosté Cyri
scripsisset, q̃ pollicebat, se cũ eqtũ turma ꝑpedié affuturꝝ, lrís, a
Cyro deprehésis, ac grecoꝝ Ducibus ꝯgregatis, ꝑ Cyrũ morti
est ꝯdénatus. legit ité, legioné Campaná, que Rhegium occupa
uerat, ⁊ deinde obsessa deditionẽ fecerat, ideo securi percussam
esse. Federicus impera. neapoli. regnum possidens Henricũ filiũ
ꝙ ab eo ad hostes defecerat, in apuliá relegatũ, dum e Germa
nia in Italiá rediret, nouosq; subinde motos audiuisset ꝯcitari,
in carceré ǒtrudi, atq; necari iussit. Eteldredus Angloꝝ rex ab
danis bello grauissimo ipetitus classẽ munitissimá parauit, cui
Elfricus vir ⁊ animo, ⁊ viribus ferox prefectus est, ceterũ nescio
qua de cá minus fidus extitit. Ná aduétátibus danis simulato
animo obuiá factus duꝫ pugná se fingit expedire ad hostes de
fecit. Cófecta tádé pace, ad Regé redijt, veniáq; cómissi delicti
nó facile imperauit, at vita oculis tñ pro crimine effossis dona
tus est. Neq; solũ eos, qui maligno animo ad hostes desciscũt,
puniri velim, sed ⁊ eos preterea, qui partes hostiles fouét mul
ctádos céseo, ná qua in cá deteriores illi iudicádi sunt ꝙ armis
iuuent hostes nostros, eadé ⁊ isti, qui etsi armis id qđ iampridem
animo ꝯceptũ est, perficere nequeunt, attamé iuuát opibus, iu
uant cósilio, iuuant monitionibus, quibus plerũq; nostri cona
tus frágunt, idcirco si quis militariũ, aut nobiliũ inter ꝯstátũ fa
miliares insimulatus fuisset, rumore tenus hostes fouisse, iniecto
onere cathenaꝝ i modũ belue trahebat, neq; vsq̃ vinculis erat
exsolutus. Sunt preter id ét militariter puniédi, qui, post deser
tioné in aliaꝫ militiá nomé dederũt, legi ue, sese sunt passi. idq; im
peratores nó in desertorum tantum odium, sed ⁊ in suam ipsius
vtilitatem, ac prestantissimum militie decorem constituerunt.

¶ Emansores, ⁊ Desertores. Cap. iij.

PRorimi sunt ij, quos emásores, ⁊ deserto
res dicimus, q tñ in hoc differũt
ꝙ emásor est, q diu vagatus ad castra regredit, deser
tor vero, q ꝑ ꝓlixũ tépus euagatus reducitur. hic ló
go tépore absens est. ille vero modico tépore, veluti die vno, ab
fuit. Edictũ aũt Germanici Cesaris milité desertoré faciebat, q
diu abfuisset, ac nullo facto discrimine, inter emásores habebat.
Sed siue quis die vno, aut paruo tpe absens redeat, ⁊ offerat se,
siue deprehésus offerat is désertorũ penas euitabit, est. n. tñ emá
sor, nec interest, cui sese offerat, vel a quo deprehédat. ergo leui⁹
edictũ emásoris hẽ vt erronis in seruis desertoris grauius vt i fu
gitiuis. debét aũt emásionis cáe examinari, cur, vbi fuerit, qd ege
rit, ⁊ dat venia valetudini, affectioni parétũ, ⁊ affiniũ, ⁊ si seruuꝫ
fugiété est ꝓsequutus, vel si qua hmói causa sit. Sed ⁊ ignoranti
adhuc disciplinã tyroni ignoscitur. est itaq; militaris iudicis offi
ciũ (cui maxime cauédũ est, ne mulctá immerito inferat) ꝯsidera
re, eos, qui cómeatus spaciũ excesserint, emansoris, vel deserto
ris loco esse. In quo habéda est ratio dierum, quibus tardius re
uersus est, ité tpis nauigationis, vel itineris. ⁊ si se ꝓbat valetu
dine ipeditũ, vel a latronibus detétũ, similiue casu morá passum,
dũ tñ nó tardius a loco se profectũ ꝓbet, q̃ vt occurere possit in
tra cómeatum, restituédus est. Cómeatus autem (vt. s. diximus)
parcissime dari dꝫ, ná vel diuti⁹, vel longius a signis euagari mi
lites nemo nó turpissimũ existimat. ideoq; apud roma. lex milité
ab auditu tube ↄistátem in hostiuꝫ numerũ referebat. Qđ Sci
pio argute obseruasse legit, vt, anteq̃ pergeret ad delendam car
taginem, milites ad inertiá, auaritiaꝫ, rapinasq; sub pisone assue
tos in melius reformaret, bellicisq; rebus assuefaceret. neq; tñ
oés desertores similiter sunt puniédi, sed hẽ ⁊ ordinis, ⁊ stipen
dioꝝ ratio, ⁊ gradus militie, vel loci, vel muneris deserti, ⁊ ante
acte vite, sꝫ ⁊ numeri, si solus, vel cũ altero, vel cũ pluribus deser
uit, aliudue crimen desertioni adiunxerit. Item temporis, quo
in desertione fuerit, ⁊ eorũ, que postea gesta fuerunt Sed si vltro
fuerit reuersus, nó necessario, non erit eiusdé sortis. desertoꝝ aũt
pena apud iurisconsultos hoc mó statuit, Qui in bello deseruit
capite puniédus est, siue pedes, siue eques. Qui in pace deseruit,
eques gradus pellédus est, pedes militiá mutat. desertor si i vrbe
inueniat, capite puniri dꝫ, alibi aprehensus ex prima desertione
restitui potest, iterꝫ deserédo capite puniendus est. Qui desertio
ni aliud crimé adiũgit, grauius plecti dꝫ, ⁊ furtũ factũ sit habebi
tur velut alia desertio, vel si plagiũ factũ, aggressura abigeatus,
vel qd simile accesserit cuiusmodi meminerũt historiographi ma
terni cuiusdá militis, cui nó satis fuit, castra deserere, ⁊ adscita ꝑ
ditoꝝ manu, vicos, agrosq; populari, captiuos e vinculis ac car
cerib⁹ eximere, sed ⁊ cómodũ imperatoré obtrũcare decreuerat.
Is tádé iussu Imperatoris cóprehésus capite mulctatus est. pre
terea nolũt iuriscósulti, eũ, qui in desertione fuit, si se obtulerit, in
insulá deportari. verũtñ diuus pius iussit desertoré, q a patre suo
fuit oblatus in deterioré militiá dari, ne videat pater ad suppli
cium filium obtulisse, est enim nó nihil pietati paterne indulgédũ
si quis aũt post qnquénũ desertionis sese obtulerit, diui seuerus
⁊ Anto. deportari voluerunt. hoc loco veluti pro accidentium
rerum, seu qualitatum differentia penas diuersis casibus diuer
so ét modo irrogari cognoscimus, ita ⁊ antiqui varie i suos dśer
tores animaduertisse legunt. anno tertio belli punici, L. posthu
mio, ⁊ Q. Emilio Coss. morte mulctati sunt ij, q signa Romana,
aut castra deseruerant, profuitq; non minimũ ea iperatoré seue
ritas, effectũ est. n. vt, cũ carthaginéses multo plures essent, ca
stra tñ nó defensa solũ, sed ⁊ hostes cũ multa cede in Vrbeꝫ sint
reiecti. spartani item militie desertores magistratu omni repelle
bant, eis vxoré ducere non licebat, obuius quisq; cedebat, barbá
partim radebát partim nutriebát, squallidi, abiectiq; circũ ciuita
té ibát. auidius imperator multis desertoribus manus, alijs cru
ra icidebat, ac poplites, dicés, maius exéplũ eé criminosi viuétis
miserabilẽ, q̃ occisi. publio Cornelio nasica, ⁊ decio Julio. coss. q
exercitũ deseruerát, dánati, virgisq; cesi publice venierunt. An
no ab vrbe ꝯdita quingentesimo quadragesimo scđo, senatus ro
manus decreuit, militibus, q ad cannas ꝯmilitones suos pugná
tes deseruerát, républicá ꝯmittendá non esse. Si tamé M. clau
dio ꝓconsuli aliter videret, faceret, qđ e republica, fide q̃ sua du
ceret, dũ ne qs eoruꝫ munere vacaret, neu dono militari, virtutis
ergo, donaret, neu in Italiam reportaret, q̃diu hostis in Italia
esset. Dauid scđs eo noie Scotoꝝ Rex, quondá regno expulsus
cũ in Scotiá redijt, nó imemor eorum, qui pugná deserédo cladi
sue initiũ prebuerant, Duces ipzimis mulctauit, Robertũ stuart
regni hẽdé scriptũ exhẽdauit, comité Melchiaꝝ, q alter exercit⁹
Dux fuerat, agri parte mulctauit. Et, vt oés militaris disciplina
obseruaret, vnũquenq; ꝑ merito leuiter castigauit, ne peruersus,
dánosusq; mos ille deserendi regé in prelio, si neglectus fuisset in
ueterasceret. in quo iure laudandus rex ille videtur, qui non duci
bus exercitus, non regni heredibus, nemini demũ pepercit. quin
potius accusandus Antonius, ac desertoꝝ pena afficiédus esset
vt pote q, cũ ꝯ cesaré dimicaret, atq; cleopatra prima fugá capes
seret, fugientis Regine, q̃ pugnantis militis sui, comes esse ma
luit, ⁊ iperator, qui in desertores seuire debuerat, primus ipse de
sertor exercitus sui factus est. Theodosius iperator eũ desertoré,
q a signis abijsset belli tpe, agro, tecto ve recipi, nefas eé voluit,
eosq;, qui prudéter, vel sciéter desertores reciperent, capite dána
ri, ac dñm predij, si modo conscius fuisset, predium amittere san
xit. addidit leo imperator, si desertores inuenti resistendũ armis,
atq; repugnádũ putauerint, tanq̃ rebelles opprimi dñt. Archa
dius. ⁊ honorius liberius ꝑmiserũt cuilibet desertores opprimere
vt ꝑ quiete cói vltio publica exerceretur. in quem modum apud
Scotos statutũ est, vt is, q metu acié deseruisset, aut castris (non
obtento a Duce ꝯmeatu) ꝓfugisset, impune a quouis necaretur,
oiaq; eius bona fisco ascriberent. Marcus, ⁊ Antonius bona
eoꝝ, qui in desertione diem extremũ obijssent, confiscari constitue
runt. constat enĩ historijs, leges apud Romanos non desertio

nis tantum, sed etiam minime negligẽtie fuisse prorsus capitales Ducesq; (Vespasiani maxime temporibus) magis q̃ ipsas leges terribiles extitisse. Nam et imperatores Gratianus, et Valentinus seruos libertate donauerunt, qui desertores militie prodiderant. plane in tam varijs desertarum penis iudex diligenter animaduertere debet et persone, et tẽporis qualitatẽ obseruando tum iura, tum exempla, que .s. posita sunt, ac nõnunquã ex causa eum, qui militie tempus in desertione ipleuit, vt ait modestinus, emerito priuare, et si plures, primo deseruerint, deinde intra certum tẽpus reuersi sint gradu pellere, et in diuersa loca distribuere, Tyronibus parcere, qui tñ si iterum hoc admiserint, pena vitio digna sunt afficiendi. Hic tu vides, cui et ipse iubens assentior in optimi imperatoris officio esse, vt nonnũq̃ penas mitiget, vt locorum, et rerum qualitates sese offerunt. qđ in hoc desertionis crimine Fabius maximus fecisse legit. Is nãq; in marsum quẽdã militẽ desertionis accusatũ nullã aiaduersionẽ statuit, sed duces pmũ vehemẽter accusauit, q nõ pro meritis illi honores ipertiebant inde eum bellico equo, alijsq; militaribus premijs donauit, et postea fidelissimũ hominẽ habuit. Istud etsi sit clementie Fabij summum exẽplũ, est tñ certissimũ, milites ab imperatoribus ex desertionis cã in militiam restitutos fuisse. de quibus Gordianus imperator scripsit, nõ recte desiderari ab ijs, qui indulgẽtia principis restituti sunt, vt id tẽpus quo in desertione fuerunt, habeant, ac si in castris fuissent, ideoq; licet restituant, non tñ stipẽdia tẽporis, quo in desertione fuerunt, poterũt exigere. cuius quidem statuti Tarentinus paternus prius meminerat, scripsit nãq;, ex causa desertionis notatos, ac restitutos, tpis, quo in desertione fuerunt, stipẽdijs expungi debere. q si ratio ꝯstiterit, neq; desertores fuisse appareat, omnia stipendia citra tẽporis finẽ debẽr restitui. dici autem nõ põt, q̃ graue sit desertionis crimen cũ nulla nõ videat iperator calamitate affligi, quẽ multi in summis bellorum difficultatibus deserunt. verũtamẽ is animo frangi nõ dz, sed vel desertionis insimulatos dignis penis afficere, vel eam molestiã, quoad poterit, pferre necessum est. Fieri enim potest, vt dux necessitati coactus aliquando paruerit, proborũ militũ mediocritatem sibi multo plus, q̃ desertorum multitudinem pfuisse sentiat.

¶ Transfuge. Cap. iiij.

a Arrius Menander eum dicit esse transfugã, qui captus, cũ poterat redire, non redijt. Itẽ eũ qui in presidijs captus est, et redire poterat, nõ tñ si ex improuiso capiatur, veluti dum epistolam fert, aut dum iter facit. Paulus decidit transfugam non eũ solum accipiendum, qui aut ad hostes, aut in bello trãsfugit, sed et qui per induciarum tempus ad eos, quibuscum nulla amicitia est fide suscepta trãsfugit, iter trãsfugas numerari solet. dicimus itaq; cũ iuriscõsulto, trãsfugam, vt fugitiuũ, ab effectu animi intelligẽdũ esse, q se illuc eo animo ꝯferat, vnde abduci non possit Erronẽ quidem eum dicimus, qui nunquã fugit, sed frequenter sine causa vagatur, et temporibus in res nugatorias consumptis serius ad dominum redit. cum itaq; non patriam solũ reliquisse, sed et peruerso animo in patriam cum hostibus dimicare, sceleratissimum sit, et flagitiosum, nunc videndum est, quibus penis trãsfugas afficiemus. Paulus iurisconsultus sanxit non tantum trãsfugas, sed et eos, qui consiliorum nostrorum sunt Renunciatores (quos et transfugis comparamus) aut viuos exuri, aut furca suspendi. vlpianus autem non ea pena damnari, vt vel verberibus necentur, vel virgis interimantur, vel tormentis (quamquis plerique dum torquent animã efflare soleãt) sed viuos exuri voluit. Emylius macer plerũq; capite puniri, et exautoratos torqueri, cum pro hoste, non pro milite, haberi eos oporteat. modestinus quoq;, pari sententia, eum, qui volens transfugere deprehensus est, capite puniri debere declarauit, eumq; pariter, qui ad hostẽ trãsfugit, et redijt, torqueri, vel in furcam damnari, quamuis milites, vt .j. dicetur, nihil eorum pati debeant. At enim illos nõ pro militibus, sed pro hostibus haberi dicendum est. trãsfugas igitur et iurisconsultorum sententia, viuos exuri, aut capite damnari prudens iudex arbitrabitur. cuius quidem rei si ab historijs testimonium locupletissimum requiris, cedat in exemplum Fului[9] senatoris filius quem in itinere retractũ parens necari iussit, cũ ex pluribus vnus esset, qui extra coniurationem ad Catilinam initio pfugerãt. Cedat turpillius prefect[9] oppidi, qui ex omnibus vnus profugerat, iussus tandem a Metello in numidia causam dicere, postq̃ sese parum expurgat, condemnatus, verberatusq; penas capite soluit. accedat Nicola. Bembreus eques nobilis apud Anglos, qui, cũ ex pugna exoniensi in vualliã profugeret, deprehensus, ac Londinum deductus est, et a Ricardo secũdo rege, presentibus illic Ducibus, capitis dãnatus, publice mulctatus est. Est quoq; in Annalibus, quemadmodum, temporibus constantij Imperatoris Romani, milites in pugna aduersus Persas latentem militem inuenerunt, qui Duci oblatus, atque varia loquutus docet, vt apud parrhisios in Gallijs natus, et equestri militans ordine, vindictam commissi facinoris timens, ad psas profugus abierat, exinde morum probitate spectata sortitus erat coniugem, ac liberos susceperat. Inde speculatorem se ad hostes missum sepe verum nuncium reportasse, tũc vero a Transapore, et Hobodario optimatibus missum ad eos redire perlaturum, que dedicerat. Illi autem cognitis omnibus, vt transfugam occiderunt. Apud scriptores etiam legas, cum Pompeius oppidum ventispõte incendit ea de causa presertim, q contra sua presidia portas clausisset, militem, qui fratres in castris Cesaris iugulauerat fugientem a Cesarianis militibus interceptum esse, et fuste percussum, licet ille non proditoris animo, sed iudices, ac ipsius denique iuris religione pertimescens, patriam reliquisset. Peruulgatum est Q. Fabium maximum pro clementia sua ac assueta mansuetudine dexteras transfugarum, eorumq;, qui in Romanorũ presidijs ad Hostium stationes confugerant aliquando preter iuris equitatem, ac seueritatem precidisse, idq; tantum, vt defectionis metum reliquis inijceret, defectiones enim prohibendas, ac, si fieri potest oratione precipue placandas censebat. Adhec legimus, aliquando a Romanis in obsidione Capue .lxx. ex trãsfugis captos ac mulctatos virgis, et manib[9] tãtũmodo pcisis Capuã reductos fuisse. ex ijs cuilibet facile est colligere, non certam penam a maioribus in hoc crimine obseruatam fuisse, quinimmo alios pro rerũ qualitate, vel horum differentia aliter, ac diuerso modo iudicasse. id tamen, qđ a iurecõsultis decisum reperitur, potius obseruandum (si modo nulla subest ratio, que probum iudicem mouere possit) iustissime censuerim. neq; tantum iurisconsulti transfugas penis presentibus mulctatos voluerunt, sed et addiderunt, nullũ illis esse postliminiũ. iõq; nullum beneficium a maioribus tributũ fuisse, nihil omnino spei in republica relictum, nihil commodi illis concessum extitisse, q malo consilio, et proditorum animo patriam reliquerint. quod pfecto non absq; ratione grauissimum crimen existimandum est. Metrodorus enim, q hostem fugientem sciens recepisset, in insulam deportatus est. philoctetes, q eundem illic occultari non ignorans, diu dissimulauerit, in insulam relegatus est. Tanta aũt fuit apud antiquos huius criminis macula, tãtoq; in odio apud Romanos habiti sunt transfuge, vt diuus Hadrianus rescripserit, ei, qui transfugit, et postea multos latrones apprehenderit, ac transfugas demonstrauerit, parci posse, admonito tamen, ea non permitti oportere, ne quicq̃ male agendi detur occasio. videant itaq; imperatores, si aliter a transfugis exercitus liberari neqat, quantum illis concedatur, quid liceat permittere, etiam alias phibitum, quandoquidẽ iura concedunt, vt vnicuiq;, etiam caligato, licentiam dare possint et perquirendi, et capiendi transfugas, eosq; seruos suos, velut hostes, efficiendi. Nam qui ad hostes se conferunt, desciscuntq; ab ijs, quorum sub Imperio militant, non amplius Ciues, aut milites iudicandi sunt. patria nanq; illũ ac pater, parentesq; amittunt, atq;, quod multo magis inspiciendum est, ipsam militiam, quam sortitus est, relinquit. fuit autem parentibus romanis semper disciplina castrorum antiquior quã liberorum charitas. quo magis nobis, qui veterem illam disciplinam diligenter persequi studemus, studiose cauendum est, vt ne latum quidem vnguem ab illorum vestigijs preceptis exẽplisq; deflectamus. Ideoq; nobis obseruandum id duco quod antiqui rectissime fecisse videnẽ, transfugas scilicet, detractis armis ne quid insidiarũ, simulata transitione, moliri possent, in postremam aciem rejcere. ita sapiẽter Fabritius perfugam, qui a Pyrrho in castra romanorum venerat, potius reducendũ curauit ad Pyrrhum, q̃ apud se retinere eum, qui consilia sua aduersarijs denunciare posset, licet is perfuga grauem imperij romani aduersarium se e viuis sublaturum polliceretur.

¶ Seditiosi. Cap. v.

q Quandiu eadem erit hominum natura, tantoq; fortuitorum mutationes contingent, rerum naturam maxime cupidi non poterũt non infinitis illecebris in varias partes induci. Ac multo magis in bello (quod, q copiam rerum subtrahit, multorum

rum impetū accōmodat) q̄ in pace, qua tū publice, tū priuatim melius homines sentiunt atque in odiosas necessitates tam faci le incidere posse non videntur. Itaque si ciuitates, vel rerum no uitate, vel conatus solertia, vel vltionis insolentia seditionibus agitate sunt, bella etiam quibus preceps indignatio virilitati, summa temeritas fortitudini, modestia ignauie ascribitur, isto morbo laborare nemo dubitauerit milites enim cum videant alios iuste, alios vero iniuste plura possidentes, vel lucri cupidita te, vel honoribus irritantur & accenduntur, Accedunt illis pre terea contumelie, metus, contemptus, negligentia, verecundia, dissimilitudo, quibus ad seditiones etiam bene institute respu blice disponūtur. Nam vnumquodque corpus, si modo parti bus suis omnibus constat, decenti harmonia commensurari dz, & crescere, que si lineam suā, numerosq̄ pretergreditur ipsuz totū corrumpi necesse est. Pedem enim bicubitalē si corpori palmo rum duorū aptaueris in alterius animalis figuram transire opz, ac citissime totum animal deficere. Ita & in militia nostra si quid latenter succrescat, si suo loco non seruet equalitas sensim obre pet seditionum pernicies. Quibus etiam preter ista magnū erū pendi argumētū prestatur, dum aduenas atque extraneos in mi litiam asciscimus. Sybarim vna cū trezenijs incoluerunt Achei qui postea maiorē in modū crescentes trezenios pepulerūt. apud Bizantium aduene in oppressionem ciuium coniurati, prelio ex pulsi sunt. Antissei. exules e Chio susceptos armis tandem deie cere. tanclei, qui Samios receperant, ab eis sunt ciuitate ppria deiecti. Syracusani post expulsos tyrannos, cum hospites, & cō ductos milites ciues suos fecissent, in seditionem maximā incide runt. Itaq̄ si in perfecta militia, noua queque vel atrocissima au demus, ea non ex vtilitate publica, sed voluptate nostra me tientes expeditos militum animos concitationibus facile re plebimus. Quod vt prudenter cauere debemus, ita vt diligen tius caueamus, leges nobis ponēde sunt in quibus omnis salu tis spes ac seditionū remedia reponi debere videnē. Quas si cuz ea diligētia, que ab imperatoribus requiri solet, obseruauerimus non minorē gloriam, q̄ Julius ille Cesar, qui cum in ceteris cri minibus conniueret, seditiosorum tamen, & antiquisitor, & puni tor erat acerrimus, assequemur. Is, oborta seditione facilime ca stra sedabat, fidē militū reparabat, ingrauescētē seditionē repri mebat, idq̄ talē prudētiā, tale ingeniū, ac parē grauitatē in nr̄is ducibus desidero. modestinus iurisconsultus sanxit, eos, q atro cem seditionē ɔcitarent inter milites, capite puniri debere. sed si intra vociferationē, aut leuem querelā seditio mota est, tunc gra du militie deijciēdi sunt seditiosi. cū aūt multi milites in aliqd fla gitiū ɔspirāt, vel si legio deficiat auocari militia solet Archadi⁹ & Honorius imperatores nō eos tm̄, qui cū priuatis, sed & cum Barbaris factionē seditiose inierint, aut factionis sacramētū su sceperint, bonis fisco addictis, vt maiestatis reos, gladio feriri p ceperūt. Neq̄ eos tm̄, q seditionē ɔcitauerit, sz & qui pacis tur batores milites extiterint, capite puniri iura voluerūt. quibus af sentit neapoli. ɔstitutio, qua sancitū est milites seu quosuis alios seditionē in regno mouētes, aut bellū, ɔfiscatis bonis capite ple cti. cuius qdē pene exēplū locupletissimū iuli⁹ cesar nobis pbuit, q cū i Carnutes venisset petijssetq̄ pncipē sceleris, & belli cōcita torem Cutruatū ad suppliciū, oiuz cura celeriter quesitus in ca stra ɔductus est. atq̄ maxio militū ɔsensu, ɔ naturā suā coactus est Cesar ad suppliciū, & verberib⁹ exanimatū corpus securi feri ri precepit. Etiam anno ab Urbe condita. ccccclxlvij. & secundi belli Punici tertio, P. Cornelius Scipio ad milites orationē habuit, qua finita, per Preconē dānatorū nomina citata sunt, q nudi in mediuz protracti deligati ad palū, virgisq̄ cesi securi p cussi sunt, eoq̄ modo seditio militum apud sucronem in hispa nia incepta finem habuit, & exitum. trebonius primus ex ijs, qui in necem C. Cesari seditiose coniurauerant, a Dollabella, capi te abscisso sceleris penas luit. Alex. legiē macedones contuma cius se gerentes, ac ausos illi obstrepere acerrime obiurgasse, ip sosq̄ tumultus autores manibus comprehensos apparitori bus puniendos tradidisse. Tyberius Graccus seditionis accusa tus a populo Roma. interficitur, reliquiq̄ seditionis Comites necati, noctu in tyberiz piecti sunt. Ego tn̄ sp credidi, nō seditio nem concitasse Grachuz, sed eam ob causam potentioribus op pressum, q̄ Tribunus militum decretum vtile populo tulisset. Marinus Phaleri⁹ Uenetorū Dux quinquagesimusquint⁹ q̄ in rempublicam coniurasset, securi percussus est. Hic iuuat meminisse ingenue mulieris, que apud gentem Uenetam, impe rante Petro Gradonio quadragesimo nono Duce, lapide su perne deiecto Tepulum hominem nobilem (coniurationis ca put fugientē e ciuitate pene exanimauit. Ille postea cum socijs, ob seditionem, securi cesus est. Senatusq̄ mulieri, Posterisq̄ eius stipendium e publico decreuit. Selimus Turcarum Impe rator huius Solimani pater Janum Bassam, qui apud alcai rum seditionem excitare volebat, vt Cairbeius ciuitatis Pre fectus apud omnes, ac ipsum Principem male audiret in itine re capite puniri iussit, vt omnibus ostenderet non aduersus Im peratorem militari tumulti grassandum. veruntamen mitiores pene seditiosis nōnunquam a maioribus nostris inflicte sunt. Idq̄ ab ipso C. Cesare, qui aliquando oratione habita dum se ditiosos emendare vellet, C. Anieno Tribuno militū Decime Legionis dixisse dicitur, C. Aniene, q̄ in Italia milites popu li Romani contra Rempublicam instigasti rapinasq̄ per mu nicipia fecisti, quodq̄ mihi, reiq̄ publice inutilis fuisti, tuaq̄ ope ra militibus tempore necessario, Respublica caret, ob eas res, ignominie causa, ab exercitu meo te remoueo, hodieq̄ te ex Africa abesse, & quantum longe potes, proficisci te iubeo, idēq̄ te, A. Fontei, q̄ Tribunus militum seditiosus, malusq̄ Ciuis fuisti, ab exercitu dimitto. Ibidem T. Allienum, M. Tyronem C. Clusianum indignos iudicauit, qui in exercitu ordines duce rent, missosq̄ fecit, eosq̄, singulis additis seruis, in nauim impo nendos curauit. Is preterea nonnunquam seditiosos milites tā tummodo prede, & agri destinata parte mulctauit. Ille etiam cuz e Massilia celeri cursu Placentiam redijsset ad militum seditio nem componendam, dixit se velle Petreij leges imitari, vt sci licet legionis. que seditionem comouerat, decimusquisq̄ morte mulctaretur. Is tamen centuz tantum, & viginti seditionis prin cipes ab oibus selegit, duodecimq̄ ex ijs a ceteris selectos sup plicio affecit. De quo genere sortitionis, qd̄ auocata militia fie ri ɔsueuit nonnihil infra dicetur. Alexander Aurelianus Im perator, qui scrinij Magistrum vlpianum habuit quasdam le giones integras tumultuātes solū exautorasse legiē. C. Curio bello Dardanico circa Dyrrachiū, cū vnaz ex quinq̄ Legioni bus seditiosam vidisset, eam procedere iussit inermem, coegitq̄, ignominie causa, in conspectu armati exercitus stramenta seca re, postridie discinctos milites fossaz facere, nullisq̄ precibus ab eo impetrari potuit ne signa submitteret, nomēq̄ aboleret, mi litesq̄ in supplementum aliarum Legionum distribueret, que ta men nescio an forti viro ipsa morte pena hec mitior existiman da sit. Ueneti Petro candiano, quem pater in principatu sibi Collegā assūpserat, abrogauerunt Imperium, atque exiliū idixe rūt, q̄ seditionez in ciuitate solicitaret. is postea venetos hostilr insectatus est, nauesq̄ eoꝝ ad Rauenne litus oppressit. nun vides hic, q̄ mitissime cum seditiosis actū sit. ac ea forsitan de causa ve netis damnum, ac non minimum periculum conflatum est, quod facile, obseruatis iuris regulis, ac morte secundum eas mulcta tis seditiosis, euitassent. Quam ob rē eas potius imperatoribus ac Ducibus militaribus obseruandas proponimus, seruata ta men qualitatum, vt vbiq̄ fieri solet, differentia. ac si seditiosos tā to non dignantur honore, vt verberibus cesos capite plectant, in furcam, & suspendium condemnare possunt, romanorum exem plo, qui Lentulo, Gabinio, Cethego statilio, Cepario coniura tionis catilinarie que socijs, & reis, per iudices rerum capitalium laqueo gulam fregerunt. que licet pena militibus ab ipso iure nō infligatur, attamen in tanti criminis odium, maliq̄, quod latius serpebat, factum putauero, ac imperatores nostros, vt idem fa ciant, si aliter seditionibus purgari militia nequeat, & monemus, & hortamur. interea tamen non negligenda erat Hieronis Sci cilie tyranni cautela, qui cum sciret veteres Syracusanorum co pias, que ex conductis militibus erāt, instabiles esse, rerumq̄ no uarum cupidas, dedita opera exercitum in barbaros, qui messa nam tenebant, eduxit, castrisq̄ positis, Syracusanos equites pe ditesq̄ secum tenuit, quasi per aliud iter hostes aggressurus, con ductitium vero militem circūueniri ab hostibus, ac profligari pa titur, ipse diuerso itinere incolumis in ciuitatē reuertiē, atq̄ ita se ditiosis exercitum liberauit. qd̄ Stratagemā pterire noluimus.

Proditores. Cap. vj.

Etsi apud omnes hoc fe re receptum est, vt, quoscunq̄ belli tempore a pristi na societate deficientes in suam accipiant. eos tanti sper in delitijs habeant, duz illis vtiles, sunt, attamen si existimāt proditores fuisse, & male illis volunt, & peiores futuros censent, nemo enim vel amicitiarum, vel rerum publicaruz proditores in

eo numero habendos censeret, qui virtutis sunt vt studiosi. nemo extinctores, patrie oppugnatores amicorum, si patriā amat, ⁊ amicos, vllo modo probabit. nemo proditorum insidias, atqꝫ perfidiaȝ non insigniter notabit proditores autem apud iuriscōsultos ij dicuntur, qui libertatem produnt, quos in seruitutē redigere oportet, ad exemplum eorum militum, qui ad delectuȝ oliȝ non respondebant. Proditores ēt ij vocantur, qui rem sibi commissam exponunt hostibus. De quibus sancitum est capite plecti, vel exauctoratos torqueri, nam pro hoste non pro milite habendi sunt, Item exploratores, qui secreta nunciauerint hostibus, Proditores sunt, quos iura capitis penas luere debere iubent, mitius tamen cum illis agebat Egyptiorum lex, que ijs, q secreta hostibus aperuissent, linguam tantuȝ abscindi sanciebat. est ⁊ proditioni proximum crimen, ad Barbaros, tela, armaue deferre quibus ⁊ facilius nos oppugnēt, ⁊ difficilius expugnentur. Hos bonis Fisco addictis, capitalem penam subire Imperatores decreuerunt, ⁊ Paulus decidit, ferrum hostibus venundari sine capitis periculo non licere. Iis fere modis, quantuȝ ad rem militarem attinet, Proditores accipi comperio, quos ⁊ ex iurisconsultorum sententia capite puniendos esse censeo. id fecisse constat Edouardum tertium Anglorum Regem, qui, publico consilio vintonie habito, Edmundum Comitem Cantij, Patruū suuȝ proditionis insimulatum, ⁊ quod nonnullos nobiles concitasset, capite damnauit. Sunt varij supplicijs affecti proditores, vt grauitas criminis, Patrie mores Imperatorum prudentia expostulare videbantur. Nam legimus, Tullum Hostilium romanorum Regem iussisse, Metium suffecium proditionis rerum per Lictores primum verberibus cedi inde binis quadrigis iunctis, vni brachia, alteri pedes connecti ⁊ abigentibus aurigis quadrigas, laceratus humi, ac discipatus est. In quem modum Antonius Lyena Dux strenus, dum Ticini esset nostris temporibus in obsidione cum reperisset militem quendam, qui Gallis significauerat, in vrbe multam esse pulueris tormentarij inopiam, questioni subiecit, ac vbi crimen confessus est publice exenteratus membratim dissectus est, vt omnis materia in futurum tolleretur. Apud Athenienses nefas erat proditionis reum sepeliri, quo factum est, vt amici Themistoclis ossa eius clam domum reportauerint, atque in occulto humata sint. Belisarius item Ciuem quendam Carthaginensem Laurum nomine in proditione deprehensum, in colle quodā ante ciuitatem palo infigi iussit qui mos apud Turcas in hodiernum vsqꝫ diem inualuit. Cum veneti Patauium obsidione premerēt, Massolerius quispiā venetus in suspitiōeȝ venit sagittas literis alligatas ad hostē patauiū occulte mittere ꝯiectus in cōpedes venetias aduehitur, ⁊ dum crimen confitetur, in Curie suprema parte, iussu Michaelis Steni Ducis, laqueo suspensus est. Hic non superfluum videbitur, Amurathis Turcarum Imperatoris meminisse, qui cum Dibras ciuitate in Epiro obsideret, proditori ciuitatis magna premia proposuit, que spes perditum quendam corrupit, qui, obseruato tempore, cum Exploratoribus iuxta menia colloquutus, se proditurum ciuitatem mercede dicta pactus est. Dibra autem ciuitas est in editissimo saxi vertice sita, in qua neqꝫ irrige aque, neqꝫ fluminis vlla erat cōmoditas, vnicus tantum intus erat puteus ad priuata hominum commoda, ⁊ bellorum necessitates effossus. populus autem Dibrensis superstitiosus admodum. qua de causa proditor ille occasionem illinc nactus, canem demergit in puteum, quo conspecto, superstitiosus nimis populus tumultuatur, ac prope seditioneȝ res fuit. dibrenses clamant, se potius quasuis fedissimas, ac iniquas pacis conditiones admissuros, quā hausturos inde aquaȝ. Hos cum perlatus a Georgio Castrioto epirotarum Duce vrbi prefectus oratione flectere nequiret, aqua etiam puteo coram omnibus epota, ciuitas Amurathi sese dedidit. proditor ille a Turca quinquaginta Asprorum milibus, ⁊ tribus vestibus insignis pretij, ⁊ artificij donatus est. sed paulo post tempore, cum Amurathes nafqꝫ fidendum ei duceret, qui patriam, socios, ac domesticum sanguinem prodidisset, a suis occidi iussit, proditores eniȝ pena certissima manet, quantumuis tarde adueniat. carolus vero Imperator in Philippum austrie Ducem bellum gerens, cū tribus ordinum ducibus magno pretio egit, vt Philippo fugaȝ suaderent, id quod accidit. Illis autem reuersis, vt proditionis premium acciperent, adulterinos aureos nūmos nūmerari iussit qui domum abeuntes, vbi adulterinos cognouere, iterum ad imperatorem redierunt, conquerentes de falsis nummis exsolutis. Imperator aūt proditores. ⁊ plagiarios appellans domo iussit expelli, dicens, adulterino auro adulterinū opus ꝯpēsari debere.

plane cuius ope, ꝯsilio, dolo malo ꝓuincia, vel ciuitas hostibus ꝓdita est, ꝑt maiestatis crimine accusari. scripsit nanqꝫ Sceuola, cuius dolo malo exercitus ppli romani in insidias deductus, hostibus ve ꝓditus erit, crimine lese maiestatis accusari posse. qui ꝑterea proditiones indicio suo detegunt, si serui sunt libertate, ⁊ ciuitate donādos censeo ad instar Bruti, qui vindicio vitelliorū Seruo libertateȝ dixit, qd̄ coniurationem, ⁊ proditionem aliquorum, ⁊ vitelliorū indicauerat. Proinde in tanti criminis odiuȝ quod alias fieri nequit, audiuntur mulieres, si accusare volunt, veluti Fuluia mulier, que Catiline coniurationem detexit, ⁊ M. Tullium Ciceronem consulem indicio suo intruxit. Cum itaqꝫ imperatores rescripserint, in omnes Proditores seuere esse animaduertendum, Iudicibus militaribus videndum est, vt prius Proditores torqueant, quam capite puniantur, cognosci neqꝫ ex ijs necesse videtur, an huiusmodi scelerum alios fortasse conscios habeant a quibus, tanquam pernitiosa peste nobis cauendum est.

FINIS

DVCVM DICTO

NON AVDIENTES, EISDEM non succurrentes, Commilitonibus vim afferentes.

Caput. vij.

Cum in omni bene instituta republica imperantes ⁊ parentes esse oporteat, vtriusqꝫ discipline nonnihil attingere, decens videri potest. Quod tamen superfluum omnino esset, nisi milites ab Ducibus, aut Imperatoribus tantum differrent, quantum Herones ab hominibus distare putantur, vt ij corpore primum, deinde animo illos antecellerent, notaqꝫ esset eorum reliquis in rebus insignis excellentia. Neque enim placere potest apud Indos, vt Scylax aiebat, Reges nomine tantum a populo differre. Nam Duces, ⁊ Imperatores iam a Caligatis militibus seclusimus, inter quos primum illud preceptum esse oportet, iniussu Ducis nihil omnino agi debere, siue Eques sit, siue pedes debēt nāqꝫ in euȝ semꝑ oculos dirigere, eū insequi, ad eius nutū vitā suā instituere, nunc stare, nunc proficisci, et vt precipit, dare signa vicissim accipere, in prelio neque cepere, neque inseq, nisi ꝑ Ducis arbitrio, quibus rebus nihil melius, nihil prestantius ad victoriam compertū est. Hinc Modestinus iuriscon. sanxit, euȝ, qui in bello rem a Duce ꝓhibitam fecerit, aut mandata non egerit, capite puniendum, ēt si res bene cesserint. Qua in re, cuȝ multi antiquorum laudandi sunt, tum maxime mihi vnus omnibus preponendus vr̄ Chrysantes Centurio, cui apud Persas, sublato gladio, vt Hostem percuteret, Cyrus precepit recondere, isqꝫ statiȝ paruit. ita enim a iure sancitū est, penas capitis subire eos, qui Ducibus non obtemperauerint. Accedunt iuri memorabilia maiorum exempla, atqꝫ in primis T. manlij torquati, qui filium coram omni exercitu securi percuti iussit, ꝙ cum hoste Gemino Metio Duce Tusculanorum, inscio, ⁊ ignorante patre, ꝓuocatus pugnauerat, victoriamqꝫ reportasset. Posthumius tiburtius Aulum posthumium, ꝙ sua sponte egressus hostes fudisset, capite plecti iussit. Aulus fuluius euntem in aciem filium suo iniussu e vita sustulit. Est eni apud maiores nostros seuerius animaduersum in eos, qui ꝯ imperiū in hostem pugnarēt, quiqꝫ

reuocati tardius prelio excederent, q̃ qui signa relinquerẽt, aut prelio pellerentur. Memini, L. papyrium cursorem, cum dictator ad bellum contra Samnites profectus esset, Romamq; postea rediisset precepisse Q. Fabio maximo equitũ magistro, quẽ in exercitu reliquerat, ne se absente pugnaret, ille aũt, cũ occasione reperta, felicissime dimicasset, a dictatore capite dãnatus est. Sed ingenti fauore militũ, & populi, liberatus est. Aurelius cotta consul, cum ad opus equites, necessitate cogente, iussisset accedere, parsq; id munus detrectasset, apud censores questus est, effecitq;, vt notarentur, illisq;, q2 stipendium mẽstruum, vel annuũ adimebatur, diruti ere sunt vulgo appellati. apud Egyptios lex erat, qua ij, qui non paruissent Ducibus, aut ordinẽ reliquissent, morte non plecterentur, sed maxima omnium ignominia, qua tñ postmodum virtute, ac rebus fortiter gestis ablata, ad priorem locum, & gloriam redibãt. Ea tñ est iuris regula, vt, quicunq; iniussu principis pugnauerit, lege iulia maiestatis teneať. Preterea si quis militum manus preposito intulerit, capite puniendus est, augeturq; petulantie crimen dignitate Prepositi. Est nãq; in iure certum, vt irreuerens miles non tantũ a Tribuno, vel cẽturione, sed etiam a principali sit coercendus. nam eum, qui centurioni castigare volenti obstiterit, veteres notauerunt, si vitem tenuit, militiam mutat, si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulerit, capite punitur. Nam & contumacia omnis aduersus Ducem, vel presidem, capite punienda est. Hinc minime mirari debemus, eam legem apud Macedones fuisse, vt non tantum, qui principis mortem erant machinati, lapidibus obruerẽtur, sed etiam propinqui eorum, si quid regi insidiati erant, cum filiis necarentur. Anastasius apud Colchos ab Imperatore Justiniano iudex delegatus tulit sententiã, qua Rusticus, & Joannes ob interfectum Gebazem Ducem capite plecterentur, qui cõprehensi, ac mulis impositi, & publice circumacti, pcone voce ingenti, & apertius proclamante, spectaculum sui populo prebuerunt. Quod videri non debet vllo pacto a ratione alienum esse. Nam a iurisconsultis est responsum, eos, qui Prepositum suũ protegere noluerint, vel deseruerint, occiso eo, capite puniri. Arrius Menander vult eos, qui Prepositum suum protegere noluerint, cum possent, in pari causa cum Sicarijs habendos esse, si resistere non potuerint, parcendum. Sed et in eos, qui Prefectum Centurie a latronibus circumuentum deseruerunt, animaduerti placuit. Demum, vt a Ducibus ad militie socios descendamus, idem Arrius sanxit, si quis Commilitonem vulnerasset, si quidem lapide, militia reijci debere, si gladio, caput amittere. In quem fere modum Kanutus Danorum Rex legem statuit, vt, si quis militum quempiã ex Commilitonibus manu, ferro, vel fuste lesisset, aut si quicquam violenter eius manibus extorsisset, tanquã capitalis criminis reus militia deijceretur, volebat enim inter milites mutuum illum amorem tam stricte coli, & obseruari, vt nulla subinde lis, nulla questio, nullum dissidium suboriretur. Nam eum etiam ignominiose mittebat, qui, tribus fasciculis in stabulum coniectis, equo suo pabuli spicam, alieno stipulã admonuisset, est enim maxime seruanda illa, quam tãtopere desideramus, equalitas. Mirabitur forsan aliquis, quod, cum Sertorius mulierem deprehẽdisset, que pre pudore oculos sibi eruerat, quod miles, digitis per obscena adhibitis, illi conuitiaretur, mulieris casum miseratus, Cohortem omnem ad similia infamem, & arrogantem, quamquam e Romanis constaret, interfecit. Ad illa in Commilitonum numero censebatur, que vite, necisq; militum perpetua comes est, & socia. Preterea sancitum est ab Hadriano, si miles se vulnerauerit, aut alias mortem sibi consciuerit, modũ ei rei statui debere, vt, si impatientia doloris, aut tedio vite, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluerit, non animaduertatur in eum, sed ignominia mittať, si nihil tale pretẽdat, capite puniatur. Nemo enim in seipsum seuire debet.

QVI STATIONEM DESERVNT, ET DE Sortitione militari. Caput. viij.

Lucius Pinarius vir acerrimi ingenij, cũ in arce ennensi pro Romanis presidia teneret, anno ab vrbe ɔdita. cccccxl. atq; ennenses principes cũ Himilcone de ꝑditione pacti essent, rñdit se presidio impositũ esse ab suo imperatore, clauesq; portaꝝ, & custodiã arcis ab eo accepisse, atq; presidio decedere apud Romanos capitale esse. preclara vero vox, & forti viro digna, que declarat, illũ qbuscunq; muneribus virtutẽ preposuisse, legibusq; romanis potius, q̃ voluptati, aut vicinoꝝ ɔsilijs paruisse. nam apud Romanos mos pena est ijs qui in bello locũ, in quo ɔstituti sunt, reliquerint, aut aliquo modo e castris fugerint. Hinc cum carthaginẽses in agrigẽto vrbe obsessi a romanis, ɔspicati hostem palantem, & vagum, eoq; in spem adducti, romanoꝝ exercitum eo die opprimi posse, magna vi in eos impetum fecissent, Romani leges suas militares obseruãtes, lȝ Carthaginensium maior numerus esset, neq; loco, neq; statione cedentes, multis hostiũ interfectis, fortissime restiterũt, L. Posthumio, & Q. Emilio coss. est enim a iure sancitum, eos, qui a fossa, vel vallo recedunt, hostibus insistentibus, capite puniendos esse, aut si vallum transcendunt, aut per murum castra ingrediantur. Ideoq; Augustus Cesar Centuriones (statione deserta) itidem vt manipularios capitali animaduersione puniuit. Cum Mamertini a romanis auxilia accepissent, & presidia Carthaginensium, ducente Appio Claudio, vrbe sua expulissent, Carthaginenses prefectum presidij, q formidine, atq; ignauia arcem amisisset, cruci affixerunt. Modestinus enim vult, eũ qui stationis munus reliquerit, plusquam Emansorẽ esse, & pro modo delicti, aut castigari, aut militia deijci, & si quis fossam trãsilierit, eadem pena plecti, quod intelligo, cum hostes non insistunt, nam si adsunt, capitale omnino censendum est. Et scimus, quemadmodũ Appius Claudius in Volscos missus centuriones, qui ordines reliquerant, virgis cesos securi percuti iussit. que pena licet a iure statuta sit, non potest tamen non dura videri. nam miles, qui locũ non tenuit, qui hostiũ impetũ vndiq; pertimuit, potest idẽ postea & miles melior esse, & vir bonus. idcirco videntur maiores nostri melius aliquando statuisse, vt, si a multis esse flagitiũ rei militaris admissũ, sortitione in quosdã aiaduerteretur, vt metus ad oẽs, pena ad paucos perueniret, idq;, ne nimiũ multi penã capitis subirent. ita Antoninꝰ ɔ̃ parthos ducẽs exercitũ, decimũ quenq; eorum, qui pauore cessissent, supplicio affecit, alijs ꝓ tritico hordeũ apponi iussit. Appius claudius bello aduersus volscos suscepto, ꝑmus hãc sortitiõis penã apud romanos aduersus signoꝝ desertores exercuit. hoc ẽt genus pene exercuit M. Crassus, fugato romano exercitu a spartanis in agro piceno, quingentos enim ex ijs, qui primũ fugerant, in quinquaginta diuisit curias, inde ex qualibet vnum sorte ad suppliciũ delegit. C. Cesar Petreij leges sequutus, seditiosoꝝ militũ decimũ quenq; se mulctaturũ pollicitus est, sed pcibus legionis (que illius erat humanitas) motus, cẽtum viginti seditionis principes delegit, e qbus duodecim tm̃ sorte selectos morte puniuit. Antonius hoc mõ lege militari sortitus seditioꝝ militũ decimũ quenq; per numeros descriptoꝝ ad mortẽ postulauit. Octauius quoq; cohortes, si q̃ cessissent loco, decimatas hordeo pauit. meretur ops hoc loco clementie fabij specimẽ laudabile. nã cũ qdã genere Lucanus p manipularios delatus esset, q a castris noctu discederet, & ordinẽ sepius deseruisset, rogauit Fabius, quem virum in rebus alijs esse perspicerent, illiq; affirmarunt, non parem illi militem inueniri, simulq; preclara illius facinora in mediũ attulerũt, delictumq; ob ea, que fortiter gesserat, remisit. militaris autem sortitio erat hmõi, vt non oẽs, qui deliquissent, plecterenť, sed sorte ex oi numero selecti aliqui afficerenť pena legitima. erat tñ aliud sortitionis genus, quo atlethe ad pugnãdũ antiqtus ducebanť, nam calculis in vrnam ɔiectis, hinc cõpares litere inscribebanť, quiq;, eductis sortibus, pares sortiti erant, inuicẽ cõmittebanť. Veneti hodie, si quid agendũ est, ita sortitionẽ efficiunt. veluti, si fingamus in senatu de ratione belli agendũ esse, neq; inter senatores ɔuenire, ad cuius vrbis expugnationẽ primũ dȝ duci exercitus (qd accidit tẽporibus Michaelis trigesimiquinti venetoꝝ Ducis) ad diuinas sortes reccurrendũ censent. noia quidẽ expugnandarum vrbiũ in vrnulam conijciuntur, ea rudis qspiã puerulus manu miscet, inde vnaȝ e chartulis, q̃ singule singularum vrbiũ nomina continent, ad principes defert, ab eaq; op-

pugnanda bellum incboari dz. Sed vt ad rem nram redeamus intelligimus et aliqn milites stationem deseruisse, cum zsulta, & meditata ignauia cedunt hostibus, quaz Greci ethelokakia vocant. Ne quis autem stationem, locumue assignatum apud Lacedemonios desereret, tibicinum cantu incedebant ad prelia, vt in progrediendo agminis ordo non perturbaretur, qd in cōcursu magnorum exercituz facile solet accidere. Is quidem, q agmine excesserit ex causa, vel fustibus cedit, vel mutare militiam zsueuit. Pater autem, qui filium subtrahit militie belli tpe, exilio, & bonorum parte mulctādus est, qn enim maior se offerre potest occasio, vel inimicis resistendi, vel parentibus, ac reipublice bene faciendi? Si tn in pace id fiat, fustibus tm cedi, iura voluerunt. Requisitus et iuuenis a patre, & postea exhibitus, in deteriorem militiam dandus est, qui nāqz se sollicitari ab alio passus est, veniam non meret. Edictum preterea diui Hadriani deportari iubet eum, qui debilitarit filium delectum ad belluz, vt inhabilis esset militie. Demum in iure certum est, eum, qui in acie fugam proprior fecerit, spectantibus militibus, pp exemplum, capite puniendum esse, eum quoqz, qui excubias palatij deseruerit capite et mulctandum, qui tn, si ex causa desertionis in militiam restituatur, nō aliter medij tpis stipendia, & donatiuum accipiet, q̄ si liberalitate principis sit ei indultuz. Cui accedit Opilij macrini imperatoris exemplum, qui Tribunum, q excubias deseri passus esset, Carpento rotali super annexum per totuz iter viuū & exanimem trahi precepit. Ferturqz Epaminundas, cum custodias, stationesqz circuiret, sopitum militem gladio transfixisse, asserens se, talem reliquisse, qualē inuenerat. In eodē enim vitio sunt, q dormiūt in excubijs, ac ij, q illas deserūt, cū ab vtrisqz idem piculū impēdeat. Quare Epaminundas iure vita priuauit, q nihil magis, q̄ mortuus, prestabat, somno scz sepultus.

¶ Qui arma perdunt vel alienant. Cap. ix.

Cautum est in iure, militem, qui arma amiserit, vel alienauerit, capite puniendum. Si tn humanius cum eo agat, militiam mutabit. Debet enim iudex pro qualitate, & modo delicti penaz arbitrari. Nam si fingamus patroclū absqz armis semimortuum ad castra delatum fuisse (vt sepius accidit) & arma, que a dijs (vt ait Homerus) in dotem Thetidi data fuerunt, ab Hectore rapta fuisse, vtrum, quasi arma abiecerit, a detractoribus erit vituperandus? Preterea si qui arma sua ex alto precipitarint, aut alio quouis modo, qui ad purgandam ignauie suspitionē afferri potest, coacti arma amiserint, veniēt ne reprehendendi? Veliz itaqz, qz mali, & ignaui puniendi sunt, vt fortiores euadant, si quis armatus ab hostibus circumuenitur, & se non defendit, quin potius spōte arma dimittit, vel abiecit, vitaz turpem sibi comparare malens, q̄ honeste, feliciterqz mori, de eo fiat iudicium, isqz nō sine infamia pena luat a iure impositas. Statuunt aūt iuriscōsulti, arma sine flagitio non amitti, iōqz ea postliminio reuerti negant, q turpiter amittantur, veluti neqz illi reuertūtur postliminio, qui armis victi, hostibus se dediderūt. antiqui Romani fustuarium mereri dicebant eos, qui signa reliquissent. Apud eos, legionū milites, qui consulē reliquerant, ex lege et fustuariuz merebantur. Anno ab vrbe condita. cclxxxiij. centurionibus, quorum manipuli fugerāt, & Antesignanorum, quicunqz signa amisissent, securibus colla abscissa sunt, & alij fustib9 percussi periere, & decimus quisqz, quem sors poposcisset, coram alijs moriebat, ea enim erat Romanis in desertores aciei, signaue abijcientes patria punitio. Marcellus ztra Hannibalem pugnans anno ab vrbe condita. cccccxlv. cum turbata tota acies prorsus fusa esset, centuriones manipulorū, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs discinctos destituit, & cohortibus, q̄ signa muliebriter amiserant, hordeuz dari iussit. Appius Claudius in volscos populos missus, signiferos, q signa amiserant, & ordines reliquerāt, virgis cessos securi pcuti iussit. Cur igit vel signa reliquisse, quod durius est, vel arma perdidisse, quod tolerabilius est grauissima non sunt crimina? cum Paulus iurisconsultus decidat, graue admodum crimen esse, si quis arma alienauerit, in quo minor culpa inesse videtur, verum ea disertioni exequata est, & si non tota alienauerit, sed partem eorum, idem est. Ea tamen differentia a iurisconsulto obseruatur, si tibiale, vel humerale alienauit, castigari verberibus debet. Si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Apud nos etiam non perdidisse soluz, sed & arma mutasse, ac proprie cohortis insignijs dimissis, alterius cohortis arma sumpsisse, graue crimen est, quod edicto Francisci regis christianissimi coerceri maxime oportet. Neqz enim liberum esse debet militi, etiam non habita armorum ratione, sine Ducum commeatu per numeros euagari. Accedit statutum Scothorum, quo, si quis miles ensem pignorasset, exauthoratus omni militu3 consortio, vt indignus, p bibebat, que pena illis omnium erat ignominiosissima. Tyroni in hoc crimine facilius parcitur, armorumqz custodi plerumqz ea culpa imputari debet, si arma militi commisit non suo tempore. Iura itaqz Romanorum, que armorum differentiam faciūt, mihi videntur grecorum leges imitari, que mulcta damnabant militez, non qui ensem, aut lanceam, sed qui clipeum amittebat, dicentes oportere militem magis curare, vt non accipiat, q̄ vt det incommodum. Jn Iphicrates dicebat, pedites manibus similes esse, equites pedibus, ipsam aciem pectori, capiti aūt Imperatorem, neqz quis seipsum debet negligere, temere periculis obijciendo non tantum se, sed etiam omnes, quibus per ipsum salus constare iudicatur. Accedit huic grecorum consuetudini ea regula, que apud Germanos antiquitus inualuit, vt in militia scutum reliquisse, precipuum esset flagitiuz. pretereo, q apud Romanos reus erat criminis lese maiestatis, qui circa Augusti simulacrum vestem mutauerat, numerque, vel annulo effigiez eius impressam latrine, vel lupanari intulerat, que preter rē militarē erāt. Cum itaqz vel arma perdere, vel alienare, non fortitudinē, nō magnanimitatē, nihil deniqz studij bellici, virtutisqz polliceatur, quinimo nihil hominem, ac pusilli animi esse, coarguat recte Socrates hunc ad Opificum ordinem, vel agricultorum trasmittere videbat. Hinc non imerito Spartani Archilochū poetam ciuitate expulerunt, q carminibus scripsisset, melius esse, arma abijcere, q̄ mori. versus Archilochi sic habent.

At caruisse armis, q̄ mortem occumbere, prestat.
Aspide pro iacta mox melior dabitur.

¶ De crimine falsi. Cap. x.

Milites i crimē falsi multis modis posse icidere vnr, ac maxime, si metu hostiū tangorē simulauerint, qd vt neqz igenui est animi, ita nullo pacto decet militē. idcirco Iurisconsultus tales pena capitis afficiendo cēset. pnt preterea milites zmittere i penas legis cornelie, que de falsis lata est, veluti, cū qs nō miles pro milite se gessit, vel illicitis insignibus est vsus, quē modestinus vult, pro admissi qualitate, grauissime puniri. itē is, q testamento militis legatū fidei sue zmissuz sibi ascripserit, si tn pater filio suo militi, quē hz in ptāte, testō zmilitonis filij aliqd ascripserit quē cōmilitonē in militia nouit, qz patri non acquiritur, extra penā erit. pena autē falsi, deportatio est, & omnium bonorum publicatio, poterunt tn militares iudices arbitrari, qd illis equū videbit. etenis in ijs criminibus fere semp pro magnitudine rei, quid pati, dare ve oporteat, ad arbitriuz statuent, veluti, si legatus, aut preco falso, que sibi zmissa sunt, nunciauerit, dicēda ve tacuerit, vel ab hostibus rediēs, que ab illis accepit, aliter, q̄ acceperit, retulisse rōperiat. is certe in iudicia vocari pōt, atqz cū nulla pena a iure statuat, p iudicis, vel boni viri arbitrio, tanq̄ mercurij, iouisqz mandata, & legationes p legē ztempserit, iustissime condēnari. apud Aegiptios lex erat, qua ei, qui falsas literas inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas syngraphas afferret, ambe amputabant manus, vt, q̄ pars corporis peccasset, p oēm vitā penas lueret, ceteriqz pari calamitate moniti a simili scelere abstinerēt. Kēnethus Scothorum rex statuit in regno suo, cū q criminis falsi zuictus fuerat, furca vita finire, abijciqz insepultuz. notū est. n. apud diuersos populos diuersa esse penarū genera. nos aūt pter iudicis arbitriū aliquid certum constituamus, milites, qui huiusmodi falsi crimen admiserint, crimen lese maiestatis commisisse censemus, ad exemplū eorum militum, qui scientes falsum conscripserint. Sunt preterea criminis falsi rei milites, qui falsam monetam cudunt, aut eos, qui cuderint, de carcere, vel custodia exire p mittunt, quorum cām Constantinus imperator ad competentes iudices referri voluit, nec non capite puniri.

¶ De furto militari. Cap. xj.

a Deterrimum & homine plane indignū crimē venianus. cū apud oēs fere gētes furtuz, scelus illiberale, rapina vero, turpissimum existimetur, non putamus quenq̄ militē (si mō martis est filius) tale aliquid velle cōmittere.

mittere. Nam neq; liberalitas, quam in omni militia desideramus, cum alterius incómodo suum augere cómodum permittit neq; amicitiarum iura, quibus tum decorantur, tum firmant milites, aliquid rapere (quod furtum est improbius) patiuntur. qd vt attentius apud Romanos caueretur, ea inualuit consuetudo vt, dum castramentati essent tribuni, omnes tam seruos, q̃ liberos ad iusiurandum adigerent, se nihil e castris furto ablaturos, imo si quid inuenissent, ad tribunum allaturos. Si tñ neq; virtutum studio, neq; iuramenti laqueis coercere nostros milites possumus, intelligant velim, seuere in eos, ex imperatorũ rescriptis animaduertendum. Valentinus enim, & Theodosius prouinciarum incolis permiserunt, milites, qui, vt populentur, agros intrauerint, in dignum mittere supplicium, ac eos pari omnino morte ferire, quam illi minati fuerint. Est enim illis in ipso tpe occurrẽdum, ac telo, vt latronibus improbissimis, resistendũ. Tum perniciosum est, non prata solum, sed & quasuis paganorum possessiones militum molestia fatigari, ac per alioꝝ agros, quod illis minime lz, insolenter euagari. Eam ob rẽ a Francisco Rege christianiss. Anno Virginei partus. M.D.xxiij. in hanc rem factũ est edictum, quo vnicuiq; pagano permittitur, huius generis populatores milites ferire, trucidare, occidere. Si tñ viui capi pñt, ad iudices, presidesue prouinciarum deduci voluit, q dignis supplicijs eos afficiant. Ita rectoribus prouinciarum imperatores rescripserunt, si quos milites, relictis ꝑprijs numeris vagari cognouerint, correptos custodire, donec imperator decreuerit, qd fieri oporteat. Hic ego pretereo penas, que in criminibus furti, vel vi bonorum raptorum a iurisconsultis statui solent, nam ille cum pretorum edicto ferme in desuetudinẽ abierunt, atq; modo vltore gladio, modo tormentali rota, modo laqueo, & furca coercentur. Cuius qdem rei manifesta exẽpla subministrant historie. Tiberius militem pretorianum, ob surreptum e viridario pauonem, capite puniuit. Auidius Cassius, qui se Marium dici voluit, milites, qui aliqd prouincialibus per vim surripuissent ijs, quibus peccauerant, locis in crucem sustulit, vt & conspectu deterrerentur alij ab ijsdẽ facinoribus, & solatio esset incolis eodem loco pena reddita. Pescẽnius niger decem milites, qui ablatum Gallinaceum comederant, necari iussit. Carolus burgundionum Dux quendam patibulo affigi iussit, qui anicule mulieri gallinam substraxerat. Selimus Turcarum imperator Bostangi basse genero suo caput amputari precepit, ꝙ prouincias, quibus eum prefecerat, expilasset. Memini ego in gallijs Bernardum Ferandum strenuum militem, apud quem cum quereretur paganus, ablatum sibi a nescio quo militum famulo torquẽ aureum, vocato famulo, brachiũ, cui circunuolutus erat torques abscidisse, & ad paganum remisisse. Frotho Danorum Rex, cũ clauos superasset, captiuis omnibus per Preconem euocatis, edixit, si qui inter eos furto, aut rapine assueuissent, palam exhibere, promittens se tales viros primis honoribus donatuꝝ. Quaꝫ spem nónulli cupidius sequuti, prodidere seipsos, tum Frotho eos a lictoribus abripi iussit, ac in altissimas cruces agi. Nam & ipse legem tulerat, vt, si quis furi ignosceret, pena furti ipse puniretur. Jubebat autem fures, traiectis ferro neruis, suspẽdi, ac lupum ad latus affici, vt pene similitudo hominem belue similẽ extitisse declararet. Nam non aliam ob causam homo in lupũ cõuersus fuisse fingitur a poetis, q̃ ꝙ furtis, & rapinis, hominem, humanitatemq; exuens, totum se dediderit. Nero etiam, q̃uis nequissimus, lusus quadrigariorum prohibuit, qbus inueterata licentia passim vagantibus fallere, ac furari per iocum ius erat. Pertinax imperator militibus edixit, ne cui populo contumeliam facerent, neue quem viatorem pulsarent, volebant nãq; antiquitus Jmperatores non penas tm̃ infligendo, sed & edictis, & orationibus, & monitis milites suos a furtis cohibere. Scylla tãta continentia exercitum per Calabriam, Apuliamq; cũ singulari cura agrorum, frugum, hominum, vrbiumq; perduxit in Cãpaniam, vt putarent omnes venisse in Jtaliã non belli vindicẽ, sed pacis auctorem. Belisarius rusticoꝝ tantam curam habuisse legitur, vt in ducendo exercitu nemo violaretur, ac ne poma qdem in arboribus pendentia milites eius attingere audebant. Henricus quintus Anglorum Rex, cum Cadomum ciuitatẽ in Normánia cepit, reperit in arce magnas ciuium fortunas, pecunias item in templis depositas, vasaq; sacrata, que tm̃ abfuit vt ipse tetigerit, vt subito referri in templa, & cuilibet restituenda curauerit, ne illi rapina exprobaret. verumtñ scriptum est, apud Germanos furta nullam habere infamiã, si extra fines cuiusq; ciuitatis per milites fiant, atq; ea iuuẽtutis exercende, desidieq; minuende causa fieri predicant. Notum etiam est, Lacedemonios patria disciplina a pueris furtis assuefieri, ac nulli turpe ẽẽ furari, dummodo ijs abstineat, que lege excepta sunt. Atq; vt & prudenter, & cautissime furentur, lex apud eos iubet, in furto deprehensũ loris cedi. Athenienses quoq;, & thebani ad publica pecunie furta egregie erãt eruditi, ac optimi quiq; Atheniẽsiũ ab isto furti genere nequaq̃ abstinebant. Etenim olim Greci, & Barbarorum quicunq; in continente maritimi erant, quiq; insulas incolebant, vbi ceperunt crebrius alij ad alios transire, ad latrocinia conuersi sunt tum sui questus, tum parãdi victus gratia, atq; adorti ciuitates muro carentes, vicatimq; habitantes decipiebant, ac maximam inde victus partem comparabant. Apud solos Egiptios lex erat de furibus, iubens eos, qui furari volebant, nomen suum apud principem sacerdotũ deponere, ac statim furtũ ad eum deferre. Similiter, qbus res furto abrepta erat, apud eundem rei sublate tempus, diem, & horam scribere cogebantur. Atq; isto modo facile inuento furto, qui rem amisisset, quarta parte mulctabatur, que donabatur furi, melius enim, ac satius esse legum lator ducebat, alicuius partis, q̃ totius rei iacturam pati, cum alias furta prohiberi nõ possent. Saxones, dum in Longobardos exercitum ducerent, primum in Remenses sunt delati, & in Strabloñẽsi rure, castris positis, nõ paruo tempore quieti fuerunt, damna prouincialibus non inferentes, cum ab illis regio iussu commeatibus iuuarentur. illi autem cum primũ intellexerunt, burgundiones a longobardis cladem accepisse, & amatum prouincie Romane Presidem ab eis interfectum, timore laxati mutauerunt mores, & omnia in remẽsibus tumultu implentes, predaꝫ vndiq; agebãt. Henricus Saxonum Rex, quecunq; videbat furem corpore robustum, & bellis aptum, in suburbio mersaburioꝝ collocabat, illi, datis agris, penam remittens, illiq; iubens ciuibus qdem parcere, in Barbaros autem latrocinia exercere, e quibus furibus Otto eius filius, & p̃mus eius nominis Saxonũ rex legiones, exercitũq; cõparatum, Duce Esic, misit aduersus Boizlaum Bohemũ, qui fratrem vincizlaum dolo interfecerat. Has tñ leges, & edicta ꝓbare non possum, tum ꝙ róni iuriq; ex aduerso repugnent, tum etiam ꝙ cautũ est, eum, q eo animo militie se dedidit, vt, sub militie obtẽtu aduersario se precisiorẽ faceret, exauthorari, ac gradu militari deijci. preterea Modestinus gradu militie eos pellendos cẽset, q aliena arma subripuerint. Paulus militẽ, q in furto balneario deprehensus fuerit, ignominie cã mittit. pescennius Niger duos tribunos lapidibus obrui iussit, qui militum suorũ stellaturas acceperant. Rex Franciscus Christianiss. p̃cepit, diligentissime coerceri eos milites, aut metatores, aut annone exactores, q a ciuibus, aut rusticis quicq̃ acceperint, idq; crimẽ furtum capitale censuit. Alexander imperator annonã militũ diligenter inspexit, & tribunos, qui de stellaturis militibus aliqd tulissent, capitali pena affecit. Stellatura tesseram frumẽtariã intelligo, que viliori p̃tio militibus vendebatur. species enim a paganis accepte, estimate in militare erariũ referebant, vt postea Stellature noĩe, militibus distribuerent. vagat qdẽ latissime in re militari crimẽ stellionatus, maxime si titulus criminis deficiat. tessera aũt (vt omnia leuiter attigisse videamur) signũ erat, quo ostẽso, panes, vel frumenta dabant, que ab imperatore annone ciuiles, a poetis sportule appellantur. adhec memini Vlpianus. lib. vj. fideicommissorum, tesseras frumentarias legatas Rome deberi, nõ in p̃uincia. Augustus quoq; memorat Romani ppli cẽsum viritim egisse, ac ne plebs frumentationũ causa frequentius a negocijs auocaretur, in annuũ quaternorum mensium tesseras dare destinauisse. huius generis erant apud Athenienses annone, que bene meritis de republica dabantur.

De adulteris. Cap. xij.

Maiorum exẽplis seuere admodũ in adulteros animaduertere monemur, tũ maxime, ne milites tam facile animum suum ad illicita adijciant, ac nihil omnino audeãt contra fas vel tẽtare, vel facere. Anno, quo Romani cladẽ apud Cãnas acceperunt, L. Cantilius scriba pontificũ, qui cum Floronia stuprũ fecerat, q pótifice maximo eo vsq; virgis in comitio cesus est, vt inter vbera expirarit. Julius cesar libertum grauissimũ ob adulteratã eqtis Romani vxorẽ, nullo ẽt ꝯquerẽte, capitali pena affecit. papinianus iuriscõsultus iubet eũ militẽ, q sororis filiã in ꝯtubernio habuerit, lz nõ in matrimonio, pena adulterij teneri. itẽ eũ militẽ, q cũ adultero vxoris sue pactus erit, sacro solui, & deportati. Vitandum est enim omne tale flagitium, quod voluptatis.

illecebris exercitat. Mulier quoq;, que stupro cognita in gubernio militis fuit, ⁊ si sacro miles solutus intra annum mortem obierit, non admittetur tn̄ ad testm̄ iure militie factum, ⁊ id, qd relictum est, ad fiscum pertinebit. Nam apud iurisconsultos generale est, adulterij crimine damnatos, inter milites recipiēdos non esse. Miles enim, qui lege iulia de adulterijs fuerit damnatus, ita infamis est, vt ēt ipsa snīa euz sacro, ignominie causa, soluat. nam ⁊ Constantinus, cum audisset a multis, suorum militū raptas fuisse Virgines, iussit eos, qui violarant eas, relegari, q̄rentibus autem alijs, ꝙ indigna paterentur, debuissetq; morte mulctari, rn̄dit, iura iuste accusare posse principis clementiā, verum imperatorem animi mitissimi cūctis legibus prestare oportere. Aurelianus autem multo magis diligens adulterorum castigator, eos, qui hospitis vxorē violauerāt, duabus inflexis arboribus, fune alligabat, quo demisso, reus vtrinq; pendens laceratus interibat. Fuit ⁊ crudelior Opilius Macrinus, qui, cum qdaz milites Ancille hospitis pudorez deprauasse suspecti eēnt (qd per quendā frumētariū ille didicerat) eos adduci iussit, atq; cū ɔstituisset duos boues mire magnitudinis, viuos subito aperiri precepit, ⁊ ijs singulos milites inseri capitibus tm̄ exertis, vt cū ijs colloqui alij possent. Petrus candianus Venetoꝝ Dux decimus nonus traditur ob raptas Virgines, que nuptias celebrabant, in Istros bellum mouisse, ac fudisse. Frotho Danoruz Rex, Ruthenis deuictis, legem imposuit, vt, si quis virginis stuprum vi petere ausus esset, abscissis pudendis, suppliciuz lueret, alioqui mille talentis cōcubitus iniuriam pensaturus erat. apud Egiptios lex erat, vt is, qui in adulterio spontaneo deprehenderetur, virgis cesus esset ad vsq; mille plagas, mulier autem naso mutilaret, vt ea maxime parte afficeret, qua facies erat exornata, ei aūt, qui liberam mulierem violasset, virilia amputabantur. Arbirco Rex Scotorum, ob stupratas virgines filias cuiusdaz Natholici, ⁊ prostitutas, Regno expulsus manum sibi intulit, cui Natholicus in regnum Scotboꝝ successit. Tendesilius Gothoꝝ Rex, orta militum seditione in Hispania apud Hispalim, ob illatam vim matronis illustribus, est obtruncatus. Roderic⁹ Gothorum in Hispania Rex, cum Juliani comitis in Affricam legati filie stuprum intulisset, a Mauris per Julianum sollicitatis bello petitus in acie cecidit, anno tertio, quo regnare ceperat Atq; lʒ apud Babylonios, diuersa fuerit consuetudo, qui patiebant hospites cum vxoribus, ⁊ parentibus coire, modo pretium flagitij illis exolueret, quod ⁊ fecerunt Alexandri milites, id tn̄ nr̄is militibus nusq̄ ɔcessero. nā alterius cubile inire, necnon hmōi corruptelas tueri, neq; prudentis imperatoris, neq; boni militis esse vr̄. Saletbus id nobis exemplo manifesto comprobauit, qui, cū in adulteros legē durissimam Crotoniatis tulisset, paulopost cū fratris sui vxore in adulterio deprehensus, nihil reluctans, magno animo in ignē insilijt. Preterea rn̄sum est in iure, si qs vxorē suā, cū apud hostes esset, adulteriū ɔmisisse arguat, benignius eū posse accusare iure viri, si viz hostiū passa nō esset. Ceteꝝ, si vim patit, nō est in ea cā, vt vel adulterij, vel stupri damnetur. Reliqua militum crimina, de quibus aliquid specia tim in iure cautum est, in tractatu de penis statim subijciemus.

¶ De penis. Cap. xiij.

Um in omni iudicio q̄, qui psunt ⁊ oratione, ⁊ voluptate nōnunq̄ peruerti soleant, tum ēt misericordia perniciose distrahi sepe cognouimus. Videntes enim a natura ingenitum esse omnibus, tum priuatim, tum publice delinquere, nullam legem tanti existimāt, que id, omnibus etiam adbibitis supplicijs, possit probibere. nā quotquot reperias, qui metu pene a delictis coerceātur, totidez, aut plures, qui nullam penam reformident, reperturum me profiteor, quibus aut aliquis vebementior terror inueniendus est, aut ne iste quidem pene coercebunt. Prebent enim inopia, auaritia, insanabilis quidam, ⁊ potentior appetitus tantam audaciam, vt in patens periculum effrenate sese conijciant. Accedūt ijs, preter fortunam, que ad euocandos animos plurimuz valet, tum amor Dux penarum vitandarum immemor, tum spes, que prosperitatem fortun e impense suggerit. Deniq; non facile conycias, quoties bumana natura ad agendum aliquid concitata summo cum impetu tendit, q̄ nulla aut vi legum, aut difficultate probiberi possit. Jdcirco maiores nostri, ne ad fugam, seu defectionem, penarum metu, subiectos impellerēt, maximis sceleribus mitiores penas constituerunt. Ac licet milites eoruz, que horrenda non sunt, horrore perstringi nequeunt, debent tn̄ non penarum metu tantum, sed ⁊ bene viuēdi studio, ad perfecte militie culmen diligenter contendere. Fiant licet per misericordiaz languidiora nostra cōsilia, indignum sit, probum virum ad lenitatem, misericordiamq; quouis modo reuocare, est tamen bumanitatis laus aliqua, supplicibus, nulla etiaz oratione babita, succurrere, ac mitiores penas pro modo delicti statuere. Jn quo iure laudandi sunt imperatores, qui Sallustio presidi rescripserunt, milites neq; tormentis, neq; plebeioruz penis in causis criminum subijciendos esse, etiam si nondum emeritis stipendijs dimissi esse videātur. Eos excipio, qui cāusa ignominie soluti sunt quod in filijs preterea militum, ⁊ veteranorum seruanduz est. nā veteranis, temporibus Antonini, bonor in eo est babitus, vt liberi eorum ad primum vsq; gradum pena metalli, vel operaruz publicarum non afficiantur, sed relegentur in insulam. Milites quidem neq; torquentur, neq; in metallum, aut metalli opus dānandi sunt. Atq;, vt sunt penarum discrimina, ita non omnes eadem pena afficere debemus. Nam decuriones neq; in metallum damnari, nec furce subijci, nec viui exuri possunt. Milites neq; ad bestias, neq; in furcam damnantur, neq; torquentur, qd in Jtalia accurate obseruari Bartolus refert, licet in Francia non obseruari soleat. Et licet in Neapolitano regno ea consuetudo inualuerit, vt milites bomicide capite puniantur, alij vero laqueo vitam finiant, non possum tamen improbare eam consuetudinem, que apud nos lōgo iam tempore, ⁊ inueterata est, ⁊ obseruatur, vt scilicet furca milites suspendautur, milites dico, licet ij milites dici non meruerint, qui militie iura non obseruantes, rempublicam omnem depopulantur, ⁊ perdunt. Nam in iure is pro non Fabricensi babetur, qui statuta Frabricensium non seruat. Hic autem Gallorum mos ab Herode Rege emanasse videtur, qui militem quendam Tyronem nomine a Tonsore accusatum, ꝙ occasione tondendi eum, suasisset Herodem occidere, furce alligari iussit. Preter id etiam aliquando torquentur milites in causis publicis, ad veritatis inuestigationem. Dici tamen potest, eos in boc censeri pro non militibus. Sane quidem pene militum a iudicibus, qn̄q; minores, qn̄q; maiores cōstitui solent, nam quedam delicta militi grauiorem penam inducunt, quedam vero non. Ac idcirco scriptum, si milites aliquid in patrem commiserint, pro modo delicti esse puniendos. per vinum aūt, aut per lasciuiam lapsis militibus capitalis pena est remittenda, ⁊ irrogāda militie mutatio. mutant quoq; ex personarum qualitatibus. Nam tpe, quo exules Duce Ap. Herdonio Arcē, ⁊ capitoliū occupauerūt, ⁊ P. Valerius consul dimicās interfactus est, de captiuis, vt quisq; liber, aut seruus, ita sue fortune ab vno quoq; sumptū est suppliciuz. Kanutus vero Danoꝝ Rex paucos admodū milites morte dānauit, sed si quis eoꝝ dānatus esset, interrogari solebat, terreno, an maritimo exilio decedere velle, is, si maritimū exiliū elegisset, ad litus vsq; maxia suorum commilitonum frequentia deducebatur, ac dato nauigio, remis, commeatu, ac vasculo vno ad extrabendas aquas, solus vndarum fluctibus immittebat, qui, si in litus relatus fuisset, vt bostis babitus, penas pendebat, ac in discrimen capitis vocabatur si autem militie munere defunctus, terrenum exilium delegisset, ad nemus quoddam commilitonum cura deducēdus erat nusq̄ rediturus, si penas euitare voluisset. deniq; pene militū a iuriscōsultis ea traduntur, castigatio, pecuniaria mulcta, munerum indictio, militie mutatio, gradus deiectio, ⁊ ignominiosa missio, de quibus nonnibil dicendum est.

¶ Jgnominiosa missio. Cap. xiiij.

Jssionum gn̄ales cause sunt tres, bonesta, ⁊ causaria (ō qbus. s. dictum est) ⁊ ignominiosa. Jgnominiosa cā est, cum qs pp dlictū sacro soluit. Et is, q ignominia missus ē, neq; rome, neq; in sacro comitatu agere pt, ⁊ si sine ignominie mētiōe missi sunt nibilominus ignominia missi intelliguntur. edictū āt ptoris tale est, infamia notat, qui ab exercitu, ignominie cā, ab imperatore, eo ve, cui de ea re statuendi potestas fuerit, dimissus erit. ergo ignominia missi, infames sunt. dimissuz itelligimus militē caligatū, vel si qs alius vsq; ad cēturionē, vel pfectū Cobortis vr̄ Ale, vel legiōis dimissus ē. Amplius quoq; pōponius ait, eū q exercitui pest, lʒ ɔsularibus insignibus vtat, cā ignominie ab imperatore missum bac nota laborare. Dux igit si, cū exercitui pest, dimissus erit, infamia notabit. nam si princeps dmittit, ⁊ addit, cā ignominie se mittere, nemo dubitat infamē effici. ignominiosa

autem

autem missio toties est, quoties is, qui mittit, addit noiatim, se cã ignominie mittere, semp.n. dz addere, cur miles mittatur. adiecta itaqz cã, et si missionis nomẽ non addat, facile est cuiqz perspicere ex cã, sit ne honeste, an causarie, an ignominiose missus. Sufficiet igitur premittere causam, cur ille mittatur, qua vel facillime quivis miles missionis genus indicabit. Naz si dolus, si culpa militis precesserit, certum est, ignominiam sequi debere, qua demum cognita, is, qui missus est, neqz in vrbe, neqz alibi, vbi imperator est, morari põt. Siquidem Antonius Jmpator rescripsit, milites ignominia missos, cum infamia notentur, nullis honoribus, qui integre dignitatis hominibus deferri solent, vti posse. Non poterunt quoqz ijs in locis morari, a quibus prohibentur, cuiusmodi sunt Aula principis, et vrbs Roma. Deniqz gñaliter sancitum est, ignominie cã, sacro liberatos honoribus omnibus abstinere debere. Jdque recte, naz non temere accidit, vt qui honoris, virtutisqz studiosus est, quicqz agat, quo omnia vite sue ornamenta cũ sũmo dedecore, et ignominia amittat, quoqz tandẽ ad sũmam calamitatem precipitet. Jdcirco Traianus imperator, anteqz in Senatum veniret, edicta quedã misit, atqz illud imprimis, nunqz suo iussu bonum virum ociosum iri, aut notari ignominia. Apud Germanos, sacris adesse, aut concilium inire, ignominioso nephas est, qui enim ignominia notabant milites, nec era percipiebant, nec militaribus gaudebant priuilegijs nec vllum habebant cum gladijs, telisqz cõmercium. Nam in iure omnino similes ijs hñr, qui nunqz militauerunt. Propterea neqz ipsi filijue eorum vllum hñt militũ priuilegiũ. Plane ignominia missi a tutelis vrbicis, siue que in ciuitate habẽtur, excusari necesse est. Nam eis ingredi verbem non lz, ab alijs tñ tutelis non habent vacationem. Proinde qui ignominia missus est, ad iudicem loci remitti dz, nec recipiẽdus est, postea militare volẽs, licet fuerit absolutus. Ideoqz Caligula imperator, vt se acrem, et seuerum Ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cuz ignominia dimisit, neqz fieri potuit vt in militiam iterum reciperentur, neqz enim amplius sunt milites, neqz testamenta eorum militari iure possunt valere. Hic nõ inutile forsitan videbitur, causam vnam ignominiose missionis adijcere. Js scz miles, qui se vulnerauit, aut mortẽ sibi consciuit. De quo ex Hadriani imperatoris rescripto modus statuendus est, vt, si impatientia doloris, aut tedio vite, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluerit, non animaduertatur in eũ, sz ignominia mittatur, si nihil tale pretendat, capite puniat. Quibus autem modis, verbisqz hec missio fiat ex oratione Jul. cesaris satis notum est, qui, coram toto exercitu concione habita, dixit ad C. Anienum Tribunum militũ decime legionis, C. Aniene, qp in Jtalia milites populi Romani ꝯ rempublicam instigasti, rapinasqz per municipia fecisti, quodqz mihi, reiqz publice fuisti inutilis, tuaqz opera militibus tpe necessario respubli. caret, ob eas res, causa ignominie ab exercitu meo te remouero hodieqz africa abesse, et, quantum longius potes, proficisci iubeo. Octauius Cesar legitur, decimam legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisisse, militesqz pro delictorum generibus varijs affecisse ignominijs, vt stare per totum diem ante pretorium, interdum tunicatos, discinctosqz, nõnunqz cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. Jubebant preterea antiqui, ignominie cã, venam militibus solui, et sanguinem mitti. Jd qđ non tam nomine pene, qz medicine cã, factum existimaro, militibus precipue stupentis animi, et a naturali ratione aliquantũ declinãtibus. L. Calphurnius Piso Consul Titũ fuigitiuoꝝ hominum prefectum hac affecit ignominia, iussit euz lacinijs abscissis amictum, ac tunica indutum nudis pedibus adesse, et conuiuctu hoium, balneorum vsu turmisqz eqtum, ac equis, qbus prefuerat, ademptis, in Funditorum Alas transcriptus est. Otto Saxonum Rex milites quosdam, qui Euerhardum ad mouendam seditionem contra Brunigum adiuuerant, ignominie causa vnũquẽqz canes ferre iussit ad vrbem Regiam, quam Magadaburg vocãt. Huius itaqz missionis diuersimodi extitere, vt Jmperatoribus, aut Ducibus decens, atqz equum visum est.

¶ Gradus deiectio. Cap. xv.

Claudius imperator Equestres militias ita ordinauit, vt post Cohortem, alam, post alam, Tribunatum legionis daret. Hos igitur militie gradus sic accipio, vt qui Cohorti preest, minor sit eo, qui legioni, atqz ita, qui a prefectura legionis in Cohortez traducitur gradu deijci dicere possumus, gradus enim honorẽ impartitur. Jsto modo Rome Senatusconsultum ex Appij Claudij sententia latum est, quo omnes, qui a Pyrrho Rege Epirotarum capti, et postea ab eo vltro remissi erant, ij quidem, qui equo meruissent, peditum numero militarent, qui pedites, funditorum auxilijs ascriberentur. Jta diximus euz, qui stationis munus derelinquit, gradu militie deijci debere. Qui aliena arma subripuit, gradu militie pellenduz. Equitem, qui in pace deseruit, gradu disturbandum. Si plures deseruerint, deinde intra certum tempus reuersi sint, gradu pulsos in diuersa loca distribui debere. Si intra vociferationem, aut leuem querelam seditio propter aliquez mota est, gradu militie deijciendum. Hoc modo, si quis miles, turbis audientibus, publice de fide christiana tractare conetur, cingulo debet spoliari. Jta Jmperatores voluerunt, eum, qui die festo spectaculis interfuerit, militiam amittere. Accedit Justinianus Jmperatori, qui Bessam prefectum, qp Petram presidiuz, ante Mermerois aduentum in potestatem redactum amiserat, cum ex prefecture officio fauces omnes obstruere debuisset, loci adiuuante natura, is tamen tempus in casum terens, ciuitates obibat sue traditas potestati, illum quidem exautoratum, priuatũqz bonis omnibus in Absastos relegauit, quo ad de eo aliud decerneretur. Seuerus imperator pretorianos milites, qui pertinacem interfecerant, militia deiecit, Zonis, vestituqz, ac ceteris militie ornamentis per vim ablatis nudos ad vnum omnes dimisit, ac centesimo ab vrbe lapide abesse precepit. Quod tamen genus ignominiose missionis fuisse facile crediderim. in hũc modum imperatores Honorius, et Theodosius Senatui rescripserunt, libertine conditionis homines, si ingrati militauerit, ad seruitutis iugum continuo deducendos, qui enim a libertate in seruitutem redigitur, is gradu disturbari dicendus est. Jtaqz nemo iuste negauerit, Q. Fuluium Flaccum censorem Fuluium fratrẽ gradu militie deiecisse, illumqz, qp Cohortẽ legionis, in qua Tribunus militum erat, iniussu consulis domum remisisset, Senatu mouisse, que gradus deiectio censenda est.

¶ Militie mutatio. Cap. xvj.

Gradus deiectioni similis ẽ militie mutatio, lz aliquantũ grauius sit militiã mutare, qz gradu deijci, cũ militie mutatio nonnihil infamie irrogare videatur. iõqz si quis capite plecti meruerit, ac iudex cũ eo humane velit agere militiam tñ mutabit, veluti is, qui agmine excessit, capite plecti dz, si tñ ex causa, vel militiam mutat, vel fustibus cedit, plus nãqz est, militia deijci, qz gradu militie. Qui in bello arma amisit, vel alienauit, dz mutare militiã, si humane cũ eo agit, si xo ex iuris regula agat, capite puniẽdus est. pedes, qui in pace deseruit, militiã mutare dz. miles, si per vinũ, aut lasciuiam labat, capite plecti nõ dz, sed militie mutatio est ei irroganda. Qui cẽturioni castigare volenti restiterit, militiã mutare dz. miles in numeris existẽs, vel in legione, si sine pmissu principis aliena obsequia adierit, militia exui dz, et penã debitam luere, qđ intelligo, si disciplina militaris offenditor, vel si qđ detrimentum per hãc absentiam afferẽ militie. pñt eniz milites suis negocijs sine offensione discipline superesse, qzuis, cuz a republica et alant, et armati sint, solis publicis negocijs occupãdi videant, ac neqz agrorum cultui, neqz animalium custodie, questui ve vsurarum dare operã possunt. debent nanqz frequentes suis numeris insistere, tũ vt quotidiana excitatione ab bella promptiores reddantur, tum vt continuo labore indurati prudẽtiores, fortioresqz sint in prelijs. Eam ob rem imperatores satis diligenter ꝓhibuerunt, ne milites de suis numeris ad alios numeros transeãt, sine principis auctoritate. Quod vt in romana militia facilius fieret, cum olim stante republica Romana militia facilius fieret, cum, olim stante republica Romana, omnes itali longo tẽpore in armis fuissent, cogerenturqz propter negocia suis numeris sepissime discedere, primus diuus Augustus alienigenas milites mercẽnarios habuit, qui Romanum tuerentur Jmperium. qui enim limites imperij sui tueri, ac ꝓ viribus munire percupit, atqz eo animum suum applicat, vt in regno securus viuat, ac felix, is nequaqz euagari permittet suos milites, ac potius exteros in militiam ascribet, quibus non tanta negocia supersunt. preterea, cuz ab hostibus capi, nõ semper vitio vertendum sit, legimus tñ tituz in excidio Hierosolimitano equitem ab hohibus captum, et ad suos reuersum, armis ablatis agmine suo pepulisse, indignũ eniz ille iudicabat militia romana, qui viuus captus fuerat. Hec tamen militie mutatio forti viro grauior morte esse debet.

¶ Mulcta pecunia. Cap. xvij.

Milites pro delictorum qualitate nonnunq̃, vel in pecuniã cõdẽnant, vel sti pendijs, ac emerito priuandi sunt. Emerito quidẽ priuant, q militie tps in desertione impleuerũt. insuper, q ex cã desertionis notatus est, si restituat, tpis, quo in desertione fuit, stipẽdijs expungit, si tñ desertorẽ fuisse, nõ cõstiterit, oia stipẽdia citra tpis finẽ reducunt. penã istã pecuniariã apud Iurisconsultos nõ memini me legisse, imptores tñ hac mulcta ali qñ milites afflixerũt. Nã anno ab vrbe cõdita. cliij. P. Verginius, & M. Sergius Fidenas Tribuni militũ, pp cladem apud Veios acceptam, denis milibus eris grauis rei cõdẽnati sunt, lz nequicq̃ belli fortunã Sergius accusaret, ac Verginius deprecaret, ne infelicior domi esset, q̃ militie. Zeno Imperator eũ militẽ, q post finitũ tps cõductionis domus, litẽ illicite itulerat ei, cui dñs domus eãdẽ postea cõduxerat, in decẽ libras auri cõdẽnauit. nam Iustinianus phibuit militibus, ne res alienas, vel locarent, vel cõducerent. Eadẽ pena mulctat, q principi supplicauerit, vt binas militias simul obtinere posset. Preterea, si qs militem in aliud obsequm, q̃ militare, deputauerit, deputatũue acceperit, pro singulis militibus singulas auri libras psoluet. Archadius & Honorius lege repetita cẽsuerunt, si qs militũ annone exactionẽ impedierit, adiecta sacrilegij pena, cẽtũ librarum auri pena mulctari. Iidẽ Imperatores milites dignitate preditos, q maiorem partẽ hospitij, q̃ p Metatores sit assignata, acceperint, in tricenas libras auri condẽnarũt, reliquos milites militia priuauere. Theodosius Imperator, vt sceleratũ morẽ a militia repelleret, decem librarum auri mulcta feriri precepit eos milites, q ab hospite quicq̃ postulauerint. Rex aũt nr̃ christianissimus, si milites a ciuibus, aut Paganis qcq̃ acceperint, nõ pecunia penã sarcire voluit, sz id crimẽ capitale oino cẽsuit, q furtũ, rapinãue subolere videret. kanutus Danorum Rex oẽm militarẽ penã pecunia redimi statuit, dẽpta ea, que p fustiũ castigationẽ erat. Itaq̃ homicidij crimẽ quadragenis nũmi talẽtis expiari precepit. Ipse aũt sibi, q id crimẽ cõmiserat, trecẽta, ac sexaginta talẽta mulcte nomine numeranda descripsit, & nouem talenta auri, doni nomine, adiecit. Totius pecunie partẽ primã Regi dari volebat, alteram in milites diuidi, tertiã parẽtibus interfecti distribui iubebat.

¶ Castigatio militaris per vitem. Cap. xviij.

Emilius Macer Iurisconsultus, ne qd peccatam militare exercituũ Duces impunitũ relinquerẽt (est enim maxima peccãdi illecebra, impunitatis spes) irreuerentem militẽ nõ tñ a Tribuno, vel Centurione, sz ẽt a principali coercẽdũ esse censuit. Nã eũ, q Centurioni castigare se volẽti resistebat, veteres notabãt, si vitẽ tenuit, militiam mutabat, si ex industria fregit, vel manũ Cẽturioni intulit, capite puniebat. quo facile cõijcio, milites nõnunq̃ flagellis castigandos esse, vel fustibus. flagella intelligo extremas partes eius, qd caput vitis appellant, a venti qdẽ flatu flabellũ prius, flagellũ posterius appellatũ. Fiebat aũt apud Romanos hoc mõ eiusmodi castigatio. Accepto fuste, Tribunus vix tñ attingebat dãnatũ, qd vbi factũ erat, oẽs, q in castris erãt, cedẽtes fustibus, lapidibusq̃ in ipsis castris cõficiebant. Neq̃ tñ oẽs ita puniebant, sz prudẽter ratione habita multitudinis, interdũ octo, interdũ plures sorte eximebantur e numero eorum, qui deliquerant, & cedebantur fustibus. Reliqui, hordeo pro tritico demenso, extra vallũ, munimẽtaq̃ mittebant. Ergo sortis formidine oibus imminente, exemplo hordei dati ad oẽs ptinẽte, milites a dlictis facile reuocabãtur. Senatus etiam romanus dedit Centurionibus insigne gestamen ex vite, qua vel milites errantes plecterentur, vel cogerẽtur ad militiam, vel tardos ordines ipsi militum Duces ad lentas perducerent Aquilas.

Quod de Cn. Mario refert iuuenalis, qui.

Nodosam post hec frangebat vertice vitem.

Si lentus pigra muniret castra dolabra.

¶ Hadrianus autem imperator nulli militũ vitẽ nisi robusto, & bone fame dabat, quo & melius, & prudẽtius suos milites corrigeret. Est quoq̃ memorie mandatũ, Lucilio Centurioni in castris Germanicis cognomẽtũ, cedo alterã inditum esse, q verberans militem vite perfracta alteram poposcisset, & rursus alterã. Caluinus itẽ Domitius, cũ ex cõsulatu obtineret Hispaniã grauissimi comparandi antiquis exempli auctor fuisse proditur, qp pe Primipili Centurionẽ nomine iubiliũ, ob turpẽ ex acie fugã fuste pcussit. preterea Lichas Arcesilai Lacedemonius virgis a Lictoribus in loco prelij cesus legit, qr cũ eius biga vicisset, declarato victore Beotiorum Tribuno plebis ipse progressus in locũ Ludorum Lacedemonijs interdictum, Aurigã coronasset, aui dus scz iudicãdi suum currum victorem extitisse. Constat ẽt, fustuarium meruisse legiones, que cõsulẽ rreliquerant. Porro ne qs miles ignominiosum ducat, tergum suum subijcere culcitrã vibicibus, intelligat velim, fustium ictus infamiam ex Imperatorum rescripto interrogare. Ideoq̃ kanutum Danorum Regem non sine causa voluisse, penas oẽs militares pecuniaria mulcta tẽperari, dempta fustium, & lignorum pcussione. Dicebat enim in ea summam ignominiam esse cõstitutã, q fustibus canes abigere soleamus, credebat aũt ignominiã, summam militum penam esse. quã vt milites summa cum diligentia, si honori suo cõsulere volũt, debent effugere, ita Duces prudenter aiaduertant, vt neq̃ temere, neq̃ cõtinuo hac pena mulctatos summo dedecore afficiant. Memorat enim Phaleucus quondam Phocensium Dux interemptus fuisse a quodam suo milite, quem fustibus verberauerat. Atq̃ ideo id summoopere precauendum, non Imperatores tantum, sed & Tribunos, & Centuriones scite forsitan monuisse videbimur.

¶ Purgatio militaris, siue Luitio. Cap. xix.

Maiores nostri perfectum aliqd aio statuentes, nihil maiore cum diligentia curabant, q̃ vt & illud partibus oibus suis constaret, & nihil omnino, quo vel leuissima queq̃ macula abstergeretur, merito desiderari posset. Idcirco Vlpianus diligẽter sanxisse videtur, vt ij, qui status controuersiam patiuntur, licet reuera liberi sint, non debeant tamen per id tempus nomen militie dare, maxime lite ordinata, siue ex libertate in seruitutem, siue contra petantur. Ne ij quidem, qui ingenui bona fide seruiunt. Sed nec, qui ab hostibus redempti sunt, priusquam se luant. Luere autem se dicuntur milites, qui ab hostibus redempti, redemptoribus precium redemptionis offerũt. estq̃ ea luitio pecunie pro redẽptione persolute retributio, nã quoad exsolutũ sit pretiũ, sunt quasi in seruitute positi. nã etsi pater redẽptus ab hostibus ante luitionẽ mortuus sit, dici põt, filiũ ei suum existere non posse, nisi prius q̃titatem obtulerit isto mõ dicimus, vnũ ex heredibus seruũ pignori obligatum luere posse, id est redimere, & pretiũ pignoris psoluere. Res itẽ pignori obligata, & per testatorẽ legata ex cõi pecunia lui debet. est vero luitionis significatio nota in pignorũ redemptione. cũ itaq̃ milites redẽptoribus suis pretium, vt iura militaria postulant, in tpe offerũt, liberãt se illa quasi fuitute, liberãt se fide data, liberãt se pmissione, qua, vt nemini dubiũ est, illos redẽptoribus esse deuinctos, ita eo maxie vinculo purgatos, ac liberos sese debẽt reddere. purgatio aũt militũ diuerso modo ab antiquis facta est, vt diuersi sunt mores, varij que ritus gentiũ. Tullius rex, vbi, q̃ ad estimationes pertinebant, cõstituit, iussit ciues omnes in campum conuenire habẽtes arma, & ordines, statuens que equites pro dignitate, pedites q̃ in acie, ac leuis armature milites i suis quosq̃ ordinibus, eorum purgationem fecit Tauro, ariete, & Hirco, atq̃ hec circunduci ter iubẽs circũ exercitũ imolauit, quam purgationem in longũ postea tps Romani obseruauerũt. macedonũ vero reges hoc modo lustrare milites soliti erãt vt discisse canis viscera vltio in cãpo, in quẽ deduceret exercitus, abijcerent iu vtraq̃ partẽ, ac intra id spatium armati oẽs stabant, hinc pedites, illinc eqtes, sic phalanx. postea discordie autores ad supplicia deposcebant, ac discreti a ceteris in conspectu totius exercitus elephãtis obiecti, oẽs beluarũ pedibus obterebant. isto modo, post mortem Alexandri, cõi cõsilio placuit, milites more patrio lustrari. Octauius Cesar, vbi Caluisium prefectura classis mouit, Agrippãq̃ eius loco presse voluit, classis exercitũ ita purgasse legit, primum circũ altaria in litore maris multitudo oẽs circunquaq̃ p naues assedit, sacerdotes i litore sacra fecerũt terq̃ p exercitum, scaphis circũuectis, purgamina sacra detulerũt, Ducibus vna adnauigãtibus, & illa purgamina extollẽtibus, vt ab exercitu infelicia queq̃ depellerẽt. deinde ea ipsa diuidẽtes partẽ i mare piecerũt, partẽ altaribus ipositã flãmis adoleuerũt, ac ptinus multitudo ois illa bñ precata est. sic & Romani purgare classem suã assueuerunt. pisistratus tyrannus Delum expiasse hoc mõ legit, quecunq̃ in delo defunctorum extitere monumenta, omnia sustulerũt, & in posterũ edixerunt

edixerunt, ne quis in insula, aut nasceretur, aut moreret, sed morituri in Rheniã insulã transportarent parum a Delo distantẽ. Est & alia militũ purgatio, quo scz loco purgari dẽat exercitus, qui ve locus in castris cõmodior existere videat. Cuius qdez rei extat Jmpatorem Archadij, & Honorij, rescriptum, quo maxime, cum ois legionũ multitudo .s. fluminũ ripas castra habeat, nemini oino lz, sordes supiori parti fluminis, aut alnei inferre, ne cõe poculum polluat. Jd ipm qdem faciendũ est in inferiori parte, que sub castris est, atqz ibi tum seipsos, tum equos suos & ablnere, & adaquare solẽt. Qua de re nõnihil .s. in castrorum metatione tractauimus. Nimirum non minorẽ in militia nostra rõnẽ honestatis circa corporis necessitates, & curationem duci, seruariqz volumus, qz in animi cultu, & virtute tum comparanda, tum armis exercenda. Quare hoc videant diligenter milites, vt ab immunditia, & spurcitia sp absint, honestati non minus, qz ipsi valetudini, studeant, loci in quibus castra posita sint, vel stationes agant, sordibus, & eluuie omni purgent. Jd quod & animis alacritatem afferet, & corpori habitum vegetiorem.

¶ Feuda. cap. xx.

Oc aliquando tandem loco de feudis, que imperator strateias appellat, disserere, necessarium existimaui, vel eo potissimum ordine, quo patrũ memoria ad preces Bononiensis collegij a do. Federico tertio romanorum Jmpatore ɔfirmata fuerunt. Ea ego militiarum iura appello, atqz hinc originẽ sumpsisse suspicor. Cũ romani vbiqz gẽtiũ, & terrarum victores extitissent, plures milites in prouincijs remansere, pars, vt presidio esset, pars, vt illic agros, quos vberes ꝓspiciebat, coleret, quo fere modo de limitaneis militibus .s. dictũ est. deinde cũ Colonie deducerent bona pars romanorum eo loci cõmigrauit. Quibus cuz multus esset ager, ac fundus amplissimus, ne & ipsi carerent cliẽtibus, incolas terre in suum patrociniũ vocauerunt, eisqz fundos, vt erat cuiusqz ɔditio, in bñficium distribuerunt. Atqz istiusmodi clientele pedetentim in feudorum nomẽ transiuere, a federe forsitan, cliẽtesqz vassalli vocari cepti sunt. Cliẽtũ aũt (si altius rem ipsam repetere volumus) origo a romulo ꝓcessisse putat, qui, cũ ꝓuidere vellet, ne locupletes iniurijs humiles, potẽtesqz inuidia egenos opprimerẽt plebeis ꝑmisit, aliquẽ ex patricijs sibi patronũ eligere. ij cliẽtes dicebant, idqz nihil aliud erat, qz susceptũ ꝓ tenuibus patrociniũ, qd, fide data, accurate obseruãdũ erat. Fidelitas itaqz cũ in feudo sit aliqd substãtiale, a fide, seu fidelitate nõ absurde feudũ deduci põt. Est eniz feudũ beneuola rei ɔcessio cũ trãslatione dominij vtilis, retẽta ꝓprietate sub fidelitate, & honestis obsequijs exhibẽdis. Est, preter id, aliqd feudũ a recti feudi nã degenerãs de quo hic nihil attingã, ne nimis late diuaget hec mã, ac facilime hinc eximã. De eo igit scribã, qd feudi ꝓpriam hz nãm, atqz simplex, purum, & rectũ est, necnõ ad heredes trãsitoriũ, ac equali subinfeudari põt, quo itez vassallus sine culpa priuari non dz. Paternum vero feudũ, qd ẽt antiquũ dr, illud est, qd a maioribus nostris est acqsitũ, id quoqz ad heredes trãsit. nã Lotharij ɔstitutio vult, decedẽte milite vassallo, succedere illi filiũ, & ex filio nepotẽ. Jn hoc fundo noua traditio nõ exigit in agnatis, seu descẽdẽtibus, si maioribus facta fuerint, sentio tñ, necessariã esse recognitionẽ, vt dñs, & iuri fidelitatis pstationẽ. nouũ fundũ appellat, qd a dño noue ɔcessum est. Fit ẽt qñqz ex antiquo nouuz feudũ, cũ dñs, de agnatorum ɔsensu, vassallũ inuestit, tãqz de nouo feudo. Preterea lz ex vsibus feudorum solus princeps romanus feuda regalia, aut dignitatẽ dare possit sintqz tm̃modo illius vassalli Duces, Marchiones, Comites (vt vocant) qui & Capitanei regni dñr, attñ qlibet rex in suo regno hmõi dignitates ɔcedere potest. Nam si hoc loco rationibus pugnandũ est, rex plus iuris hz in regno, qz Jmperator cum ad heredes regnum transmittatur, in Jmperio vero nõ succedit, nisi electione. Duces hic a romanis dictos putaro, donabantur enim ab imperatoribus nõ castris tm̃, sz & oppidis, ea tñ lege, vt dñium ab impatoribus recognoscerent. Assignabantur autem cuilibet Duci exercitus comites duodecim, qui eos cõmitarentur, vnde dictos Comites autumo. Marchiones vero a limitaneis ꝓpositis duxerunt originẽ, nos .n. limites ꝓuinciarum Marchas vulgo dicimus. Accedit Seueri Jmpatoris historia, que recitat, eũ limitaneis Ducibus, & militibus ea, que ab hostibus capta erãt, ɔcessisse, ita vt eorum essent, si heredes militarẽt, cuius meminit ẽt suis rescriptis Justinianus imperator. Demũ vt omnia leui tm̃ manu attingamus, inuestitura est possessio, qñ vassallus in realem possessionez per dñm, vel nuncium eius inducit. Potest autem quilibet feudo inuestiri, nisi expresse prohibitus inueniatur. Defuncto itaqz vassallo, liberi, vel agnati a dño, vel eius herede renouationem inuestiture in feudo antiquo intra annuz, & diem petere debent, si pagani sunt, si vero milites, intra annum, & mensem. Jn quo militum, quorum fauore tps prorogatur non minimum est priuilegium. Jstud tamen intelligi velim, si cessent impedimenta, cuiusmodi sunt hostiles incursus, & similia. Quesitum est aliquando, an valeat inuestitura, si quis aliquem de feudo sui militis inuestierit. Placentini non valere asseruerunt, nisi consentiret is, cui ius erat feudum. Mediolanenses autem, & Cremonenses nihil distare affirmabãt, vtrum sciente, vel ignorante, dũmodo eo viuente, nullum detrimentum a feudo contingat, quod tantum verum crediderim de eo, qui feudi successores non habet. preterea feuduz si quis a domino accipiat, iurare debet, incolumen dominum se seruaturum, neqz secreta reuelaturum, aut presidia, quibus dominus munitus tueri se potest. Jurabit etiam se non commutaturum ea, que domino honesta, vtilia, facilia, possibilia futura sunt in partes ɔtrias. Deniqz fidelem se, vt vassalluz, domino futurum. Neqz enim vassallus debet mortem, nisi illam certissime preuideat, euitare, vt domino suo succurrat. Demum miles sine culpa feudum suum amittere non potest, culpa autem, si sine domini voluntate illud vendat, ideoqz feudum perdit. neqz enim de beneficio militis quisquam potest permutationem facere, alias, factum infectum censebitur. Vulgatum namqz est, militem nisi de culpa conuictum a possessione beneficij deijci nõ debere. Atqz si suos iudices iniqz iudicasse contendat, Principem adire debet, qui causam ipsam terminabit, ac interim, quod maximum est priuilegium, per sesquimensem in beneficij possessione debet remanere. Beneficium amittit miles, dum bellicis armis renunciat, assumit vitam monasticam. Relinquit enim militam nostram, ac in aliam, que cum feudis nihil habet consortij, diuertit. Quid enim Monachis cum alijs feudis, si originem, naturamqz spectes, commune est? Perdit item beneficium miles, si coram domino tertio vocatus non astiterit, si tamẽ ante abeuntem annum morã suam purgauerit, eidẽ possessio restituitur, alioquin non possessione tantum, sed & ipso beneficio deijcietur, amittet etiam miles beneficiũ, si cum vxore Domini, filia, nepte, nuru, vel sorore rem habeat, vel eas in adulterium solicitet, si tñ ignorans cum domini vxore rem haberet, excusari posse crediderim, nullũ .n. non excusat ignorantia. plane quibus ex caussis filij nostri exheredantur, matrimonio dissoluuntur, reuocantur donationes, ijs quoqz feuda amittuntur. sunt preterea quedam ingrati animi cause, quibus beneficium secundum mores solet adimi. Quo modo, notum est, Obertuz de orto filio suo Anselmo rescripsisse. Deniqz si de feudo militis sit contentio inter Dominum, & Agnatum defuncti, agnatus paternum, Dominus vero nouum feudum contendat, agnatus quidẽ in possessionẽ feudi mittendus est, postea de questione cognoscetur. si vtriqz ꝓbationes desunt, agnatis iuramentũ deferri dr. Hic militis nõ penitenduz est priuilegiũ, vt filius militis, si de feudo lis oriat cõtra filiũ dñi sui, prior miles ad iuramentũ vocetur. pauca hec attigisse satis sit, volumus enim ea tantuz attingere, que & milites, quam instituimus, aliqua saltem ex parte iuuare possint.

¶ Federa, & inducie. Cap. xxi.

q Uemadmodum apud nos nõ hominũ tãtũ, sed & morum, rituumqz longa est diuersitas, nec vbiqz vno voto viuit, ita maiores nostri varias federis ineundi rationes, ritusqz nobis reliquerunt. legimus enim, grecos post Cyri minoris mortem, cum Arieo Barbarorum imperatore, clearcho duce, fedus antiquo more ijsse. Mactatis vero super scuto Tauro, Apro, ariete greci enses in sanguinem intingebãt, Barbari vero hastas, ac isto more fidem, amicitiam, & societatẽ sese seruaturos iurabant. Greci item cum macronibus populis data vtrinqz fide, ac Barbarica lancea grecis data, greca vero Barbaris, fedus inierunt, patrio nanqz ritu ita federa sanciebant. Reges Armenie, & Hyberie, quoties in societatem, amicitiam ve commaneũt, implicant dextras, pollices que inter se vinciunt. nodo que perstringũt, mox vbi sanguis in artus extremos sese effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atqz inuicem lambunt. arcanumqz id fedus hr, quasi mutuo cruore sacratuz. isto ẽt modo hadingus apud danos cũ Lisero quodã celebri pirata, pactiõis

iure, ɔciliatus fuisse legitur. Dani nanqȝ amicitiarum pignus mutui cruoris cōmercio firmissime ɔstitutum existimant. Romanis aūt prohibitum erat, vllum, Senatus, atqȝ populi iniussu, fedus facere. Nam ineundum erat, ita intercedente p̄toris, vel ɔsulis auctoritate, aut senatusconsulto, pretor verbenā ex arce, ⁊ sagmina, ac lapidē silicē ex templo Iouis Feretrij dabat Feciali, qui, Porca in foro adhibita, manu sceptrū tenens, pro Iouis simulacro, filo lane capite velatus, ⁊ verbena coronatus Iouē, Martem, ceteros que Deos obtestabat̄, si qs federa violasset, ita illū Jupiter feriret, quemadmodū porcā percuteret, inde silice porcam feriebat, que, aqua, ⁊ igne adhibitis, immolabat̄. si qdem. Antiqui cesa firmabant federa porca.

¶ Respondit autē Menippus Antiochi Regis legatus. Q. Quintio ɔsuli, anno ab vrbe ɔdita. dcccclxj. tria esse federum genera. Unum, cum bello victis dicerent̄ leges, vbi enim omnia ei, q armis plus pōt, dedita eēnt, que ex ijs h̄ret victor, quibus mulctari eos vellet, ipsius ius, atqȝ arbitriū erat. Alterum, cum pares bello, equo federe in pacē, atqȝ amicitiā venissent, tunc qppe repeti, reddiqȝ per cōuentiones res solebant. ⁊ si quarum bello turbata possessio esset, eas aut ex equo simul, aut ex formula iuris antiqui, aut partis vtriusqȝ cōmodo componebant. Ista fere forma Octauius Cesar, Antonius, ⁊ Pompeius, Julia Antonij, ⁊ Mutia Pompeij matre in hec federa cōpellētibus, conuenere. vt bellum ceptum dissolueret̄, negociatores libere oi loco cōmeare possent, Pompeius, quas custodias in Italia haberet, educeret, seruos fugientes non admitteret, Sardinie, Sicilie, Corsiceqȝ imperaret, Cesar, ⁊ Antonius reliqua possiderent. Hec autem ɔscripta, ac proprijs cuiusqȝ signis munita, virginibus vestalibus custodienda misere Romam. Hoc exēplum isto loco adiecisse maiorem in modum plȝ, tum vt mulierum ɔgressu fedus aliqñ initum intelligamus, tum vt nominatim in memoriam reuocemus Lodoicam Francisci regis Christianissimi matrem, ac Margaritam Austriacam Caroli. v. Auiam viduas sagacissimmas, que ad Cameracum fedus sanciuerūt. Nec minore gloria digne, mea qdam sñia, sunt sorores Leonora Francie, ⁊ Maria Ungarie Regine, que non decennales tm̄ inducias, sed pacem proximis diebus composuisse feruntur. Quā si in perpetuum trahere possumus, insignē mulierum aium tanto tpe ad pacem intentū non abs re laudabimus, amabimus, deosculabimur. Tertium postremo federum genus est, cum, qui hostes nunquā fuerunt, ad amicitiā sociali federe inter se iungendā coeunt. Ji neqȝ dicere, neqȝ accipere leges, qñ id victoris, ac victi intersit, ɔsueuerunt. Enimuero mos Tartatorum, dum federa sanciunt, is est, sup frameas iurant, ⁊ aquā ablutionis gladiorum, atqȝ framearum epotant, verbaqȝ talia adijciunt, qcunqȝ pacta, ⁊ fraternitatem violauerit, aut ꝯ eam violandam insurrexerit, vel aliquid intentauerit, a frameis incidendus, occidendusqȝ pereat, et tanqȝ aqua, defluat, ac euanescat. Lacedemonij quoqȝ, factis federibus, ita sacro grauissimo iurabant, staturos se in societate sm ɔuenta iuste, innocenter, ⁊ simpliciter, neqȝ transgressuros vlla, vel arte vel machinatione, renouabantqȝ quotānis iusiurandum. sunt ergo federa huius generis, que cū cōmuniter vtrosqȝ astringant, ab vtrisqȝ ēi ex equo, bonoqȝ seruanda sunt.

¶ Inducie Paulo iurisconsulto sunt, cum in breue, ⁊ presens tēpus ɔuenit, ne inuicē hostes sese lacessant. Varroni inducie sunt pax castrensis paucorum dierum, vel belli ferie, verumtñ bellū manet, sed pugna cessat. Pactum igit̄ induciarum est hmōi, vt in diē certū non pugnet̄, sed ex hoc die postea vti iam pugnet̄, vbi dies aduenerit. Grecis ab abstinendis manibus ekechiria dr̄. Neqȝ tñ paucorum tm̄ dierum, sed horarum, ⁊ multorum annorum factas inducias legimꝰ. Jn annalibus quadrigarij scriptū est, L. Pontium Samnitem a dictatore Romano sex horarū inducias postulasse. Secunde item inducie inter Romanos, ⁊ Carthaginenses facte per quinquaginta annos permanserunt, donec solutis ijs, tertium, ⁊ vltimum bellum ceptum est. Date sunt preterea veientibus inducie a romanis in centum annos. Nemo itaqȝ miretur ijs temporibus a Francisco rege nostro in deceniū cū Carolo imperatore initas inducias. Sint licet, dum grāmaticis ita visum est, paucorum dierum inducie, constat tñ ⁊ multorum annorū fuisse. Facte autē sunt primum inducie, regnante Romulo, Sabinis, Duce Tatio, aduersus romanos bellū gerētibus. Tunc romane mulieres legationem obtinuerunt, ducente eas Hersilia, ⁊ ɔgredientibus regibus, pactiones de amicitia facte sunt. Induciarum tp̄s hoc fere hȝ, vt hostes alteri cum alteris impune colloqui possint, rex oium sit liber cōmeatus, huc, illucqȝ meare, ⁊ remeare liceat. Ac propemodum ee ɔditiones obseruari solent, quas inter Lacedemones, ⁊ Athenienses nono anno belli Peloponessiaci pactas nouimus. vt scȝ caduceatoribus, atqȝ legatis dissoluēdi belli gratia, ⁊ ɔtrouersiarum Athenas, vel in Peloponessum euntibus, ac redeuntibus terra, mariqȝ federa essent. Transfugas interea non recipi, neqȝ liberum, neqȝ seruum. alteros itē alteris dſerentibus causas sm Maiorum instituta dicere, litemqȝ citra bellum, solui iudicio volebant. Que omnia ab eqtate haud quaqȝ recedunt. Atqȝ iō nemo eas inducias nō sanctas, piasqȝ confitebitur, tum qꝛ a bello (per qd̄ omnia prophanant̄, bona rectaqȝ pereunt, iustitia procul exulat) fit oimoda cessatio, tum qꝛ paci iusti, ⁊ boni obseruatrici ille multo sūt viciniores. Eā ob rē placere non pōt Frothonis Danorum Regis aduersus Sclauos bellum parantis rñsum, ɔuis scitum sit, notatuqȝ non indignū: Jllud autem datum est Strumio Clauorum Regi per Legatos inducias petenti. Quas ei denegauit Frotho, affirmans hostem inducijs nunquam instrui oportere. Sed nos, tametsi ex inducijs aliqua peruersa, iniquaqȝ frequenter eueniant, non ea de causa reijciendas esse concedemus. Et sane non iniuria forsan aliquis putaret eas in virtutum officijs sitas esse, cū maxime mediū quoddam inter bellum, ⁊ pacem existere videāt̄ur. huic ego lubens assentior, patiorqȝ vel in fortitudinis officijs (quibus vir fortis non omnia pericula subire debet, sed ea tantū, quibus ob maius bonum fortissime illi agendū est) contineri, fatebimur etiā in mansuetudinis officijs includi posse inducias, cum inter iracūdiam, iracundieqȝ cessationem quedam mediocritas esse videatur. Adhec non paruas iras tm̄, sȝ ⁊ magnas, atqȝ difficiles restingunt, ⁊ beneuolentiam, qua nos humani dicimur, facile ɔciliant. Eam ob rem apud nos, dum virtutes assequi ɔtendimus, permitti non dȝ ꝯuersus ille mos Hunnorum, qui semp per inducias infidi, ac inconstantes esse ɔsueuerunt. Ac ne is qdem barbarorum, qui Mantinensium ciuitatem, iam sancita pace, depopulati sunt. Neqȝ laudare possum Cleomenem Lacedemoniū, q, cum centū, ⁊. xxx. dierum essent pacte cum hoste inducie, noctu populabat̄ agros, qꝛ dierum essent, non noctium facte inducie. Uitanda est enim hec callida, ⁊ malitiosa iuris interpretatio. quicquid igit̄ ijs inducijs promissum erit, id non minus ratū, firmūqȝ manere debet, qȝ si pax esset inita. alias ad arma redit̄, a fide data recedit̄, bellaqȝ maiori cum furia resurgunt. Legitur namqȝ Geysa Hungarorum rex in Albam Bulgarie oppidum exercitū duxisse, qꝛ hostibus Hungarorū ꝯ induciarum ɔditiones, portas apuissent, atqȝ vrbem, hungara quadam puella captiua ministrāte, incēdisse, ⁊ p̄dā asportasse nō mediocrē. Jtaqȝ si nobis ipsis, ac irreligiosi non videamur, ne ve latū vnguē a p̄missis, pactisqȝ recedamus, sed etiam ne ab infida gente, populoqȝ versipellicum illo pactas habemus inducias, decipiamur. Cuius quidē rei Arthurus Britannorū rex sapienter nos admonuit, q Saxonum legatos nō solū nō audiebat, verū a se longissime reijciebat, qꝛ illi pacē añ petentes, dolose suos adorti bellū ɔmisissent. is preterea legatos, dū sepius redirent, in castris inter p̄sidia detineri iussit, dicēs nouas legatiōes nouis sp dolis munitas esse, ac tū instructā aciē in hostes mouit. hec, si peritus miles duxqȝ strenuus aiaduertāt, non cito fiet, vt vel facile decipiant̄, vel illis summo cum dedecore, ⁊ teterrima ignominie nota manifeste illudat̄.

¶ Oppignerationes, seu represalia. Cap. xxij.

o Ppignerationes grece euechirias mous appello vulgꝰ repsalia vocat, purioris lingue hoies post Hermolaū barbarū clarigationē applari volūt, lȝ fortasse melius p perduellionis declaratione accipiat̄. ego rectius cū budeo Androlepsiam appellauero. sunt aūt oppignerationes, permissio recuperandi id, qd̄ ab inimicis vi ablatū est si prius repetitū reddere noluerint, nulla facta differentia, sint ne ij, q abstulerūt aut ciues nr̄i aut etiā nostrates. dāturqȝ a principe maxie, cū res ablate, p iudicē recuperari nequeūt, aut tutū nō est, corā principe eorum, q abstulerūt, agere. Nos id literā marque dicimus. iurisconsultus ɔtenderet, permissas non esse, ɔstat. n. iustinianū iperatorē prohibuisse, ne psone, vel rei, vel auri alterius p alio oppignerationes fiant, sed oppigneratione leso quadruplū restitui, illiberales quidē (vt air) ⁊ odiose sunt hmōi exactiones. idē scripsit musonio p̄fecto vrbis, p̄hibuitqȝ, ne p̄uinciarū presides alios, p ijs q deliquerūt, accipiāt, ne ve quēpiā aliū e locis, vnde ducūt originē ij, q deliquerūt, aut predijs eorum dānū inferant, aut pp vnū, qui deliquit, oppignerationes faciant. iulianus imperator sapiēter cauit, ne quis pp nomē alienum molestiam, aut damnū patiat̄. Fri-

dericbus

dericus imperator noluit eis, qui studiorum causa peregrinātur, ob alterius prouincie delictuȝ damnum inferri, etiam si peruersa cōsuetudine nōnunquam factitatum extiterit. Gregorius romanus pontifex omnino prohibuit, Oppignerationes fieri, que cuȝ graues sunt legibus, ꝛ equitati naturali, tū aliquis, preter modū facile offenditur. veruȝ enimuero cum aurea illa Saturni secula, quibus omnis rapacitas, furtum, bella, seditiones procul habebant, longo iam tempore preterierint, nō video, cur alijs nō sit viuenduȝ legibus, atqȝ hodie Oppignerationes nō iure ꝯcedi possint. iustitia sane, que Celo delapsa est, eadē vbiqȝ regnare dꝫ. naȝ qd̄ apud nos iustum erit, in Italia, aut apud Barbaros iniustuȝ esse non potest, neqȝ iuste quicq̄ȝ fieri, aut si factuȝ est, inultuȝ esse patitur. iustuȝ auteȝ, quod in comparatione rationum situm est, nihil omnino discernit, an prauo probus, ꝓbo ve prauus quicq̄ȝ detraxerit, sit ne a prauo, ꝓbo ve viro cōmissū crimē. iustuȝ preterea ipsum a philosophus inter plus, ꝛ minus, mediū cōstituatur, lucrum autem, ꝛ damnuȝ plus sint, atqȝ minus, inter hec duo medium quoddam emendatiuum iustum esse, fateri opꝫ. quapropter, si quis de damno illato queratur, ad iudicem, qui medium quoddam iustum est, confugiens aduersarium de dāno illato accusabit. Fingamus, si libet, vt est Oppignerationū natura, iudicē qui est in ꝓuincia rei, (Actor enim forum rei sequitur) iustū illud mediuȝ qd̄ inter lucrū, ꝛ damnū constituimus, vel producere, vel agnoscere nolle (fauemus enim nonnunq̄ȝ nostratibus) quid tum facturum Actoreȝ censeres? is vicinioris prouincie presidē implorabit. is alium iudicē, qui neutri faueat, cōsulet. Si deniqȝ late sententie reus parere renuat, quid actori faciendum? ille ne aut diei, aut Soli, aut Lune miserias narrabit suas? erūpet ne aliqñ iustuȝ illud medium, qd̄ vbiqȝ regnare predicatur? hic dum per recuperatores rebus nostris potiri nō possumus, armata manu iustum illud excitare, principis edicto nobis permittitur. quis enim iusti illius amans sic id labefactari, atqȝ in contrarium immutari pateretur? pulchre itaqȝ sancitum est, iniquum nō uideri, si quid improbe factū est ab aliquo ciuitatis, monito prius populo vicissi iniurias, ac singulos ciuitatis inuadere maxime si iustum illud neglexerint. idcirco iniustuȝ videri non potest, Gallis, quibus, dū nauigarent, lusitani vestem omneȝ abstulerunt, ac, dum illi corā lusitano iudice sua repetūt, nullū locū relictū esse iustitie vidēt. Oppignerationes a suo principe ꝯcedi nō in eos tantū, qui vi abstulerūt, sꝫ in singulos quosqȝ lusitanos, qui res repetitas aut restituere, aut per iudicē iure experiri volentibus restitui noluerunt. Horum si Rhadamantus inexorabilis ille vir Judex existeret, iustum hunc morem fateretur, qui inquit.

Si quis quid faciat, eadem patietur ꝛ ipse.
Judicium rectum fuerit, vindictaqȝ recta.

Sunt autē Oppignerationes huiusmodi nō paucis abhinc diebus, vt Bar. asserit, inuente. nos vero ab antiquo Fecialiū iure originē sumpsisse credimus. cū enim Ancbus martius rex declaratus esset, videretqȝ Numā in pace religiones instituisse, vt bellice ceremonie a se ꝑderent̄, inducerenturqȝ bella aliquo ritu, ius describi iussit ab antiqua gente Equicolis, qd̄ tunc feciales habebant, quo res ab inimicis repetebātur. Legatus ad fines eoꝝ vnde res repetebantur, ibat, ac ibi Jouē obtestabatur, ne cōpotē patrie eū sineret, si iniuste, impieqȝ illas res dedi populo Romano exposceret. si non dabantur, que exposcit, diebus triginta peractis, tot eniȝ solennes erāt, bellū indicebat, obtestans deos, populum talem iniustum esse, neqȝ ius psoluere velle. Inde nuntius Romam ad consulēdum redibat, ac confestim rex patres consulebat, quid censerent de ijs rebus, quas per talem populum dari, fieri, solui oportuit, eas tamen nec dederunt, nec fecerunt, nec soluerūt. Tūc oēs puro, pioqȝ duello querendas res censebāt, bellumqȝ erat cōsensu fieri solitū, qd̄ mox indicebatur per Feciales. isto modo a latinis repetite sunt res Romanoꝝ, ac indictū bellū. quē morē posteri acceperunt. hinc quoqȝ Oppignerationes initiū sumpsisse puto, lꝫ barbarū vocabulū represaliorū ciuitate Romana non sit donatū. Romanos preterea prodūt historie aliqñ grauiter in veliternos seuisse, q, cū veteres ciues romani essent, sepiꝰ tñ rebellauerāt. Ji trans tiberiȝ sunt missi habitatū, edictūqȝ est, vt is, qui cis tiberiȝ deprehēsus esset, nō prius q̄ȝ ere psoluto, abiret, ꝛ vsqȝ ad mille clarigatio passuū erat. eā oppignerationū specieȝ nōnulli intelligunt. Cartaginēses etiā aliqñ aggressi nauiganteis depredabantur. Romanos quoqȝ mari obruebant. Romani aūt cū penas ab illis exigerēt, idqȝ differrēt, bellū inter eos decreuere. admonuit nos budeꝰ loci Demosthenis, quo lex draconis Atheniensiuȝ legislatoris nobis declarat̄, vt si qs violēta morte obierat, ꝑ hoc gentilibus, ꝛ cognatis Androlepsia esset quoad iudiciuȝ cedis, penasqȝ subirēt, vel necis autore dederēt. mulcta aūt erat androlepsiaȝ postulāti, vel ea potius vtēti. id qd̄ ad oppignerationes accedere vr̄. nos tādē vetus illud Romanorū institutū insequentes, vidimus nōnunq̄ȝ oppignerationes ꝯcedi. ac, si bñ memini, ꝯcesse sunt paucis ab hinc annis cuidā egregio viro ꝯ Genuenseis, a qbus suppellex eius nō vulgaris, dū roma rediret, ablata erat, q̄ȝ dū sepiꝰ repeteret, illi negligebāt. cōtigit preterea, quendā gallū ad nūmulariorū mensaȝ Lugduni millia nummū deposuisse, mox argentariū, qui depositā habebat pecuniā, abscessisse, nullibiqȝ locorū repertū. gallus cuȝ socijs mēsēius sibi saluū fore cōtendit. ꝯ hos dum corā preside Florentie cepit agere, is vel noluit, vel dissimulauit ꝯquitati, ac iustitie cōsulere. Quare principē, neqȝ iniuria, oppignerationes concessisse vidimus. non ꝯsueuerunt aūt dari, nisi prius adito iudice aduersarij, ac vel neglecta, vel denegata iustitia. neqȝ a ratione alienū existimet aliquis, istis casibus oppignerationū, Gallos sibi ius dicere vt pote quibus rex nō cōsueuit iudices assignare alterutri partiū fauenteis, qui de iure cognoscāt, sꝫ, monito aduersario, vt dictuȝ est, ipso statim in limine oppignerationes concedit. iura enim cuȝ iudicis copia haberi nō potest, aliquibus, ꝑp urgētē necessitateȝ, ius sibi dicere ꝑmittunt. quis preterea regē ꝯdemnabit, q subditos suos vult ab oībus iniurijs quouis mō defendere? eteniȝ si qs ad ꝓpulsandas iniurias ꝯuocare potest amicos, cur nō ꝛ principē in auxiliū vocare poterit. ꝓnceps vero cur nō suos modis omnibus defendere. cur nō ciuiū suorū iura sarta, tecta ve ꝯseruare. cur nō ꝛ libertati, ꝛ immunitati populi studere poterit. Rom. aūt pontifex, qui totius orbis imperiū sibi arrogat, Exteris ꝯsueuit iudices minime suspectos dare. quomō nostris tꝑibus a clemēte septimo Auenionēsi cuidā sup iure oppignerationis Eps nicien sis datus est iudex ꝯ Genuenseis, qui res eius institori cuidā abstulerant. veruntamen inter subditos nullibi conceduntur oppignerationes, cū iudicē habeant, corā quo de illata iniuria possint cōqueri. qd̄ Romanus impator edicto ꝓhibuisse legitur. vult eniȝ coram preside prouincie unumquenqȝ ius suuȝ experiri. hinc extat iustiniani edictū, si quis cū altero controuersiaȝ habeat siue de pecuniaria cā, siue q̄ res mobiles vel immobiles illi abrepte sint, prius dꝫ adire presidem ꝓuincie, qui si allegata audire differat, compelli dꝫ ab ep̄o, qui scdm̄ leges vel agentem liberabit, vel ad principem remittet. rescripsit aūt tribuniano questori sacri Palatij, si quis adeat imperatorem, dicens se presidem ꝓuincie petijsse neqȝ, qd̄ iustum est, ab eo impetrasse, preses punietur, si vero non adito preside prouincie, imperatorē accesserit nullo iure illi dicto, ad presidē remittet̄. accedit Neapolitana ꝯstitutio, q̄ in Regno ꝓhibet fieri oppignerationes, pena adiecta ꝓscriptiōis partis medie bonoꝝ. neqȝ in hoc Christianissimo regno regnicolis dari ꝯsueuerūt. pñt enim corā suis iudicibus agere, atqȝ suas res recipere. si aūt cū extraneo agendū est, erit oppignerationi locus, neqȝ tūc dicemus officiū iudicis, cuius copiā hēre nō possumus, implorari dēre sed potius manū, aut regiam maiestatē reqri qd̄ maxime ad ius gentiuȝ accōmodari vr̄. manu enim Regis antiquitus expediebantur oīa. neqȝ verum videri pōt, principeȝ, vel imperatorē denegaturum iustū illud medium, qd̄ querimus, nam Constantinus iperator Andronico rescripsit, si pupilli, vel vidue alijqȝ male fortunatis hoīes iudiciū iperatoris orauerint, cum alicuius potentiam perhorrescunt, is sui copiā non denegabit. in summa, si ab inimicis ablate res repetantur, ijqȝ, qui abstulerunt, aut non facile conueniri, aut si conueniri, eo tamen loco agendū est, quo periclitatur iustitia, ad ius ꝯseruandū, iustitiāqȝ, quā velut deam maiores nostri coluere, oppignerationes, seu represalia ꝯcedi dicimus, si prius tñ liquido constiterit, ꝛ res ablatas, ꝛ dū ex equo, bonoqȝ repeterentur, denegatam iustitiaȝ. quare qui erepta multis etiā post annis recuperare volunt, spectare debent, ne quid eorum pretermittatur, que necessaria diximus.

Bellum. Cap. xxiij.

DEcertandi ꝑcipua sunt duo genera, vnū ꝑ disceptationem, alterū per vim, illud quidem proprium Hominis, hoc beluarū. confugiendū aūt nobis esse vr̄ ad posterius, si non lꝫ vti superiore. quare suscipienda qñqȝ bella sunt vel eam ob cām, vt sine iniuria (qd̄ ius commune est gentium) in pace viuatur. ac primum nemo plane est, qui non fateatur, arma non homini tantum, sed ꝛ cunctis animantibus a natura data esse, vt sua omnia adeoqȝ corpus ipsum tueantur, ac inimicos tum a se, tum a suis ꝓpellere discant, imo vero priusq̄ȝ didicerint, ꝛ parata arma ha-

beant, ad bellum quodammodo nata videantur. Vitulus enim cornu petit, nondum productis cornibus, Pullus equinus ungulis necdum solitis calcitrat, Catulus, ⁊ si dentes solidos nõ habeat, ad mordendum tamen incitatur. Homo autem, quem rerum parens Natura ceteris animantibus fecit imbeciliorem, si virtutibus excolatur, non solum aliqua sui parte, sed totis neruis manibus, pedibusque inimicis resistendum ducet. etenim pueros irasci, calcitrare, mordere videmus, dum vincere prorsus, ac superiores euadere contendunt. idem quoque pleraque animalia factitant, nullo preter victoriam, proposito premio. Qua de causa ⁊ ciuitas contra ciuitatem, oppidum contra villam, ipsique homines inter se maxima bella confecerunt, singuli quoque viri secum dissentire, atque pugnare mihi videntur. Nam vt membrorum, ita ⁊ affectuũ inuicem quedam est pugna, in qua id vnum vel pulcherrimum ducimus, tum sibi dominari, tum seipsum vincere. itaque cum homo contra seipsum, aduersus proximum, ciuitas cum ciuitate bella gerant, bonaque eorum, qui victi sunt, ad eos transferantur, qui victoriam adepti fuerint, siue de honoribus, siue de imperio certamen sit, nihil penitus vtilitatis in reliquis officijs hominum positum existimaui, nisi quis bello armisque esset superior. Cũ Romani in Roma. insurgebant, quod natura amici essent, dicebatur Roma morbo quodam laborare, ⁊ seditionibus agitari, neque has inimicitias bellum, sed sedionem vocabant. cũ autem Barbari cõtra illos, illi ve contra Barbaros pugnabant, bellum geri existimabatur. ideoque hos natura hostes, atque has inimicitias bellum vocabimus. Tyrteus Atheniensis poeta apud Lacedemones laudauit viros, qui strenue aduersus exteras natiões pugnassent. Theognis autem Siculus poeta eos, qui se constanteis, fidos, forteisque tempore seditionis exhibuerãt, magnis efferebat laudibus. Ego hic agere non institui, vtri prestantiores censendi sint, tum quod Antiquis philosophis id genus belli grauius fuisse videtur, quo Justitia, Temperantia, Fortitudineque Prudentie iunctis superiores euadimus, quam quo ipsa sola Fortitudine, tum quod de seditionibus alio loco nõnihil tractatum est. atque vt hoc loco nobis probandum est, equum, bonumque esse bella suscipi, ita ⁊ huiusmodi seditiones prorsum reijcere contendimus, cum maxime ciues iudicẽ habeãt vel pro consule, vel pro pretore, coram quo de illata iniuria cõquerãtur. tũ quod perfecto reipublice statu nullũ pernitiosius malũ, nullũque maius periculum accessurũ est. eam ob rẽ Justinianus, quantum poterat, inter subditos temerarias pugnas cohibuisse, ⁊ seditiones castigasse commemoratur, ⁊ ea omnia, que bellorum ciuilium calamitas in vrbem innexerat, sapienter eiecisse. hec bella si quis vel iusta, vel necessaria dixerit, ipsi veritati palam, rationique obuersatur. ea autem, que aduersus hostes geruntur, ex equo, non preter rationem, confici, fatendum est. dicat aliquis, non licere cum alterius incommodo suum augere commodum. Ac siue de imperio certetur, ⁊ gloria, vt cum Latinis, Sabinis, Sãnitibus, Penis, Pyrro Romani decertarũt, siue cũ vter sit, non vter imperet, veluti cum Celtiberis, ⁊ Cymbris pugnatum est, oportet tamen subesse iustas causas bellorum, quas ne hostes quidem ipsi vsque aliqua de causa improbaturi censeantur. Si illatam iniuriam, si bona ablata, si famam, si honorem illos lesisse cõtendas, qui fiet, vt id ipsum hostes fateantur? qui fiet vt eos aliquid preter rationem egisse, illis ipsis persuadeas? At cum docuerimus, nullã seruitutẽ preter naturam esse, ac vt quosdam Natura seruos, quosdam vero dominos constituerimus ita illos seruire, hos autem dominari sit necessarium. bella necessaria esse, vel inuitis nobis, fatendum est, tum ut in seruitutem adigantur, quos seruire oportet, tum vt ijs, qui seruire digni sunt, legitime dominemur. preterea quantis viribus conandũ sit, ne seruire compellantur ij, qui nati sunt ad imperium, nemo fere est, qui non videat. accedit subiectorum vtilitas, honores perpetui, quibus nobiliora aluntur ingenia, perennis rerum bene, fortiterque gestarum memoria, quam nemo probus, prudensque non magnifaciet. neque vero pretermittenda est, vel negligenda maxima Juuenum ad virtutem exercitatio, que sola Romanum mouit exercitum in Carthaginem, ne scilicet ocio, ⁊ voluptatibus tam bene nata iuuentus marcesceret. bella siquidem homines iustos, ac tẽperatos esse compellunt. Accusent Lacedemonij, quantum illis placet, Pausaniam, quod vincere tantum, ac finitimis dominari docuerit. hunc Lycurgo, eius ve legibus ne in minima quidem parte conferant. Isto tamen Duce, opes eorum aucte, virtus vbique predicata, imperium non mediocriter dilatatum est. ea propter non possum non summopere commendare eam Legislatoris mẽtem, qui omnia ad potentiam, ⁊ bellum direxerit. Neque video cur non merito laudare possim Licurgum, ⁊ Minoem, qui Lacedemonijs, ac Cretensibus leges tulerunt, sic eas conscribentes vt ad bella tantummodo respicerent. Quasi vero ceterarum rerum nulla esset vtilitas, non possessionum, nõ artium, nisi quis bello superet, cũ bona victorum illico ad victores transeant. Preterea si bella omnia geri pacis tantum gratia antiqui philosophi censuerunt, quis eum legislatorem improbabit, qui, cõcordie gratia, leges suas ad bellum composuerit? Nempe si vitam nostram cũ sapiẽtibus in negociũ, ⁊ ociũ, pacẽque, ⁊ bellũ diuiseris, vt negociũ gratia ocij, ita bellũ gratia pacis necessariũ duces. Sic demũ leges gratia pacis de bello potius, quam de pace, belli gratia, conscribendas censeo. Condemnabit ne aliquis Maiores nostros, qui bellicã conuiuandi legem tulerunt? at, custodie causa omneis simul conuiuari, ac velut in vnam cogi militiam, vtile credendum est. Hinc Paulus Emylius dicere solebat, eiusdem esse animi, ⁊ aciem, ⁊ conuiuium bene struere. Hic tandem vereor, ne plures hec a nobis tantopere laudata bella reijciant cum multis de causis, tum potissime propter ea incommoda, que e bellis in vniuersum orbem influere perspicimus. At ego plerosque noui, qui a bellis ingentẽ fortunã nacti sunt, multos itẽ presentibus bonis, omnique fortuna propter pacem spoliatos. Nulla enim res vel bona est vel mala, sed vt quisque occasionibus vtitur, ita necesse est, res omnes vario ordine succedere. Amintas Macedonũ rex a barbaris finitimis bello victus, ac tota Macedonia priuatus, modico agello occupato, ac ibidẽ accersito presidio maluit belligerare, quam pacem cum barbaris componere, sicque intra trimestre totam Macedoniam recuperauit. Dionysius a Carchedonijs obsidione cinctus potius duxit, belli fortunam experiri, quam pacem ab eis petere, aut fuga sibi salutem querere, ac ita forti animo multas illorum Myriades perdidit. Laudemus itaque bella, que id presertim spectant, vt pacem ⁊ cum subditis (quod prudentis Reipublice Gubenatoris est officiũ) ⁊ cũ Barbaris (que virtutis est perfectio) haud dubie constituant. eam ob rem a Romanis illa publice indicebantur, eratque belli equitas sanctissimo feciali populi romani iure prescripta. Ex quo intelligi potest, nullũ bellum iustum fuisse, nisi quod aut rebus repetitis gereretur, aut denunciatum ante esset, ⁊ indictum. nam fecialibus prohibentibus, aut minus approbantibus neque militi fas est, neque romanorum regi, arma mouere, sed ab ijs initium belli sumendum erat. Ideoque Imperatores, Ducesque exercituum diligenter animaduertere debent, ne quod bellum temere ab eis suscipiatur, ne, re nõdum satis perspecta, hostes adoriantur, ne quid inconsulto, ne ve temere fiat. illi vero prudenter quidem facient, si a traiano exemplum sumpserint, qui sane belli tantum ⁊ auidus, ⁊ studiosus erat vt acceptas clades emendaret, exultantes hostes compesceret, impetus illorum reprimeret, ⁊ si qui rebellassent, eos armis ad obsequium compelleret. accedat adhec aliud exemplum memorabile Octauiani augusti, qui bellum omnino suscipiendum negabat nisi maior emolumenti spes, quam damni metus, ostenderetur. Etenim minima commoda non minimo discrimine sectantes, similes sunt aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari possit ita procedente Imperatore, seu domino in hostes vasallus, quem diximus, ei comes adesse, hunc iuuare, ⁊ totis viribus auxilium prestare debet. Quid debere, inquies? coget ne me aliquis vel in patens periculum descendere, vel aperto Marte cum inimicis iure, vel iniuria preliari? Quorsum hec? in nefas omne ruere? sursum, deorsumque omnia vno principis nutu vertere? demum nescire, dempta vna principis volũtate, quid facias? cur in aciem prodeas. vnius arbitrio tot mala, tot calamitates, tantas erumnas populo ciuitatibus, villis impendere. verũtamen cum necessaria bella scilicet satis, superque probauerimus, tũ fieri nequit, vt solus Princeps, pede collato cum hostibus, dimicet, punctim cesimque feriat, hortetur, consulat, imperet ipse, militibus carẽs, ⁊ exercitu. fateamur itaque bella gerenda esse, itẽ imperatorẽ cũ armata hominum manu in hostes prodire oportere. sequentur ne eũ extere nationes. gens ignota. Barbari homines potius, quam illi, quibuscũ viuit. quibus dominatur. quibus preesse nouit, ⁊ imperare. prorsus pluribus collatis beneficijs, vt deuinctiores eos reddimus, quibus conferuntur, ita in reddẽdis, ac referẽda gratia paratiores futuros non dubitamus. ergo si ibi locata sunt beneficia, vbi fructũ demetere dẽas, quid tande a vasallo, aut, si mauis, cliẽte certius speres, quã eius sementis fructum vberrimũ, quẽ seminaueris? quis queso, collatorum beneficiorum fructus? quod memoris beneficij specimẽ si principem neque viribus, neque opibus iuuemus, promoueamus augeamus? Ea mehercule est Principum expectatio, eo spectant collata beneficia, eam ob causam illi nos deuinciunt, nõ vt encomijs eos laudemus, vel preconijs nostris in celum vsque euehantur,

bantur, sed vt, insistentibus, vel irruentibus hostibus, sequamur eos, quocunq; proficiscantur, neruis omnibus tueamur, ac beneficiorum non immemores aliqua saltem in parte, duz parem gratiam referre non valemus, illis pro virili presto simus. Hanc ob causam, iure mihi ꝗdem nasse videtur Conradus imperator eos vasallos (vt aiunt) milites, qui eum ad bellum proficiscentem nō consectati erant. is postea, ne quis imperatoris animum prorsus ignorare se iactaret, publicum edictum ad id proposuit, quod tādem in tota insubria proclamatum nulli potuit non innotescere. Hoc etiam modo, ingruētibus in regnum hoc Christianissimuz hostibus, quando edicto Regis nobiles, quotquot sunt, vocantur ad arma, nefas est ciuilibet, non adesse. id nos Banum & Aribanū vocamus. nam preter id, ꝙ torpescens nobilitas cogitur ad virtutis exercitationem, tum beneficia aliquo saltem munere resarcire, & imperatorem ipsum, Ducemq; cum patria, coniugibus, Liberis, deniq; cuz nobis ipsis protegere, & ab hostili incursu defendere debemus. Quando autem illis debitas gratias sic reddimus, id plane consequimur, vt nos immortalibus honoribus prosequantur, reliquis semper multo longeq; precellere existimēt, & collata a nobis beneficia nulla prorsus obliuione deleri intelligamus. illud enim omnibus perspicuum est, eorum perpetuam fore memoriam, per que in calamitatibus Reipublice, consulitur, & quibus videmur officio nostro, fidelitate, nobis deniq; digna prestare. Itaq; sit id omnibus persuasum, bellum ijs, quas modo demonstrauimus, causis iure, legitimeq; suscipi.

¶ Duellum, seu Monomachia. Cap. xxiiij.

a ANtiqui bellum duellum vocabant, & qui nūc hostes olim perduelles, seu perduelliones appellabantur. nos autem perduellionis reuz eum dicimus, qui hostili animo aduersus Rempublicam, vel principem incensus est. veruntamen etsi duellum dicamus bellum inter duos principes, significat tamen & monomachiam, hoc est, vnius pugnam aduersus alterum. ita enim iurisconsulti vocant, ꝙ duorum pugna fit ad veritatis probationem. naz deficientibus probationibus, si non potest aliter facti veritas reperiri, res ipsa duello decidi debet. Hic primum dubitari potest sit ne permissum duellum. certe quidez Decretis pontificum omnis Monomachia Christianis est prohibita. & sane nemo debet quamuis maxima illata iniuria, proximum offendere ac multo etiam minus occidere. eteniz viuentia omnia, que vel sensu carēt vel ratione ipsa, sue speciei quodam modo conseruationem appetunt. At vero si teneamus cū philosophis, in vita nullum esse malus malū turpitudine, non certe facile patiemur, aut cū deformitate corporis nos offendi, aut maxime deturpato aīo federi, vel deprauari. quis autem miles, si modo militie nomine dignus censetur, feret equo protinus animo, splendorem vite maculis aspergi, honorē suuz vbiq; traduci, nomen infamie notis inuri, quas, nemo non modo nomine, sed ne suspitione quidem possit agnoscere? fingamus Caium de cuius probitate, religiōe, integritate nemo plane dubitet, in homicidij vel adulterij crimē vocari (qđ etsi nō liquet, neq; veruz esse constat) patietur ne, si vir fortis est, nomen suum maculis affici? quarum etsi veritas probari nequeat, tamen fortitudini hominis non modicum detrahunt, pulchre ꝑfecto Stoici Fortitudinem definiunt virtutem esse propugnātez pro equitate. putas ne passurum Achillez equo animo id, quod apud Homerum ait de se Diomedes?

Inter Troianos dicet fortissimus Hector.
Titydes metuens, puppes confugit ad altas.
At cuz ciues in iurgijs opprobria, honoris ve pericula subeunt, ciuilis est fortitudo, ac ea forsitan causa
Bellum incidit inter.
Hectora Priamidem, animosum atq; inter Achillem.
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors.
Non aliam ob causam. nisi ꝙ virtus in vtroq;
Summa fuit.

Itaq; si eos fortes dicimus. non qui patiuntur, sed qui propulsant iniurias, cur, queso, nō laudabimus Marcellos, torquatos, Coruinos, qui prouocantes hostes magna sua, suorumq; ciuiuz gloria prostrauerunt? Publium Scipionem, qui postea est cognominatus Africanus, laudant multi, ꝙ in Hispania Barbarum prouocantem singulari certamine occiderit. Alexāder Macedo ad Granicam pugnam Spithrobatem quendam prefectū Ionie genere persam singulari certamine, lancea vna per mediuz pectus transfixa, atq; alia subinde in faciem diducta, occidit, idē cum poro Indorum rege in certamen singulare descendit. Pyrrhus item cum Pantacho. censebāt nanq; turpissimum esse militi, ab hoste prouocari, & pugnam detractare. hinc apud Saxones summa ignominia afficiebantur, qui euocatus ad duelluz, pugnam detrectasset. que res effecit, vt Hundingus Saxonuz rex a Roe danoruz Rege prouocatus recusare certamē noluerit, qua tamen victor euasit Danorum rex, coactiq; sunt Soxones iutia vrbe decedere, ita enim vterq; exercitus conuenerat, atq; hoc casu vtrinq; preliandi copiam fecerant. eam ob rez facere non possunt Historiographi, quin condemnent ignominie, aut aliqua saltem in parte notam inurant Ferdinando Daualo Aterni (quod nunc Piscaria dicitur) Marchioni, qui ob violatam in deditione comensi fidez, ad singulare certamen a Joanne Cabaneo strenuo milite, ac generoso Gallo prouocatus, nō modo non congredi, sed ne respondere quidem fuit ausus. eadem pariter ignominia Petrus Arragonū rex notādus iure videretur, nisi varij essent Historiographi. hunc cum Carolus Andium Dux Lodoici octaui Francoruz regis frater, qui & a Neapolitanis Carolus primus rex vocatur, ex obsidione Messane in Italiaz se recipiēs ad singularem pugnam prouocasset, dictusq; esset locus ab Anglie rege, qui vtriq; affinis erat, apud Burdugalam, statuto die non affuit. eum autem, si ad constitutum diem non affuit, recusasse certamē, eaq; de cā ignominia notari fatebimur. nouerūtquippe omnes in fortis viri officio situm esse, honoris gratia fugere vituperium, potiusq; mortem oppetere, ꝙ̄ turpitudine aliqua deformari velle. Hinc a magistratibus cogimur pugnam capessere & duello inquirere veritatem. verum ista pars ciuilis Fortitudinis non eque laudabilis censetur, atq; ea, de qua paulo ante diximus, vtpote qua coganť hoīes a magistratibꝰ nō pudore, ſ; metu, nō vt vituperiū euitēt, ſ; penā, nō rē turpē, ſ; molestā fugiētes. Quomodo omerus inducit Hectora loquentem,

Si procul a pugna trepidantem videro quenq̄,
Ille Canum fiet, fiet quoq; vulturis esca.

Uerum enimuero hanc quoq; partem Fortitudinis officia complectuntur, neque; absq; ratione Principes in Italia, & in gallijs duella precipiunt, adiecta cum dedecore non vulgari pena, si quis vel certamē recusarit, distulerit ve, vel victus sit duello. agedum vicet aliquis, in tantis iniurijs, tantaq; hominum impudentia tolerantiam animi pulchrum quiddam, speciosumq; videri. Adhec, fortem virum, nisi virtus, nisi consilium, nisi equitas eidem desint cum Prudentia virtutum omnium communi nexu, quascunq; vel maximas iniurias pati, ac tolerare debere. atqui si tolerantia ipsa, constantiaq; fortitudo esset, non in ijs tantuz, que damnosa, noxiaq; sunt tum vite, tū nomini, viri fortis officiū versaretur, sed etiam tolerantem virū, cui cuz armata manu, fortiq; presidio aduersus debiliores dimicandū esset, fortiorem eo, qui in contrario exercitu pari modo constat sibi, ac tolerat, sine dubio cēseremus. Huius tñ est multominus, ꝙ̄ illius, cauta, & iprudens patientia. quā ob rem viri fortis officium est duelluz potius suscipere, ꝑ qđ familie laus, generi memoria, nomini decus, & gloria ꝯstituta est, ꝙ̄ maledici ꝯuitiatoris maledictuz aliquod e triuio, aut scurrili dicacitate patientē, pusilli animi vitio redarguit, & perpetua notari infamia. accedit eo Deus optimus maximus, quē velut veritatis, equiq; iudicē, pugnātes in duello sibi ꝯstituunt. Quis enim melius nouit, sit ne huius, an illius cā potior. Uis ne in ea causa, de qua per testes, per ꝓbationes nihil liquet, synceriorem, certiorē que iudicē. at eū ipsuz, qui duello vincit, deo autore vicisse, nemo prorsus est, qui nō fateatur. atq; quē admodū diocletianus, & maximianus augusti sanciuerunt iudicē, si inopia ꝓbationum laborat, cā cognita, iureiurando res decidere, contempte autem religionis iurisiurandi fide violata solus deus vltor constituitur, ita & deū vltorem, & iudicē duello statuere, si res nō potest per hoīes, deficientibus probationibus, iudicari, sanctū sane, & religiosum vr̄. adhec in actione iniuriarum, nihil preterea agitur, ꝙ̄ vt res vindicetur, non etiam vt damnum sarciatur, quo modo autez satius poterit, ꝙ̄ de vltore, vindicari igitur pulcherrime sancitū esse censemus, nemini licere occidere. hominez tempore pacis, nisi duello. atq; ob eam cām Frotho danorum rex legem tulisse memorať, vt omnis controuersia, aut lis ferro decerneretur. Existimabat enim speciosius esse, viribus, qbus nos deus, & natura dotauerunt, ꝙ̄ verbis, confligere, veruntamen non in omnibus casibus principes consueuerunt duella ꝑmittere. nam regni Neapolitani constitutionibus in crimine tantum lese maiestatis, vel morte clandestina per venenum, aut alio quouis modo illata duellum conceditur, auferturq; cāpanis omnis alio casu facta monomachia, quam illi a Francis, qui lese,

suaqꝫ omnia tali fortune committebant, in regnum suum inductam asserunt. apud lōgobardos in viginti, aut pluribus casibus permittitur, quos ex eorum legibus quilibet pōt excerpere. nos nostra tantum tetigisse, satis sit. apud nos quamuis perraro, tñ in tribus casibus reges Christianissimi soliti sunt inducere duella. in crimine lese maiestatis, in homicidio, ⁊ quādo vxores adulterij crimine accusantur. in hoc postremo casu, maritus vxoris vicem subire debet. Siquidem iniuria vxori facta, marito quoqꝫ facta videtur. neqꝫ tantūmodo vxori facta iniuria, sed ⁊ ea que ijs fit, qui vel potestati nostre, vel affectui subiecti sunt, ad nos spectare videtur. veruntamen non ob quālibet iniuriam precipi, imponi ve onus duelli consueuit, licet nihil prorsus repugnet, quo si libet quacunqꝫ de causa ob acceptas iniurias voluntariuꝫ duelluꝫ suscipere. Quibus autem modis facta esse dicatur iniuria, hoc loco tractare, non est nostrum propositum. accedit ⁊ quartus casus videlicet cum quis accusatur, ꝙ cum catamitis pueris pedicatus sit, ⁊ prepostera libidine contra naturā turpiter vsus. queꝫ casum scimus temporibus Caroli septimi, ⁊ nostris etiam decisuꝫ esse, adeoqꝫ rem ipsam in procinctu inter quosdam nostrates nobiles esse audimus. nominatis quatuor his duelli causis, nos quatuor necessaria esse, prius q̄ꝫ duellum precipiatur, admonemus, que Philippus Francoruꝫ Rex Christianissimus anno a Christo carne tecto Millesimo trecētesimo sexto statuit. que cuius iudici (si equitatis, rationisqꝫ studiosus vult haberi) sunt diligenter annotanda, ⁊ obseruanda. imprimis oportet, rem, que in controuersiam venit, pene mortis esse subiectaꝫ. nam quo pacto eum ex equo, bonoqꝫ in mortis periculum inijcias, quem, etiam si aperte crimen constaret, morte dignuꝫ minime censeres? ⁊ vero si cui pars corporis, seu membrum ob admissum scelus iure amputari debet, rectene faciet is, qui totuꝫ corpus multare non dubitarit? at fineeri pculo vite, qua totius corporis compago firmatur, nemo duello decertare potest. Secundo loco necesse est proponere, crimen tale clam omnibus esse commissum, neqꝫ per testes, aliter ve satis probari posse. etenim si in promptu sunt probationes, nihil est, ꝙ iudex dubitet vel absoluere reuꝫ, vel condēnare. deinde oportet eum, qui prouocatur, suspectum esse per indicia, ⁊ verisimiles ꝓbationes. atqꝫ ideo apud Scothos, Erbodij Regis temporibus, prohibitum legimus, coram magistratu cum armis, aut armorum prouocatione defendere, quem sola fama criminis cōdemnasset. neqꝫ enim in tanto vite discrimine e fama, que plerunqꝫ mendax esse solet, sed ex verisimili saltem coniectura, ac (vt volunt) semiplena probatione iudicium facimus. postremo necesse est, verum esse, rem, de qua agitur, contigisse. siquidem nisi constet crimen, non oportet questionē fieri, cum id liquere debeat. Adhec pretor edixit, qui agit iniuriaruꝫ, certuꝫ dicat, quid iniurie factum sit, hoc est nomen iniurie, neqꝫ sub alternatione, puta illud, aut illud, se passum esse. porro Philippus rex prudētissimus, ne qd posteri in cōmittēdo duello addubitarent hunc morē seruari voluit, quē ob oculos oībus ponimus is aūt tā duellis, que a principibus ꝑcipi solēt, q̄ꝫ volūtarijs, cōuenit. Cū itaqꝫ in omni iudicio tres ꝑsone sint, Actor, reus, ⁊ iudex, primū q̄ sint Actoris, deinde rei, demum iudicis ꝑtes, nobis hoc loco dōm est. Actorem igitur, a quo omnia iudicia sumunt exordium, proponere oportet, reum fecisse, vel fieri curasse tale crimen cogendus est vel ipso saltem nomine declarare, quis id crimen commiserit. etenim iniuriam facit tum is, qui mandauit, tum etiam, qui ꝑsuasit, veluti si fecisset. inde nō tātū locū illate iniurie, sꝫ ēt horā ⁊ diē prenotare dꝫ Nā (ut ait Ulpianus) q famosaꝫ actionē intēdit, nō dꝫ vagari cū discrimine aliene existimationis. postmodū asserere debet, id crimen ꝑ testes ꝓbari non posse, petereqꝫ vt per Principem sibi liceat facti veritatem duello experiri, ⁊ honori suo, fameqꝫ consulere. Naꝫ bonis viris non minor debet esse metus infamie, q̄ꝫ mortis. Reus autem contra respondeat, se commissi criminis falso insimulari, illatamqꝫ iniuriam pari pena sarciri postulet, q̄ꝫ, probato crimine, iure ipso pateretur, ⁊ Actorem (non tamen sine prefatione honoris Regij) mendacem appellet, atqꝫ duello, si ita principi visum fuerit, sese offerat. tum princeps postea locum duello assignare, diemqꝫ vtriqꝫ prefigere consueuit ita locus apud nos per principem assignatur. in Italia vero per prouocantem tria loca solent annotari, quorum vnum prouocatus ad duellum eligere cogitur. tum a domino illius loci experiūdi potestas petenda est. rursus in Italia dies nō prefigitur a principe, sed reus, ⁊ actor missis hinc, ⁊ inde Libellis eum prefigunt, quo si alter non presens adfuerit, non tantum perpetua ignominia afficietur, sed ⁊ crimen impositum fateri cēsebitur. Reges tamen Gallorum Christianissimi locum, ⁊ diem presignare consueuerunt. Que sane consuetudo mea sententia fluxit ab Alexādro Macedone, qui Dioxippo Atheniensi, ⁊ Corago quodā Macedone pugnam singularem inire volentibus diem certaminis statuit, ⁊ locum, in quem plures conuenere, victorqꝫ Dixioppus corona a suis donatus est. Itaqꝫ die dicta Actor, ⁊ reus sese affuturos promittunt, indiciturqꝫ duellum, neqꝫ postea sine pena conuicti criminis a promisso recedere possunt. Exin designatus locus in vrbem trabibus sepibus, funibus ve clauditur, cuius si vterius gyrum pugnando excesserit, victus censebitur. Legimus nanqꝫ apud Danos statutum fuisse, vt si vteruis duello dimicantium pede relato prenotati orbis, vel circuli lineas pretergrederetur, perinde quasi victus causa caderet. Deinde in hoc Circulo locum Actoris ad principis dextram, Rei vero ad sinistram constituimus. Et vtriqꝫ patronos, aut, si ita vocari mauis, Auxiliatores, vel Fautores patres adhibemus, quod tamen non memini antiquos obseruasse. ideoqꝫ preter duelloruꝫ rationem id inuentum, non egre fatebor, veluti ⁊ alius, qui adiungi solet, quem campi magistrum vulgo vocamus, nisi forte iste loco iudicis haberi possit. preter istos, nemini prorsus permittitur presignatum locum intrare, ⁊ quotquot amici, parentesqꝫ vel reum, vel Actorem consectati sunt, secedere oportet. veruntamen ex Hispanorum more, illis non solet esse prohibitus aditus, qui alias singulari certamine victores extiterunt. inde Tubicen proclamare solet, omnibus edicto Regio prohiberi, ne arma ferant, eos tamē excipio, qui prenotatum locum ingrediuntur. item ne quis dictuꝫ locum intrare audeat. Et adijcit penam confiscationis bonoruꝫ ⁊ corporis. Preterea vt sedeant omnes in subsellijs, sintqꝫ quieti, eorum nemo tussiat, nemo spuat, nemo quicquam altius loquatur, quo alteri preliantium aliquid indicari possit, ⁊ addet bona secus facientium fisco applicanda, cum alterius manus amputatione. preter hec, ille idem Tubicen notum faciet omnibus, eum, qui victus erit, loco deijciendum, nobilitatis eiusdeꝫ insignia deturpanda, honore, fama, ⁊ quolibet nomine eum orbandum. pena vero corporis Regio arbitrio reliquetur. tum deinde Actor, ⁊ reus coram principe alternatim iurabunt. primuꝫ se veneficijs omnibus, seu magicis incantationibus carere. Deinde iusta, ac legitima causa se in certamē prodijsse. postremo mutuis manibus vicissiꝫ tactis, implicatisqꝫ brachijs iustissimo duello alterum cum altero contendere. similis est Regnorum Sicilie, ⁊ Neapolis consuetudo, vt scilicet taꝫ reus, q̄ꝫ Actor prestet iuramentuꝫ. Diuersa seruantur in legibus Longobardoruꝫ, naꝫ satis est, tantum actorem iurare. At mihi laudabilior, multoqꝫ firmior vr̄ mos noster, presertim cum apud nos duella ad formā iudiciorum sint redacta. Iustinianus autem statuit ⁊ actorem in exordio litis, ⁊ reū añ oēs allegatiōes iurare dēre. postea ambo pari armoꝝ, qbus tegant̄, gñe induti, pari itē, qbꝰ vel offendāt, vl̄ noceāt, certamini se accingūt. arma ego itelligo, qbus soliti sunt vti milites, neqꝫ (vt infra dicā) fustes, lapides ve volo ꝯprebēdere. Ideoqꝫ non placēt illi, qui inaudito armoꝝ genere, vel partim inermes, partiꝫ armati certare statuunt, qui in armorum delectu forsitan inuiso vnicum sibi presidium cōstituunt, quasi vero plus illi arma, q̄ꝫ brachium, plus ensis, q̄ꝫ animus, prodesse debeat. at dum reo fauere volumus, ⁊ is vsus iam inde antiquitus inualuit is quippe minime mutandus est. Est vero apud oēs certū, reo id priuilegiū concedi, vt scilicet arma eligat. cuius fauore, ⁊ in actoris odium illud cōcessum existimamus. etenim inferre iniuriam, maximum maloꝝ esse philosophi censent. Ideoqꝫ socrates apud platonem dicebat, se malle pati iniuriam, q̄ꝫ inferre. veruntamen si inter actorem, ⁊ reum conuenerit de armorum genere, id plane seruandum est. Adhuc si actor, ostenso certo armoruꝫ genere, dicat se ijs armis probare velle, ⁊ id quoqꝫ reus receperit, iam nihil dubitandum est. Si vero reus non nominatim illi assentiatur auferri ab eo non potest ea armorum electio, que per vsum quotidianum in eius fauorem introducta est. id tamen scimus, in vrbe Taurino apud Pedemontanos hoc anno varie disceptatum in duelli apparatu, quod sine pugna diremit Gulielmus Bellayus Langeius in ea ciuitate vicarius Regius, vir sane, quem ob res tot, tantasqꝫ preclare, fortiterqꝫ gestas, tum ob rei militaris, tum omnium bonarum artium singularem peritiam nec nimis laudare, nec plus satis admirari possum. vir mehercule, quo nemo prudentius regere, munire, conseruare commissaꝫ sibi prouinciam possit. vir inquam prudentia quadaꝫ diuina non magis preditus, quam inaudita, ⁊ incredibili munificentia, liberalitateqꝫ spectabilis. vir iterū inimicis formidabilior, q̄ꝫ quibusdam nostratibus ob nimiā v̄tutē acceptior. q̄ꝫta prudētia sit, q̄ꝫ exactis ⁊ euigilatis consilijs prestet, fidem faciant Barbare nationes ab

eo in

eo in quamlibet federis conditionẽ pro re gallica adducte. at vero vt diuersi sunt hoium mores, nec eadem reorum ingenia, & disciplinarum varietas, ita diuerso armorum genere in duellis pugnatum est. Eam ob rem hic meminisse iubet Georgij Castrioti, qui a Turcis Scanderbegus, hoc est, Alexander magnus nominatus est, quo nemo sepius duello victor euasit, neq3 plus vario armorũ genere decertasse legitur. is nudus, soloq3 gladio armatus cũ Scytha quodã nudo, & pari gladio armato, Amurathe Turcharũ Imperatore presente, cõgressus, singularis certaminis fortunã expertus est, & vicit. is preterea in eiusdẽ Amurathis impatoris cõspectu, cũ duobus Persis Laia, & Zampsa cõgressus nihil preter equũ, gladium, lanceã, & Scutũ habens, reliquis omnibus armorũ presidijs nudato corpore, victor euasit. Itaq3 certum est, fauorẽ rei eum esse, vt arma eligat, sicq3 expedite sunt Actoris, & rei partes, quas nõ vno loco tantũ obseruari annotauimus. nam Moulini (Ambarrorũ Ciuitas est ad ripã elaueris) eã formam omnino proxime obseruarunt nobiles duo Helyom Barbansoyus, & Franciscus a diuo Juliano. eodẽ isto anno ad vari fluminis ripã iuxta niciã duos decertantes vidimus quo tempore romanus pontifex, Franciscus gallorũ Rex, & Carolus Cesar illuc cõuenerant. tandẽ Actor, & Reus pdibunt in certamen, quos ita dimicare op3, vt viam veritas, finem causa, & Iudicium, ipsi quoq3 honorẽ, nomenq3 perpetuũ nanciscantur. Antiquitus autẽ in duello tota versabatur contentio, vtri prior esset feriendi facultas. nã non crebre ictuum vicissitudines petebantur, sed cũ interuallo temporis feriendi erat distincta successio. quo fere mõ narrant Danorũ historie, Agnerũ a Biarcone duello superatũ, & occisum. nunc vero ita vius recepit, vt alter alterum, nullo seruato ictuum ordine, punctim, cesimq3 feriat sicq3 duello res decidatur. Si vero non potest pre temporis angustia, aut aeris intemperie, aut pugnantium pari industria, eodemq3 animi vigore ipsa res statim terminari, impetrare possunt tẽporis prorogationem. nemo enim est, quẽ nõ tedeat vel totum diẽ, vel horas etiam aliquot decertasse. Sigismundũ Malatestã qui pro Cesare ad laudem Pompeij Dux fuerat, cum Vistarino proditionis accusato per horas quatuor duello cõtendisse intelleximus. ergo in sequentem diem, vel alterũ, si ita videtur iudicibus, duellũ differri potest. ego tamen censerem non differendũ si Actor dixisset, ac promisisset, se illa die armis probaturũ. siquidem verba ipsa Actorẽ satis obligasse intelliguntur, tũ moueri preterea possum argumento Venulei iurisconsulti, qui ait. vt, si quis denuntiauerit, se opus facturũ, & confestĩ opus fecerit, clã fecisse non intelligatur, nam si post tempus, videbitur clam fecisse. Hic ego contendere nolo, duellum in quatuor tantum supradictis casibus permissum fuisse, q plures ob illatas iniurias voluntarie decertasse legimus, & q multos nõ minimis honoribus ob victoriã, in duellis decoratos, memorie est mandatũ. etenim Darius quidam Persa, qui Artaxerxe cõtra Cadusios pugnãte singulari certamine quẽdã hostiũ prouocantẽ interfecerat, ob eã victoriã, virtutesq3 eximias, rex Persarũ effectus est. Satibarzanes Bactrianus apud arios, pUocans Macedones omnes ad singulare certamen ab Erigio Macedone forti pugna victus est. atq3 ob id erigius in Heroum numerũ est relatus. Nun meministi Dioxippũ corona a suis ob victoriã donatum? Nun memoratur Vffo Danorum regis filius, ne Regiũ nomen infamie labe deturparet, cõtra duos prouocatos duello contendisse & vicisse? nihil ne existimas victi spolia victori lucro eẽ, atq3 cruẽtum victi cadauer summa cũ ignominia auferri? At Georgius Castriotus miles ille strenuus, cũ ab Amurathe desciuisset, Albanie, & Epiri dux factus, paratusq3 cũ Mustapha turcici exercitus Prefecto iuxta Croiam totius Albanie munitissimũ oppidum pugnare, Caragusio turce, & Paulo Manessi Epirota duello decertare volentibus has leges posuit. ambobus eadem erant arma, haste equestres, clypei laminis ex calybe in vmbilico distincti, ensis vtriq3 de more recuruus, ferrea claua, corpora loricis, & capita galeis tecta. quo in duello Paulus Barbarũ hasta trãsfixit, victorq3, ac ouans ad suos reuersus est. edixerũt aũt exercituum Duces, ne motus aliquis a nationibus ad adiuuandã alterius fortunã exorirer. q nanq3 duelli spectatores accedũt (vt predixi) pugnanteis neq3 signis, neq3 nutibus vel monerẽ vel ꝯcitare debẽt, imo vero omnino mutescere & prudentia, fortitudineq3 hominis inspecta, gaudere, & voluptate pfundi. que aũt maior voluptas accipi potest, q̃ cum is, qui omni cura, & piculo est solutus, duas acies inter se dimicãtes spectat? tali spectaculo gauisi sunt Jupiter, cũ ab Ida, & Neptunus a Samotracia pugnãtes acies longe respicerent. Scipio quoq3 gloriabatur, se tertiũ post illos duos inspecta pugna Masinisse, & Hasdrubalis pari voluptate perfusũ fuisse. verũ istos spectatores cum silentio suo relinquamus, & ad iudicis officiũ, qd in hac cã obscurũ esse nõ d3 reuertamur. Cui primũ certas regulas aliquot, quas seq oporteat, ponemus, tum casus q plerunq3 incidunt, in quibus nõ triuialis tantũ, s3 & eruditissimus quiuis iudex dubitare posse videtur, adijciemus. in quo vehementer confido, laborẽ meũ a multis nõ neglectũ iri. quocirca qñ iactitant se nonnulli efficere posse, vt in tã multa Libellorũ missitatione ex Actore reũ faciãt, nos hic certas aliquot regulas ponemus. nã nõ parui refert pp electionẽ armorum ex Actore reũ effici, neq3 ẽt iniquũ videbitur, in eadẽ causa eundẽ mõ Actorẽ esse, modo reũ, cũ in ciuili iudicio idẽ psepe eueniat. Sit tamen hec certissima, stabilisq3 regula, eũ, qui iniuriã in aliquẽ immittit, Actorẽ esse, neq3 facere põt, quo minus in ea causa sit Actor, nisi Reus ꝯsentiat. põt tñ ex ista cã, alia subinde emergere, in qua, q in priori Actor erat, reus efficietur, neq3 hoc absurdũ est. ergo dũ cõstat, esse illatã iniuriã, dubitari nõ potest eũ, qui imposuit, Actorẽ esse, eum vero, qui accepit, reũ, Cuius ea est certa ratio, q oẽs hoies, qui iniurijs sese dedũt, simul de defensione in futurũ cogitãt. Hoc loco non consideramus, sit ne cõfestim, an longo postea tẽpore propulsata iniuria, quis ve prior mendacẽ hostẽ vocauerit. qd hodie maxime spectatur. nã apud iurisconsultos, si quis iniuriã dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non reuocauerit, postea ex penitentia iniuriam remissam nõ poterit vlcisci. siquidẽ ea, que notabilis iniurie sunt nisi de ijs mox expostules, videntur quasi neglecta. in hoc tamen pmultum dubij est. ideo diligenter cauere d3 reus, ne in exemplo sui Libelli, Actorẽ se ꝯstituat. neq3 iactatis hinc, & inde iniurijs spectare debemus (vt fieri solet) vter prior mendacẽ hostẽ vocauerit, s3 vter prior intulerit iniuriam. id tamẽ in eo conducere censetur, q fere is, qui mendacem appellat, illatam iniuriam propulsare iudicatur. Hoc tamen fallit, vt planum faciemus exẽplo. fingamus Seiũ hac forma scripsisse lrãs Caio, audiui, Cai, te multa iniq, indignaq3 hoie de me dixisse, i quo te maleuolo in me aio vsum non dubito. Eam ob rem quoties id dixisti, toties te mentitũ esse assero, ideoq3 volo famã & honorẽ meum duello seruare & tibi singulari certamine ostẽdere me talem, qualis inter probos ac integre fame viros numerari debeam. Hoc itaq3 casu proposito, dicimus seium esse actorẽ, licet re ipsa vera fuerit prouocatus iniurijs. cuius ea est ratio, q is prior ad duelli fortunã reccurrat eo animo, vt famã, ac honorẽ suũ defendat. in quo tñ partes actoris sustinet, l3 ipsa re, & tali verboꝝ ꝯtextu, partes rei puocati iniurijs obire videat. diuersũ esset, si literis scripsisset, se velle defendere. nam ita intelligit, quoties ab altero esset puocatus. preterea illud intelligo, nisi p aliqua indicia eiusdẽ aius aliter precognosci potuisset. tunc enim a verboꝝ significatione recederet, verba quippe aio, non ẽt animus verbis seruire d3. Exinde hic d3 iudex animaduertere, licere mihi eũ mendacẽ vocare, qui me aliqd crimen asserat commisisse. tñ qui mendacẽ dicit, vñ iniuriã infert. Ideo non parum refert, an statim, an longo post tempore mendacem appellauerit. nam si statim, ad propulsandam iniuriam id facere censebitur, si longo post interuallo, verba libelli spectanda sunt, & ex illis, alijs ve quibuscunq3 indicijs iudicandũ est. nihilominus res hodie ita ẽ i vsu, vt si quis leuare iniuriã velit, & mẽdacem prouocatorem appellet, illi non faciat iniuriã, sed refellat, si addiderit mendacem esse, vt peruersum, ac iniquum, neq3 itẽ afficit iniuria neq3 iniquitatem vllam illi ascribit, si peruersũ asserit, sic facit iniuriam, & tunc in ea causa actorem se constituit. hic pculdubio multi casus in dubium reuocari possunt, quorum partẽ, vt ibi nullo nõ loco satisfactũ putes, sequẽtibus exemplis inseremus, ac primũ cum apud Jurisconsultos nõ sit dubium, atrocẽ esse iniuriam, os alicui percuti, quid si quis non quidẽ pugno percussus sit, sed extento brachio, porrecta manu parũ abfuit, quin percuteretur? illi ne dicetur illata iniuria? Respondi, si quis pulsatus quidẽ non est, verũ manus aduersus eum leuate, & sepe territus est, eũ qui quasi percussurus, non tamen percussit, vtili actione iniuriarum teneri. nam si mihi fiat iniuria ab eo, cui sum ignotus, aut si quis putat me Lucium titiũ esse cum sim caius seius preualet, qd precipuum est, iniuriam eum mihi facere velle. si qdẽ certus ego sum, licet ille putet me alium, q̃ sim, & ideo iniuriarũ habeo actionẽ. preterea, fingamus ẽt alios casus. Hũc ipriinis, a nobili viro iniuriam cuidã pagano illatam, paganus petit, vt liceat rẽ ipsã duello decidere, qrĩ põt, sit ne, isto casu pposito, locus duello. Magnanimitas quidem a pagano nobilem non distinguit, neq3 repugnat, ignobilem fortitudinis nomine decorari. si integritatem, fidem, virtutem querimus, nullo facto discrimine

ab vtrisq; comparari potest. Inter Commilitones fit, vt sequitur dum legionarius, vel caligatus miles a Commilitone queritur si bi factam iniuriam, non vocatis testibus, nullo adhibito iudice, non Libellorum missitatione rem ipsam definiunt, sed protinus arrepto ense, alter alterum impetit, ⁊ ita cause finem imponunt. Attamen nobilitatis, ac eorum, qui famosas Patrum imagines possunt ostendere, est habenda ratio. tum non paruifaciendi sunt illi, qui a natura nati, ⁊ a parentibus quasi manu ducti ad virtutem videntur. nec vero negligenda est, aut vulgari cuilibet equiparanda principuz cognatio, ac nobilitatis fons, quo ad virtutem paratiores sunt animi, promptioraq; hominum ingenia. accedunt duellorum leges, que eo tendunt, ne temere quid a militibus, ac viris Nobilibus committatur. at paganus paganum si in singulare certamen indiscriminatim vocet, nihil iudicem, nihil principem mouebit. Hinc imperatores sapienter voluerunt, militem aduersus militem duello decertare, si tamen prius probauerint se milites esse, ⁊ a parentibus militibus duxisse originem. Idcirco si dux a Legionario prouocetur, iuste duellum recusare posse censemus. Fingamus iterum diem duello dictum esse, reus, cuius priuilegium est, vt arma eligat, vult equestri prelio contendere, Actor autem pedestri, huius ne, an illius potiorem causam iudex statuit: si actorem peditem, dum ita illi visum est, in reum equitem decertare debere iudicas, vide, queso, quantuz a rei priuilegio recedis. nam ⁊ nos vbiq; Actorem condemnamus, qui arma a reo electa recipere vel renuerit, vel distulerit armasane, quibus tegantur, aut a principe, (vt apud nos) sunt proposita vel ambo missis Libellis, conueniunt. ea autem, quibus alterum alter offendat, reus eliget, ⁊ proponet, ambobus in procinctu existentibus, eaipsa tantummodo hora, qua confligendum est. apud Italos quadraginta ante duelli commissionem diebus, reus varia ad Actorem genera armorum mittit. vt ex ijs, que velit, eligat. Ex ijs item Reus armatus in conflictum prodit, sed tamen ignorat Actor, qualia ea ex tam diuersis futura sint. ea vero, quibus reus instructus erit ad pugnam descendens, nullo omnino iure Actor recusare poterit, ⁊ similibus utetur, nisi causa mauult cadere, ⁊ notari ignominia. enimvero nonnulli asserunt, neq; sine ratione, Actori licere, vt pedes contra equitem dimicet. sic certe reo magis fauemus, videturq; pars esse debilior, nam eques perdite expeditior esse cēsetur. preterea si non pmittitur equiti, q ab equi sella vel lapsus, vel eiectus est, equum iteruz admittere, quonam pacto cogi poterit Actor ad equestrem pugnam: etenim preter id, φ iuri suo nonnihil detrahit, tum reus equitandi peritia confisus cogere non potest hunc equitare, qui nec insidere equo, nec manu hac, illacq; ductare nouerit. ego tamen a fauore rei nō facile me discessurum, dudum mihi persuasi. Insuper censeamus victum duello Victori ita esse obligatum, vt illi perpetuam seruitutem seruiat. ⁊ sic fingamus, Seium a Caio victum esse, iam Seius Caij seruus effectus est. Sempronius post illatam sibi a Seio iniuriam expostulans, vult cum illo duello contendere, cui Caius assentitur. vult enim ratio, Caij Victoris assensum necessarium accedere. Sempronius iterum vicit Seiū, tuz is vtriusq; seruus efficitur. verum si vnus eodem tēpore rem aliquam, alter autem diuersam precipiat, dubitari potest, vtrius dominium preualebit, aut vtri potius seruire cogetur. dicet aliquis, eius, q prior vicit, potius esse dominium. primus enim creditor sequentes omnes excludit. prima cuiuslibet rei venditio sequētes infirmat. huic tamen respondere possumus, vt maiori cum periculo, accuratioriq; diligentia a Sempronio Seius iam edoctus, ac idem periculum expertus victus est, ita potius ius esse Sēpronij, qui secundo duello victor extitit. accedit cōcessa pugnandi facultas, qua multū Caio detrahi nemo negauerit. nā cui vincendi duello potestas facta est, eidem quoq; cadendi data libertas videtur. denuo queret alius, possit ne is duello prorsus excludi, qui alias duello victus fuerit. is nimirum ea notatus est ignominia, vt nullum illi honoris vestigium relictum sit. Idcirco nō immerito reijciendus censebitur. tuz absurdum esset, hunc modo in eorum, qui vicissent, modo in eorum qui victi essent, albuz referri, neq; vt personarum, ita ⁊ iurium lata esset differentia, quam (vt certa est) nemo mehercule probus non approbat. Si quis autem diuersum sentiat, is mihi quidem a ratione discedere nō videbitur. nihil ne existimas, subijsse duelli pericula: Nihil facis, forti animo in aciē descendisse, neque a fortitudinis officijs aliquantum recessisse; qd si fortunam, que quandoq; bonis viris inimica est, accusare velis, igitur cū inexpertis bellum dulce videatur, ac nulli vitio vertē dum sit (si modo digna milite gesserit) duello (fortuna sic suadente) victum extitisse, non video, cur ea tantum de causa duelluz de negari possit. Delectant quippe sepius repetita negocia, qbus tū alacriores, tum magis industrij reddimur. ac non est factu difficile, vt, qui semel victus sit, victor aliquando sit. postremo hic non inutiliter rōnez inuestigasse videbor, cur fere fiat, vt, qui deteriorez causam fouet, duello superior euadat. Etenim si ad veritatis pbationē indicta sunt ab hominibus duella, quid ce rtū cōstituet iudex, si fortuna res aliter, φ ƀz veritatē, cesserint: sequitur ne semper fortuitis euentus rerū veritatem. atqui ars diligit fortunam, fortuna voluntati hominis sepe subseruit, fortuna industriā adiuuat, ⁊ diligētiā. quis Adrastuz emissa in suez cuspide Cresi filium peremptur uz dixisset. quis mulierē solam, ne quid a duellorū exēplis recedere videamur, ante aciez pugnātē multos singulari certamine vicisse diceret. est tamen inuenta apud Anglos, cū Gelrie Dux cū copijs suis in Scotiā tenderet, eduardo regi laturus auxiliū. quis nō mirabitur in acie Totile Gothorū regis quendā nomine Ualarū equo insigni vectū, ac singulari prelio omnes prouocantem ab Atarnane Armenio dextro latere hasta trāsfixū Atarnanem deinde in hastaz interfecti casu solo inherentē impetu equi adactū, transfixū, ruptoq; thorace ad mortē vsq; vulneratuz. horū ratio vt nō oibus est cognita, ita felix ille est, qui potuit rerum cognoscere causas. que autez fatali quodam casu eueniūt in nullius hominis iudicio posita esse censeo. an tu, ex epicureorū opinione, declinatione atomorum ista contingere dices. cum itaq; dei optimi Maximi numine omnia regi, gubernariq; perspiciamus, si quid fortuito casu accidit, fatorum rationē non disquirimus. Siquidē inepte quereret aliquis, cur phocion vir sanctus in tanta reruz omniuz inopia, ⁊ vite angustia diem suum obierit, Callias autem, ⁊ Alcibiades nepotes intēperatissimi omnium rerum affluentia exuberabant. cur Socrates ab athenien sibus vndecimuiris traditus, Melitus vero accusator non itez. quocirca licet hodie nostra consilia, prout male, aut prospere cedunt, ita vel probentur, vel reprehendantur, euentus tamen rationem, que fatali quodam casu regitur, nemo plane est, qui intelligat. Sz de ijs latius infra eo libro scribemus, qui de officio imperatoris a nobis post hec subiunctus est.

¶ Arma. Cap. xxv.

Clodium albinū impatorem ferūt in scholis inter Pueros cantasse solitum,

Arma amens capio, nec sat rationis in armis,

Arma amens capio.

Impudens vero vox, neq; prudēti, ac magno viro digna, que declarat illum vel in ocio de armis cogitasse, simul etiam amentiaz furori coniungere solitum, vt neq; dementie furor, neq; furori arma decsse viderentur. quod ne diutius cantasse iudicemur, liceat ve omnibus de nobis id ipsum predicare, libentes arma deponimus. ita due res, que albino audaciam, vel temeritatem potius, afferebant, nos reprimunt, furor, ⁊ amētia. nā si minus eā ingenij prestantiam, eruditionēq;, que forsan a nobis expectabat̄, prestare potuerimus, ppe est, vt insanos, ⁊ amentes nos appellent, qui hoc opus suscepimus. sed si spem tuam R. P. non fefellisse, sed aliqua ex parte ei satisfecisse nos intelligemus, atq; forēsibus negocijs, aulicisq; strepitibus languentes, ex animi tui tñ snia rez ipsaz belle satis psequuti fuerim⁹, nō oino operā lusisse videbimur. neq; tñ hoc nostrum opusculum cum albini Cantilena ɔparandum est. ille enim parum prudens in adolescentium cetū, ac frequentiam cantaturus se recipiebat, nostrū aūt opus Imperatoribus, Ducibus, ⁊ militibus, non pueris, est ppositū. oēm quippe operam, omne studiū, curamq; scribendi in milites ɔtulimus. quibus lз abunde per nos satisfactum arbitremur, ne tñ quicquam defuisse videat̄, resq; ad scopū vsq; deducta sit, epitomez breuissimam de armis hic subiungemus. nam ipsa arma mēbra militis sunt, que ita ɔmode gerūtur, vt, si vsus foret, expeditis armis, vt membris, pugnare possent. armorum appellatio non vtiq; tantū scuta, ⁊ gladios, ⁊ galeas significat, sed ⁊ fustes, ⁊ lapides. arma itaq; sunt suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum. atq; armati dicuntur solū non ij, qui scutis, telisq; parati ornatiq; sunt, sed ⁊ qui ita parati sunt vt vim vite, aut corpori afferre potuerint. interdictum igit̄ de armatis hominibus est, si quis cū scuto, cum gladio, si telo, si quauis alia re, que nocere possit, impetuz in aliū fecerit, adeoq; ita de possessione deturbetur. Et vt magis intelligamus, si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo precipitem egerit, interdicto de armatis tenebitur. etenim telorū noie omnia, quibus singuli hoies nocere pñt, accipiuntur, seu fustis,

stis, seu ferrum, seu lapis fuerit. Dum autē Romanus pontifex prohibuit, ne Monachi domi sue arma haberent, tenerent ve fustes, aut lapides non intellexit. neq; apud imperatorē tam generaliter arma intelligi velim, sed vt ea tantum comprehendāt, que militantibus vsui esse possunt. nam consuetudo vulgaris sermonis hoc hodie habet, ne fustes, & lapides nomine armorū contineantur. ergo si verba spectemus, nulla dubitatio est, quin scdm ista intelligamus rescriptum imperatoriū, quo omnibus armorum vsus interdicitur. quod vt diligentius consideremus, Si interrogemur, cur imperator omnibus armorū vsum, nō petita ab eo venia, prohibuerit, tunc respondeamus, in optima Republica nihil prius esse, q̄ vt perfectā, absolutamq; habeamus eā consuetudinem, quā humana Natura nos docet, per quam bene, ac beate in ciuitate viuitur, qua sane vita nostra videtur esse munitior. Arma igitur si cuilibet permiseris, futurū est, vt promptiores sint animi hominum ad bella, ad seditiones, ad ceteras calamitates, quibus vel affliguntur ciuitates, vel corruunt. est enim manifestum, nullā tam perniciosā pestē esse, que non homini ab homine nascatur. idcirco sapienter Romani eū lege Julia de vi publica teneri voluerunt, qui arma, tela domi sue, in agro ue, aut villa preter vsū venationis, vel itineris, vel nauigationis coegerit, aut p̄mercij causa habuerit hereditate ve ei obuenerint. Ista lege arma ea, qbus alios offendimus (nisi cui expediat) prohibita intelligo, expedit aūt solummodo ijs, quibus a principe p̄mittitur. neq; vero antiquatam eam legem putes, vt pote que Rome, Venetijs, ac tota pene Italia tā religiose obseruet̄, vt nōnūquam videas huiusmodi arma ferentes nunc in carcerem cōijci, nunc in crucem, ac questionē tolli, nunc auro, argento ve numeratis penam ita redimere, vt summum ius, summam esse iniuriam perspicias. Fit autem facile, vt, caussa cognita, Romanus pontifex, principes, vrbiumq; prefecti nobilioribus viris, quorum maxime explorata fides est, id permittant. Cuius quidē rei exēplū locupletissimū prebuit Anastasius imperator, qui prepositis sacri Cubiculi cingulo vti, necnon arma portare concessit, quoties ad agros suos abscederent. veruntamen, quid ad eū antiquum Francie morem respondebimus, quo cuilibet arma portare licitum est. hic dubium exorietur, sit ne ille, an hic mos potior. ego sane, quamuis illic, isticq; per arma nonnunq̄ peccetur, atq; vt homo homini Lupus est, ita & deus aliquando esse censetur, facere tamen non possū, quin nostris legibus, quin Patrie, quin mihi deniq; ipsi faueam. Si enim metu pene, si tali questionis genere, publico edicto deterrentur, si adhibita seuitia tali coercentur Imperio, neq; arma ferunt, quis, queso, liberā ciuitatem, quis diuturnam fore rempublicā arbitrabitur? preclare quidē Ennius,

Quem metuunt, oderunt. quem quisq; odit, perijsse
Expedit.

Sint licet hec prohibita, sit prefectus Vigilum cū armata manu in foro, in triuijs, in via, sint funes in crucem parati, emergunt tamen nonnulli, quos intermissa libertas quandoq; remordet, & nō edicta solum contemnunt, sed & ijs derogant plurimum. Malus enim custos est diuturnitatis metus. at vero nos bñuolentia animorum cōsuetudine imbuti, id vnū amplexamur, vt metus absit, charitas retineatur. primum igitur hanc ob causam, vt sua tuerētur, Respublice, ciuitatesq; cōstitute sunt. nā & si duce natura, cōgregabantur homines, tamen spe custodie rerum suarum, vrbiū p̄sidia querebant. Urbes autē ab inermibus custodiri quis iuste dixerit? antiquitus omnis Grecia, cū penates munitionibus cincti non essent, fierentq; crebre incursiones, arma gestabat, vitāq; sub armis agebat Barbarorum more, licet scriptum sit, hūc morem ferendi arma apud eos ex veteri latrocinio p̄mansisse. nam apud Locros, & Acarnanas, homines mutuo predātur, nequaquam tamen prohibitū intelleximus, cū eos metu retinere, quos beneuolentia conciliare possumus, & absurdum, & inhumanū videatur. enimuero antiqui Philosophi in bona Republica necessarium ducebant, eos q in cōmunione viuerent, arma portare tum vt Magistratibus parere inobedientes cogantur, tum vt vis inimicorum externa propulsetur. etenim fere apud omnes vsitatum est, vt prefecti Ciuitatum, arma militum cohorte cingātur & sane quomodo quis sine armis vel repellet hostes, vel resistet inuadentibus? dicat aliquis, valde commodum esse, & iustū, paucissimis viris arma permitti, distribui quoq; iunioribus, verum ijs tantum, qui Seniorum prudentia, maturoq; cōsilio ad id sint assumpti, cor̄ est senia, q de optima Repub. philosophantur. do nāq; & honorū, & munerū equa fieri distributio. Cēsem⁹ aūt fieri posse, vt in optima ciuitate oēs oiū munerum ex equo, honoq; fiant participes. Quod si contigerit, quis non feliciorem eam dicat Ciuitatem, que equalitatem tuetur? que vnicuiq; equa lance fauet. que homines ab hominibus non discernit. que Agricolas Artificibus, Artifices militibus potiores non hz. ita ne dices paucorum potentiā, que equalitati est inimica, populari preferendam esse, non ne, qui armorū domini sunt, ijdē modis omnibus Republice dominari contendunt. huic arma concede, alteri nega, iam fiet ciuitatis diuisio. Fingamus hostes esse in menibus, irrūpere in ciuitatem, omnes ad arma clamare, prodibunt ne ij soli, quibus arma ferre ꝯcessū est. ad que, vt videmus, male prompti sunt, & expediti. ea vero si cuilibet permiseris, multo plures, ac magis industrios, qui ciuitatē tueantur, reperias, neq; alterū alter opprimet, cedent ve Artifices aut iudicū, aut militū effrenate libidini. atqui vna animorū beneuolentia, mutuoq;, ac equali conuictu ciuitas conseruabitur. ea de causa in pluribus Saxonie partibus ea est longo iam tēpore obseruata ꝯsuetudo, vt Artifices omnes domi arma in prōptu habeāt, qbus iuuare possint patriam, cum signum accedentiū hostium e specula viderint. veruntamen fieri nequit, vt non oriantur dissensiones, magisq; contra familiares, & amicos, q̄ ignotos irritetur animus. dicit̄ enim in prouerbio. Fratrū contentiones, & iras acerbissimas esse, &, q se nimiū amāt, ij se nimiū vna oderūt. nā q ab amicis sibi bñficio heri putant, illis non solum priuari, sed & aliquantū ingrati animi intercedere proculdubio est dolendum. eam ob rem hic a principe impetrare solemus, & iudicis officiū implorare, vt nobis arma portare liceat. quod sane perfacile fiet, si per aduersarium timemus offendi, aliquid ve sinistrum nobis ab illo precauere volumus. eo namq; casu iudex cogere consueuit illum fidē suā prestare, quā nos vulgo securitatem, vel Saluamguardiā dicimus Greci asphaleian didonai vocant. Hec autē causa fuisse videtur cur a iudicibus nostris fidem publicam petamus, cum ad religionem presidis prouincie pertineat, ne potentiores viri humiles iniurijs afficiant. preterea si, dum timemus, ne bonis nostris damna, incommoda ve inferantur, securitatem petere possumus, & vt iure nobis caueatur, quis non equiorem hominis causā, qui aduersarium metuit, existimet. est enim homo rebus omnibus humanis prestantior. dicit alius, fidem publicam prestari, & vtile esse, & necessarium. item rebus nostris, ac multo magis hominibus dari solere. At si fide illa satis tutus videtur, cur addit vt sibi liceat arma portare? Bene quidem, ac prudenter ab inimicis cauendum, omnes censuerunt. nam satisdatio sola maleuolū animum non mutat. ea est autem huius regni consuetudo, vt nemo cogatur securitatis cautionem prestare, sed consueuit quis poni sub protectione, ac (vt vocāt) Saluaguardia regis, & adijci solet pena mortis, si quoquo pacto aut bona, aut is ipse, cui securitas talis prestita est, offendat̄. imperator vero vt nō oibus sine differentia p̄mittit arma portare, ita etiā non cuiuis curā, opus ve fabricando ꝝ armoꝝ cōcessit. nam ad id operis, vel potius artificij eos solos vocari vult, q publicis (vt dicūt) fabricis allegati erāt, quos a frabricandi peritia, ac nō vulgari industria ꝯficiendorū armoꝝ Fabricēses appellat. quos etiā Archadius, & honorius censuerunt notis, & stigmatibus compungi, vt, si ceterorum artificum esset in republica confusio, horum tamen esset aliqd discrimē, quo periti ab imperitis, industrij a minus eruditis discernerētur. nam qs nescit, inter artifices multam esse differentiā? tum armorum ꝯfectionē, quibus se ipsa tuet̄ ciuitas, firmatur, roborat̄, quis imperito ꝯmittendam censeat? quis non Pistiā Atheniensē, quo cū disputasse memorat̄ Socrates, arma tam solerter fabricantem, vt nihil p̄hiberent manibus vti eaq; inconcinno corpori tam concinne aptantē, vt nihil minus expeditus miles videret̄, etiā si modo curuari, modo erigi esset necesse, imperito cuiuis artifici, aut e plebe quesito non preferat? itaq; si ciuitatis commoda, si vtilitatem, si decus quesieris, nemini dubium, quin optimos artifices, quo longius absis a periculo, quo tutior sit respublica, corpusq; tuum munitius, preeligas. facio equidem in vestimētis cibis, reliquisq;, que ad ornatum, expolitioremq; viuendi formā parantur, paruam admodum differentiam, qua manu, quo cōdimēto disponant̄, vel p̄parent̄. At in ijs, que ad ciuitatis, nr̄amq; tuitionem sunt necessaria, discrimen magnum vt constituamus non alieno tantum, sed & nostro periculo docemur. qua ratiōe cōstantinus Imperator in Cremonensi solū municipio Fabricēses ad id tantum operis assumptos, vt fabricam armoꝝ exercerent, habuisse ꝯmemorat̄. neq; fabrorum solū, sed & quorumcunq; artificum antiquitus sodalitia extitere, & sane sodalitates rome cōstitute sunt Catone q̄store sacris Ideis magne Matris acceptis. Exinde comessationū, ac ꝯuiuioꝝ publicoꝝ institutio, primū in Creta excitata est, Minoe regnante. que tamen multo prius in

Italia fuerat. Delectationē autem hmōi sodalitiorum amicorū ce-
tu, ⁊ sermonibus communibus, quibus omnia indies mitiora
fiunt, metiebantur. Romani quoq; accubationem istam epula-
rem amicorum, quia vite coniunctionem haberet conuiuium vo
cauere. veruntamen neq; confestim laudare mores, quos tanto
tempore ciuitas obseruauit, neq; mox vituperare debemus, quin
potius antea est animaduertendum, qua causa, qua ratione, quo
animo, studio, tempore, locoq; quicquam agatur. Caprarum
gregem, vineas, segetesq;, aut nullo pastore, aut minus vigilanti,
ac improbo depascentem damnet aliquis, ac improbet. Laudet
alius cultum Caprarum, vsum, ac possessionem. plus nempe mi-
hi placet is, qui probat, docetq;, quo modo vel colēdus sit grex,
vel regendus. Sodalitia ista, que commode regi possunt, que mi
noris cuiusdam Reipublice formam nobis ostendunt, si quis er
rantia, si peccantia viderit, poterit ne funditus tollere? probentur
ergo nobis ee amicorum sodalitates vel ea presertim de causa, q̄
iuniores doceantur a Senioribus, nec permittant petulantiam
illam etatis longius excurrere. Etenim philosophi in optima Re
publica censuerunt non licere cuiq; facere, quod velit. nam ea
licentia ingenitam cuilibet homini malitiam auget. in hac sodali
tiorum mentione non absurde obiter annotabimus, eam esse in
ter militares sodales, id est, milites sodalium nomine se inter se
fratres appellantes, eam inquam esse consuetudinem, ⁊ ius con-
suetudine receptum, vt alterius castrense peculium post mortem
alteri obueniat. adde, apud Germanos milites moris esse, vt, dū
amicitiam nomine sodalitij inter se ineunt, eodem vterq; Scypho
semel bibat, quem mox confringunt, ne eo postea quisquam vta-
tur, qui illorum sodalitatem modo vllo dirimat. Sed de hoc ha-
ctenus, ad arma iam redeo. quid hercle illi facias, qui cum armo
rum fabricam probe norit, cudat optime, belle poliat, affabre fa-
bricet, huic tamen, qui ab imperatore nō sit electus, ne liceat qui
dem manum operi admouere, vel arma fabricare. vis ne in hac
Ciuitate libertatem tollere, patereris insigne aliquod artificium
vsu, ⁊ exercitatione denegata perire. Hic eligatur, improbetur il
le, iam conuictum humanum, ⁊ societatem, qua nitebaris, sustuli
sti, iam commodis hominum non parum detrahis. Si enim ali-
quid homini ad nullam partem vtili, vtilitatis tue causa sustule-
ris, inhumane quidem facias, ⁊ contra nature legem. Cedat in
exemplum Agesilaus, qui Ephesi effecit, vt non tantum erarij
⁊ ferrarij Fabri arma cuderent, sed ⁊ Lignarij, ⁊ Coriarij, ⁊ Ful
lones, qui profecto ita in posterum confecerunt, vt eam ciuitatem
belli Officinam plane cēsuisses. putas ne promptiores ad arma
eos fore, qui arma tractant, nocturnaq;, ac diurna versant ma-
nu. omnes quidem si ea confecerint, facile fiet, vt omnes ⁊ prom
ptiores, ⁊ paratiores, ac magis expediti reddantur, eritq; ciuita
tis, ⁊ maior, ⁊ tutior custodia. adhec Romani Milites, fabriq;,
Nigro imperatore victo, ⁊ occiso p Seuerum, in Syriam, Bar
barasq; Nationes confugerunt, ibidem etatem suam acturi, ac
eo tempore armis vti, ⁊ fabricare Barbari omnes didicerunt.
preterea si rem ipsam propius spectare velimus, quod Artificum
genus harum Sodalitatum inexpiabili scelere non peruertitur?
quid non talibus conuenticulis deformatur? ijs artium puritas
deprauatur, pretia rerum immutantur. Sodalibus ⁊ lis schole,
quotquot in verba Magistrorum iurarunt nefas est vel latum
vnguem a prescripto recedere. hoc modo tua commoda aliorum
incommodis augeas, libertas communis diuellitur, suffragia ele
ctionis tenentur a paucis, peritorum industria ad nutum huius
ordinis labefactata est. Hinc pulchre Traianus, ⁊ si posse colle-
gium Fabrorum apud Nicomedenses constitui rescribat, ve-
runtamen cum huiusmodi factionibus ciuitates vexari solere cō
siderarer, satius multo existimauit, comparari ea, que ad arcen-
dos ignes vsui esse possent, ⁊ admoneri Dominos prediorum,
vt ⁊ ipsi inhiberent, ac, si res posceret, populi cōcursu ad hoc vte
rentur. quam ob rem istos ordines, ac Sodalitia, que apud nos
olim erant, fraternitatesq;, seu Confratrias vulgo dictas Fran
ciscus Rex Christianissimus iustissime mihi sustulisse videtur, ne
scilicet aliquid vtilitati publice, vel priuatorum commodis per
eas detrahi posset. id enim magis est contra naturam, q̄ mors,
q̄ paupertas, q̄ dolor. ita etiam Nicocles sapienter prohibuit
Sodalitia, ⁊ Conuentus fieri, vtpote qui in rebuspublicis plus
satis exuberent, in Monarchis autē sint admodum noxij. enim-
uero hec Sodalitia vtcunq; sum approbaturus, si modo probi-
illis presint, ⁊ prudentes. ipsa nanq; nature lex, que hominū vtili
tatem conseruat, decernit, vt ab inerti, atq; inscio ad bonū, erudi
tumq; virum transferantur res ad vitam nostram necessarie, qui
sine errore bona hec, an mala illa sint, dijudicet. constituamus igi
tur in armis Magistratum. qui ita suo fungatur officio, vt hominū
vtilitati consulat, ⁊ humane societati nihil prorsus detrahere vi-
deatur. nam apud Romanos legio habebat Fabros lignarios,
Structores, Carpētarios, Ferrarios, Pictores, reliquosq; ad
Hibernorum edificia fabricāda, ad machinas, turreisq;, ligneas,
ceteraq; qbus vel oppugnantur Ciuitates, vel defendūtur. quorum
nium iudex erat prefectus Fabrorum. Seruius Romanorum
Rex duas Centurias fabrorum electorum prime classi addidisse
memoratur, q machinas in bello ferent, ac sine armis stipendia fa-
cerent. optimum igitur videri debet inter Artifices magistratus
eligi peritissimos quosq;, qui peritos ab imperitis discernant, ar
ma ingeniose composita, reiectis incōcinnis, ac inutilibus, eligāt
quibus item non modo patienti animo, sed ⁊ vltro omnes pare-
ant, qui omnino decernant, quid recipi, quid ve reijci ius fuerit.
Si quis autem multarum artium peritus multis Collegijs ini-
tiari, ⁊ laborem in diuersa impendere, hinc Magistratibus fun-
gi velit, illū admittemus, licet hec causa sit, que in dubium nō im
merito reuocari queat. etenim lingua tum ad gustum, tum ad lo
quendum, dentibus item ad loquendum, ⁊ ad mandēdū vtimur.
Sint licet pluribus rebus intenti sensus minores ad singulas. Sit
hinc, illincq; distractus animus, ad vtrunq; minus excitatus, po
terūt tn̄ tāta eē hoīs merita, tāta eruditio, tā inexhaustū ingeniū,
vt nō pluribus tm̄ satisfecisse, sed et minima cū inuidia plurimos
honores consequi debere fateamur. sed quoniam hoc loco de ar
mis aliqua meminisse nobis est propositum, nō pretermittemus
apud Romanos, Arma, signum vocale preliorum fuisse. ij enim,
orta seditione, quoties capessenda arma erant, conclamabant,
ad arma. que vox aliquando a Germanis militibus male intelle
cta in vocē Barbarā, ⁊ vulgarem illis mutata est, lerma. consue
uerunt nanq; cantu truci, ⁊ more patrio (vt supra dictum est) pre
lia ineuntes, lerma, lerma, clamare. Nos autem, alarma, quasi
ad arma conclamamus. Sunt insuper ea arma signa non voca-
lia. nā Romani milites solebāt antiquitus, cū prosperitatis indi
cium plenum ostendere volebant, scuta genubus illidere. cum ve
ro hastis clypeos feriebant, ire signum maximum erat, ⁊ doloris.
Milites etiam, si capita clypeis subijciant, deditionis signum ⁊
credi, ⁊ haberi solet. Quo modo Afranius, ⁊ petreius ad inte-
riora vsq; iberie loca, a caio cesare persequuti, atq; tam alta fos-
sa prepediti, vt vlterius transire prohiberentur, capita clypeis
supposuerunt, atq; ita deditionis signum demonstrasse, herbāq;
(vt aiunt) porrexisse memorātur. porro si quis animaduertat mi
lites in acie clypeos clypeis, enses ensibus, arma denique armis
coniungere, vt indissolubili nexu colligata esse putentur, is profe
cto militarem disciplinam probare debet, ⁊ extollere. nam Phi-
lippus Macedo, vt militarem disciplinam emendaret, multa in-
uenit, ⁊ exemplum sumpsit ab Heroibus, qui in bello Troiano
clypeos clypeis coniungebant. Atq; ita primus ordinem illum
iunctissimum Phalangis excogitauit. Hic armorum genera a
rei militaris scriptoribus passim percursa enumerare nolo, satis
vero sit, armorum genus, quo antiquitus romani vsi sunt, leui ma
nu attigisse. qui igitur in legione Romana natu minimi erant, pila,
parmamq; gestabant. parma tutando corpori satis erat, nam ro
tunda cū sit, tripedalem habet diametrū. ornabatur preter id miles
simplici casside, cui Lupi pellem, aut aliquid eiusmodi, qd insigne
esset, imponebant, vt suos princeps strenue, ac gnauiter se geren
tes facile dignosceret. pili telum lignum habet longitudine bicu-
bitali, digitali crassitudine, spiculum vnius spithame eo vsq; atte
nuatum, vt mox ad primum iactum flectatur, sitq; inhabile ad re
mittendum, alioqui cōe fieret telum. Hastatis porro, qui hos eta
te antecedebant, armatura erat clypeus, cuius latitudo curue su
perficiei pedum erat duorum, ⁊ semis, longitudo pedum quatuor
duplici tabulato, glutino taurino, linteolo infuso, compactus, exte-
rior superficies vituli corio integebatur, circunferentia habebat
ferreum munimentum a summis, imisq; partibus quo ensiū ictus
vehementiores tutius exciperent, impactus est etiam clypeo fer
reus vmbo, qui lapidum, sarissarumq; impetū sustinet. cū clypeo
ensis ad dextrum femur pendebat, Hispaniensem vocabant, an-
ceps erat mucrone eximio. adhec veruta duo, galeaq; enea, ⁊ cru
rum tegmē ocrea. veruta hec tenuia partim, partim crassiora, lon
gitudo tria cubita nō excedebat, singulis iunctū erat telū ferreū,
hamatū, eadē cū ligno longitudine. pter hec, ornabantur pēnis tri
bus aut nigris, aut puniceis erectis, lōgitudine cubitali. quo fie-
bat, vt vir duplo maior appareret, ac forsitā eo magis terribilis.
nōnulli pectori armaturā addebāt, vocabantq; cordituū. idē mo
dus circa Triarios erat, preterq̄ q̄ hastas pro verutis gerebāt.
eqtes āt ad modū Cyri aduersus Cresum ducētis exercitū cū tu
nicis

nicis puniceis, Thoracibus, atq; cassidib⁹ ereis, conis albis, gladijs, pilo, casside ornati, eq quoq; frótalib⁹, pectoralibusq; ereis, atq; latteralibus. Signũ ijs erat Aquila aurea appẽdens haste lõge, quod signũ apud persas in longum postea tempus perdurauit. Francos autẽ ne nostratum obliti uideamur diuerso antiquitus armorũ genere vsos legimus. ꝛ vero vt illis in Romanorum mores omnes, ac verba iurare, non placuit, ita quis eos eo armorum genere, quo exercitatiores sunt, quo hostem ferire, ꝛ se protegere cautius didicerũt, vti prohibeat. Scythe enim, ꝛ traces non audebant scutis, ꝛ hastis aduersus Lacedemones pugnare, nec Lacedemões aduersus thracas telis, Scythas ve arcubus certare voluerunt. igitur, vt testantur historie, Francis. gothorum temporibus, tenuis erat, ꝛ neglectior armatura, nõ thoraces, non ocreas nouerant, plerisq; in bello detecta erant capita, pauci admodum operti Casside, ensis a femore leuo, a latere scutũ depẽdebat, arcus, ꝛ funda, ꝛ tormẽta huiusmodi tela, saxa ue, torquẽtia ijs insueta erant, gestabant aũt dolabras, securesq; ancipites, ꝛ breuia tela pro patria consuetudine, que ipsi Anconas vocabant, quibus res magnas, cum opus erat, gerebant, ꝑsertim cum pede collato certabatur. Huius teli pars maior ferro obducta est, ita vt ex hasta, preter capulum totuz, vix quicquã proferatur, in superiori parte ad ferri aciem recurui sunt hami, ꝛ laminule preacute ad teli partez inferiorem diuertebãt. id teli genus in ipso statim congressu emittebant hoc pacto, vt si altius inheserit corpori, subeat mox ꝛ acies ipsa hamata, vnde telũ auelli nequeat, ꝙ si impactum clypeo id telum fuerit, mox ex eo pendulum heret. Tunc ea erat consuetudo, vt, vbi affixum telum viderant, statim impetu facto, ac capulo, quod pendet, pedibus cõculcato, scutum, cui inheserit, perfringant, dein gestanti caput denudet, ꝛ pectus. Hõ teli genus, ac certaminis preterire nolui, q̃r veluti Romani nihil prorsus suaꝝ reꝝ pretermiserũt, quo gloriam immortalem, perpetuamq; memoriam adipiscerentur, ita ego res nostras memorabiles in posteritatem commendari, laudabile, decorumq; existimaui. in quo si tibi primum, deinde cunctis militibus satisfecero, militum iura armorũq; vim, ac naturã quod nostrum erat propositũ satis exacte tractasse me putabo.

FINIS

Tractatus de Doctoribus

eorumq; Priuilegijs, ꝛ immunitatibus do. Petri Lenauderij Cadomensis Illustris legum doctoris, in quatuor sectus partes.

¶ Proemium.

Uia doctorum ꝛ aliorum scientificoꝝ virorum scientia totũ illuminat mũdũ, vt in auct. habita. C. ne fi. ꝑ pat. ꝛ nisi fuissent doct. nos essemus in tenebris, vt dicit Sali. in. d. auc. Doctores enĩz ꝛ scientifici viri dicunt̃ fulgere, vt splẽdor firma. c. sup spe. extra de magi. Ideo de ipsis doctoribus ordine q̃drípartito (altissimo annuente) sum dicturus

¶ In prima parte quis debeat, ꝛ possit doctores facere ꝛ creare. Item qui possint esse doctores, ꝛ qui non, ꝛ quot requirunt̃ anteq̃ aliquis possit esse doctor, cuius etatis esse debeat doctor, an parum doctus reprobari possit. An infidelis possit doctorari. an doctoratus sit dignitas. An infamis possit esse doctor. An excommunicatus, an mortuus, an iudeus, an spurius, an mulier possit habere decus. an doctor teneatur appellare vxorem suam dominam, an doctor possit facere donationem concubine, an doctor suam possit verberare vxorem, ꝛ an doctor debeat plus diligere suam vxorem q̃ rusticus.

¶ In secunda parte de priuilegijs, ꝛ immunitatibus eorundem doctorum.

¶ In tertia parte de precedentia inter eos ipsos, ꝛ inter eos, ꝛ milites armate militie.

¶ In quarta de oneribus ipsorum circa lecturas faciendas, cuz pluribus questionibus, postea in eadem quarta parte insertis.

Prima pars Tractatus de

doctoribus per triginta duas questiones distincta.

¶ Questio prima prime partis.

Uero igitur Primo, q ꝑsit doctores creare, ꝛ q possint creari. Circa quã materiã sciẽdũ est, qd̃ iperator põt creare doctores. Ut no. in. l. ij. §. primus diuus. ff. de ori. iur. et solo verbo, ẜm Ange. in. l. i. C. d̃ sen. pas. dũ tñ ad gradũ doctoratus sustinẽdũ sit sufficiẽs, q̃r si essz iuris ignarus doctoꝝ priuilegijs nõ gauderet, sz vt doctor minoris sciẽtie veniret honorãdus. ita dicit Alex. in addi. ad Bar. i. l. i. C. de digni. lib. xij. ꝛ nimirũ si impator ipse docto. creare pos̃t cũ tãte dicatur sublimitatis, qd̃ in hoc mũdo est, veluti vn⁹ deus corpalis, ꝛ sup oẽs eminet tãq̃ stella matutina in medio nebule meridionalis, vt dt sing. Bal. in. c. j. de ꝓhi. feu. alie. ꝑ Fride. Et oĩa q̃ sunt ẜm ꝯrab. ꝛ preter leges humanas põt ẜm Bar. in ꝯs. xv. incip. in. q. ꝓposita scd̃a parte. de cuius posse disputare est crimẽ sacrilegij. Sali. in. l. sacrile. C. de diuer. rescri. ꝛ in prag. sanct. facit. l. ij. C. de cri. sacri. ipse. n. totius mũdi dñs est. l. depre. ff. ad. l. rodh. de iactu. l. bñ a zenone. C. de quadri. ꝑscri. ꝛ totius mũdi monarchiã obtinet. xij. q. j. c. futurã. ꝛ est dñs oium ꝓuinciarum lxiij. di. c. adria. ij. gl. ꝛ oium reꝝ. viij. di. c. quo iure. ꝛ. d. l. bñ a zenone. ꝛ gl. in. c. venera. de elec. ꝛ iudeorũ. l. iudei. C. de iud. Adeo qd̃ q̃ diceret ꝯriũ cẽseret̃ hereticus. Nam scribit̃ in euãge. Exijt edictũ a cesare Augu. vt describeret̃ vniuersus orbis. Bar. in. l. hostes. ff. de cap. ꝛ postli. reuer. Et oẽs reges ei subsunt. vij. q. j. in apibus. excepto tñ rege Fran. q sup oẽs reges Christia. libertatis coronã portat, vt eleganter dicit Bal. in suo cõsi. ccccxv. incip. Petita venia flexisq; genibus loquat̃. prima pte. ꝛ q nõ recognoscit supiorẽ in tpalibus. vt in. c. ꝑ vene. q filij sint legi. Joã. fab. in. §. j. proe. insti. Cosmas guymier in gl. j. prag. sanctio.

¶ Questio secunda prime partis.

¶ Quero igit̃ quo iure creat̃ doc. iuris ciuilis in hoc regno Frã. cum nec ad Pa. pertineat ex suo brachio spirituali. cum sciẽtia legalis temporalis sit, ꝛ imperialis, ꝛ ad eccle. personas non pertineat. argumẽ. l. consul. diualia. C. d̃ testa. ꝛ. c. super specula. extra ne cle. vel monachi ꝛc. ꝛ lz pa. in spũalibus plenã hẽat ptãtem, nõ tñ in tpalibus, ẜm Bal. in. l. ij. C. d̃ seruit. ꝛ aqua. ꝛc. Et q̃r rex Frãcie quo ad imperia, ꝛ tpalitatẽ nõ recognoscit superiorẽ, vt in. d. c. ꝑ vene. q filij sint legit. Dici põt ꝛ rñderi ẜm Jo. fab. in. l. ij. C. de ve. iu. enu. qd̃ q̃r omnis sciẽtia a deo est. xxxvij. dist. c. legimus el. j. §. hinc et̃. Et ẜm eundẽ Joã. fabri. in. l. ij. C. de ma. ꝛ ꝛ mathe. Et et̃ q̃r xp̃s est ipsa sciẽtia, sz Specu. in suo proe. versi. ceterũ. Jõ ad eius vicariũ q maior est in terra ptinet dispẽ. huiõi sciẽtie, vt pz in cle. j. extra de mag. Sed hoc põt pertinere ex ꝯsuetudine, vel ex priuilegio, vel alio iure, de quo per Goffre. in summa qd̃ Matth. exemplificat dicens quod Bononie pertinet ad Archi. maioris ecclesie ex priuilegio, Parisius ad cãcellarium. Et dico qd̃ Cadomi ad epm̃ Baioceñ. tanq̃ vniuersita. Cadomeñ. cancellarium per priuilegium apo. Cui stãdum est. c. recepimus de priuileg. ꝛ etiam. c. porro. Ex cõsuetudine tñ Cadomi in iuribus doctor facit doctorem. ꝛ sic doctor potest facere ꝛ creare doctorẽ, vt pz in glo. cle. ij. de magi. sup verbo, suspẽsum. Sed sz ipsum Jo. fab. in. d. l. ij. C. de vete. iu. enu. doctor nõ creat doctorẽ, sed dat ei insignia, cui opi. adhereo, vt biretũ rotũduz in signũ victorie ꝛ gratie, vt notatur in. l. j. C. de athle. libr. x. Et precipue pro victoria in priuato examine habita. Bar. in. l. athlete. ff. d̃ excu. tuto. Bal. in. c. j. quid sit inuesti. in vsibus feu. Itez doctor inuestitur ꝑ doctorem ꝑ annullũ aureũ. argu. in. l. si donate res. in. §. sponsus. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem.

¶ Questio tertia prime partis.

¶ Quero que sunt insignia doctoratus, ꝛ respondetur secunduz aliquos, qd̃ sunt cathedra, ꝛ biretum. Apud alios liber, annulus, ꝛ biretũ, gl. cũ sit nimis de magi. Sz sz vsuz nostrũ Cadomẽsem ꝑ doctorẽ doctori dant̃ sex. primo cathedra cum dicitur. Sedete virtuosi viri in cathedra non pestilentie, ꝛ vitioꝝ, sed scientie, ꝛ virtutum. Non enim doctorum imitatores sunt, qui tenent loca doctorum, sed qui exercent opera illorum. Nec doctorem facit cathedra, sed doctor facit cathedram per virtutis ꝛ scientie rudimenta. Recitat autem Chrysostomus Catonis conditor Uidete quomodo sedeatis super cathedram ꝛc. Et etiam cauetur in. c. vlti. xl. distin. Ad locum cathedre paulatim cuz virtutis

bus ꝛ magno sudore aspirare debent bñ meriti doctores, alias si nimis festinent ad ipsam cathedrã delectantes in ipsa cathedra. vt in loco glorie fiũt alijs auctores ruine. c. qm̃ multa. xlvij. disti. nõ eniz locus sanctificat hominẽ, sed homo locũ. Qui aũt bñ se derit supra cathedrã, honorẽ accipiet cathedre. Sed qui male se derit iniuriam faciet cathedre. c. fi. xl. di.

¶ Secundo datur Cadomi birretũ hoc modo. Accipite birretum rotũdũ ad modũ corone in signũ sanctitatis, ꝛ veritatis, ac doctrine, vt tales sitis in mẽte, quales fueritis in cõuersatiõe, nec a docendo cessaueritis, qꝛ nõ coronabit in regno celoꝝ, nisi q legitime certauerit. Corona nempe in regni susceptione poni consueuit in capite, quia corona signũ est pfectionis, cum sit spherice figure angulo carens in signũ carẽtie sordium, qꝛ vbi angulus ibi sordes esse, dicit̃. gl. sup v. tõsurã in cle. j. de vita ꝛ ho. cler. se ergo ꝛ alios virtutibus regere, ꝛ sordibus mundare debẽt. c. duo sunt. xij. q. j. de quo birreto. xxx. di. c. si quis virorum.

¶ Tertio datur Cadomi zona in hunc modũ. Accipite zonã auream, ꝛ lumbos vestros cingulo fidei precingite, vt corpus vestrũ sit ornatũ exterius, ꝛ apud deũ, ꝛ hoies se extẽdat pfectius. Que zona deponi nõ dꝫ, nisi cõpleto doctoratus officio. Nã indecẽs oino pbat̃ prius soluere militie cingulũ q̃ cedat victori aduersitas plioꝝ. c. j. de renũ. iuncta. l. ij. C. de his q nõ exple. stipẽ. lib. x.

¶ Quarto datur Cadomi annulus sic. Accipite annulũ subarrationis. Nã sicut p eũ ɔ̃hit̃ matrimoniũ inter viꝝ ꝛ vxo. ita inter sciẽtiã ꝛ doctorẽ. Qui enim talem possidet sponsam, sancti spiritus donũ possidet. ꝛ lꝫ Jo. an. dixerit in. c. vt aposto. de priuile. lib. vj ꝙ clericus annullatus est fatuus vel eps̃. Fallit tñ in doctore, vt dicit gl. in. d. c. vt aposto. qui in signũ matrimo. inter ipsum ꝛ scientiam põt deferre annulũ. Qui quidẽ annulus in signũ dilectionis mutue in ɔiugatis poni consueuit in quarto digito, vbi ẽm medicos est quedã vena, que pfundit sanguinem vsqꝫ ad cor. tex. in. c. femine. xxx. q. v. Docto. tñ ponũt annulum hmõi in police, vt facilius testificare possint sub suo sigillo.

¶ Quinto sic dat̃ liber. Accipite librũ sapiẽtie, ꝛ sciẽtie dei, vt xpõ dño missus sciẽtiã iuriũ docere valeatis, ꝛ interpretari atqꝫ ius suum vnicuiqꝫ tribuere. Est. n. liber ꝓprie interior tunica. vel pars corticis lignũ defendẽtis, qm̃ ante vsum chartaꝝ siue mẽbranaꝝ de libris arboꝝ volumina fiebãt, ꝛ ɔpaginabant̃. Sic p librũ defendit̃ sciẽtia. Sic ꝛ nostre fidei structura, ꝛ memoria cõseruat̃, ꝛ pdicat̃. de hoc lib. xvj. di. c. habeo lib.

¶ Sexto sic dat̃ osculũ pacis. Accipiatis pacis osculũ, vt fedꝰ pacis in facultatibus iuriũ seruetis ppetuũ. Beati quidẽ pacifici, qm̃ filij dei vocabunt̃. charitatis filia pax est ꝛ vinculũ. aug. in lib. de verbis dñi. c. lx. tex. in. c. nouit. de iu. charitas. n. est amor dei ꝛ ꝓximi. Panor. ꝛ Hol. in. c. ij. de treu. ꝛ pa. ꝛ in. d. c. nouit. ij. col. Nec mutuo charissimi sunt q non ɔcorditer viuunt. vnde Tullius. nullũ est amatoꝝ presidiũ nisi beniuolẽtia ꝛ chari. sit solidũ. nomẽ qppe dulce ẽ, ꝛ ipsa res salutaris. q pacẽ abnegat iure meret̃ ruinã, qm̃ pace nil melius, q̃ dicit̃ esse vnitas multitudinis in qua bonũ, ꝛ salus populi ɔsistit, dicẽte Cassiodoro. Omni qppe regno desiderabilis dꝫ esse trãqllitas i qua ꝛ populi ꝓficiũt, ꝛ vtilitas gẽtiũ custodit̃. Hec ẽ bonaꝝ artiũ mater decora. h̃ mortaliũ genus multiplicat, facultates ꝓtẽdit, mores extollit. Et cõgruit legislatori, ꝛ bono, ꝛ graui psidi curare pacẽ, ꝛ getã habere suã ꝓuinciã. nã pace remota, vite perit vtilitas, vt refert Ol. cõs. lxxxiiij. de quo qdẽ osculo de ɔse. di. ij. c. pacẽ. ꝛ. C. de do. ante nu. l. si a sponso. ꝛ de spõ. duoꝝ. c. j. ꝛ sicut calcaria deaurata, ꝛ ensis solẽt dari militibus in signũ militie. ita ꝛ predicta doctoribus in signũ doctoratus. Panor. vbi. s̃. ꝛ ista isignia tradit doctor doctori tanq̃ pater filio, ẽm Jo. fa. in. l. ij. C. de ve. iu. enu. ꝛ reqritur sp vt tradant̃ insignia p tex. in cle. ij. extra de magi. ꝛ p Bart. i. l. magistros. C. de ꝓfes. ꝛ medi. lib. x. ꝛ illis insignijs pñt vti doctores ẽt vbi est princeps, sed ad hoc nõ cogunt̃ in. l. vnica. C. de bo. vehi. lib. xj. ꝛ ẽm Ant. corse. in suis singu. in verbo, doctor.

Questio. iiij. prime partis.

¶ Quero quid iuris. Si quis insignijs hmõi vtat̃, ꝛ non sit doctor. Rñde qd̃ punit̃ pena falsi p not. in. l. eos. §. fi. ff. de fal. ꝛ ibi Alexã. de imo. ꝛ p Ang. in. l. vnica. C. ad. l. viscelliã. p Ange. de claua. in sua summa. in versi. insignia. §. fi. Secus aũt si se doctorẽ simplici verbo dicat, qꝛ tũc extraordinarie punit̃. no. Bal. i. l. si quis ꝓtextu. C. de sac. san. eccle. ꝛ Ro. in. l. q in aliena. §. interdũ. ff. de acq. here. Per Ra. in suo alpha. aureo in versi. falsum. Jdẽ Bal. in. l. data opera. C. qui accu. nõ possunt vbi dicit̃ qd̃ dicẽs se comitẽ, ꝛ faciens actus comitis, cũ nõ sit, dꝫ grauiter puniri citra mortẽ. Jdẽ Bal. in. c. nõnulli. §. sunt ꝛ alij de rescri. dicit qd̃ impetrãs supplicationẽ nomine alterius punit̃ arbitrio iudicis. facit tex. in. c. q̃rto. de his que fiunt a pre. p quẽ dicit ibi Pe de ancha. qd̃ scribẽs literas nomine alterius eo ignorante dicit̃ falsarius. Cy. Bal. ꝛ Saly. in. l. fi. C. de req. reis, vbi dicunt ꝙ citans aliquẽ fingens se nũciũ publi. cũ nõ sit, punit̃ criãliter, ꝛ ad interesse citati tenetur. tex. singu. in. l. titio cũ esset rome. ff. ad mu ni. p quẽ dicunt Bar. ꝛ Bal. in rub. C. de fide instru. qd̃ abradẽs ex literis nomẽ scribẽtis ꝛ ponens suum punitur, falsarius. faciũt notata per Do. in. c. j. di. j. vbi inuehit contra docto. sibi appropriantes dicta alioꝝ. Jtẽ qui se gerit pro doctore cũ nõ fuerit examinatus ꝛ approbatus non excusatur a muneribus. l. reddatur. C. de profes. ꝛ me. lib. xj.

Questio. v. prime partis.

¶ Quero nũ qd vsus insigniorũ, que cõpetunt ratione doctoratus prescribi possit per licentiatũ aut baccalariũ, vel possit hoc p̃scriptione, vel cõsue. induci. vt puta qꝛ scholaris portat deauratũ rã qd̃ nõ ɔceditur nisi habentibus dignitatem, vt est tex. no. in. c. clerici. ad fi. de vi. ꝛ ho. cle. dic quod eã tractat Host. in. c. cũ cõtingat de eta. ꝛ quali. vbi determinat, dubitatiue tamen qd̃ sic. nil alleg. Sed Joan. and. mouet hanc questionem in. c. abbates de priuileg. lib. vj. in nouella. Et ibi concludit vt nõ possit inferior vti insignijs maioris. alleg. c. peruenit. Joannis. ij. ꝛ. c. ij. xlij. dis. Sed dicit Ludo. ro. cõsi. ccxci. Qd̃ si est cõsuetudo de cuius initio memoria homini nõ est tũc verior est opinio Host. ꝛ mouetur per. c. super quibusdam. de ver. sig. vbi tex. est singularis vt ea, q̃ princeps reseruauit, possunt acquiri lõga ɔsuetudine p baronẽ vt. l. ius vectig. C. de noua vect. Si vero prescriptio seu consuetudo nõ est ita longa, sed scitur eius initiũ, tũc est vera opinio Joã. an. Sed doctores falsi sunt fontes sine aqua, nebule turbinibus agitate, qbus caligo tenebrarum reseruatur, qui libenter audiuntur cum dulces sint in sermonibus, de pe. di. ij. c. ꝛ cognouerunt. §. opponit̃ in glo. ꝛ sunt fontes nõ lauantes sed coinquinantes. ij. q. vij. c. sequuti sunt. Et sic dico ꝙ vsus insigniorum doctoraliũ non potest prescribi.

Questio. vj. prime partis.

¶ Quero que requirantur ad doctorem anteq̃ȝ ad doctoratum peruenire possit. Rñde, quod moribus, ꝛ scientia alios precellere dꝫ p tex. ꝛ ibi per Bar. in. l. magistros. C. de profes. ꝛ medi. lib. x. ꝛ ideo cum quis creatur doctor in illo sex requirunt̃. Primo, peritia docendi. Secũdo, facundia dicẽdi. Tertio, subtilitas interpretandi. Quarto copia dicendi seu dictorum. ꝛ hec colliguntur ex lege vnica. C. de profes. qui in vrb. constan. lib. xij. Quinto, morũ excellẽtia, vt in. d. l. magi. ꝛ ibi Bar. Sexto, virtus fortitudinis, vt sciat resistere aduersus vim fortune, vt. l. reddatur. C. eod. ꝛ ibi. Bar. Et ideo pauci digne attingũt dignitatem doctoralez vt dicit Bar. post Cy. in. l. omnes populi. de iust. ꝛ iure. ꝛ in. j. cõsti. ff. veteris. ꝛ Panor. in. c. ꝓposuisti. in vlt. col. de ꝓba. ꝛ in. c. j. de magi. in fi. dicit tamen Fran. de zaba. in. c. ij. de magi. q. ij. qd̃ decẽ requirunt̃. Primo, etas. xvij. an. Secundo, qd̃ p quinquenniũ studuerit in iuribus. Tertio, quod in loco approbato non in particulari studuerit. Quarto, qd̃ alios precellat moribus. Quinto, qd̃ habeat docendi facundiam. Sexto, qd̃ habeat interpretãdi subtilitatez. Septimo, qd̃ in eius examine intersint saltẽ septẽ docto. Nono, qd̃ illi iurati deponant illum esse sufficientem. Decimo, qd̃ sit legitime natus. Sunt alij, q vndecimũ addunt, qd̃ nõ dꝫ eẽ negociator. C. nego. ne militent in rub. ꝛ nigro. li. xij. doctores enim dicunt̃ militare. arg. l. aduo. C. de aduo. diuer. iudic. Requirit̃ igit̃ qd̃ sit approbatus, ꝛ ad hanc approbationẽ faciẽdam requirit̃ presentatio, ꝛ iuramẽtũ doctorũ presentãtium, qui iurẽt eũ in scientia iurisperitũ fore. tex. est in. l. nemi. C. de aduo. diuer. iudi. Jtem vt predi. est. Requiritur examinatio ꝛ approbatio septẽ doctorum, vt per Bar. in. d. l. magi. C. de ꝓfes. ꝛ med. li. x. ꝛ in. l. si qs. lib. eo. Doctores enim in approbãdo sunt vt testes. Et Cancellarius conferendo gradum est loco summi pontificis. ad hoc cle. ij. de magi. ꝛ facit qd̃ no. Bar. in proe. ffoꝝ. ꝛ quod dixit panor. in. c. proposuisti de proba. Et hoc idẽ ɔcludit ipse in. c. cũ vene. in fi. de excep. Jtẽ requirit̃ licẽtia superioris. vt. d. l. magist. ibi. decretuz curialiũ. Licet examinatio predicta nõ debeat fieri, quãdo aliquis est notorie peritus. ẽm Alex. in addi. ad Bar. in. d. l. magi. alleg. glo. in. c. de petro. xlvij. dist. c. qui eps̃. xxj. di. qꝛ si doctorandus est literatus, hꝫ testimonium totius populi, vt est tex. in. c. nullus. xxiij. di. vbi dicit, qd̃ q hꝫ populare testimoniuz, potest ordinari. facit tex. in. c. constitutus. de app. Et ibi panor. vt scholaris notorie peritus transeat sine examinatione, vel saltim modica ꝓ forma. Uide Hugolinũ in. d. c. nullus, qd̃ nõ examinatur qui de curia romana accipitur, cũ tales sint notorie periti. facit. c. ad apo. de regu. Et rõ est, qꝛ frustra fit demonstratio

rei certe

rei certe demonstrate.l.j.ff.de dote preleg. Quod tñ intellige,nisi data esset forma,qḋ in doctorãdo,vel licentiando regrereẽ examẽ. Quia in hoc forma esset seruanda.c.cũ dilecta de rescrip. faciunt notata p Ang.ꝛ Lu.ro.in.l.hac ꝯsultissima.C.qui testa.fa. pos.glo.ꝛ ibi Bal.in.l.j.ff.de lib.ꝛ posthũ.Et Alex.de Jmo.in.l.vni.C.de athletis.li.x.in aposti.ꝛ qḋ anteq̃ aliquis doctorari possit ostẽdere debuerit in iure p qnquẽniũ nota.p doc. in.j.ꝯsti. codi.in.§.quibus.ꝛ p Bar.in.l.peti.C.de aduo.diuer.iudic.nec sufficit stetisse in studio p qnquenniũ,nisi bñ studuerit,per gl.l.vnicuiq̃ C.de pxi.sacro.scri.li.xij.vbi dicit qḋ nõ sufficit diu studuisse,sed bene.Cum deus sit remunerator nõ nominũ,sed aduerbiorum.gl.in.c.j.de col.deteg.facit ad hoc de peni.dis.ij.c.charitas est aqua alias ego sum panis.§.hec que de charitate,vbi dicitur. Nemo repente fit sũmus.glo.in.c.cũ ex literis.de resti.in integ. Nec in modico tpe potest quis multum addiscere . argu.lxviij. dis.§.j.iuxta illud Juuena. Non iacet in molli venerãda scientia lecto. Jlla ꝫ assiduo magna labore venit. Hoc tñ fallit i scholare magni ingenij.ẽm Alex.in addi.ad Bar.in.l.j.C.de digni.li.xij. Quandoq̃ enim ingeniũ supplet tp̃s in bñ studẽtibus,sicut industria.lxxvij.di.c.monachus.ꝛ prout pamplius tractabiẽ inferius in questione quero cuius etatis ꝛc.Doctor enim nõ dꝫ diffuse loq,neq̃ esse varius in suis dictis,sed dꝫ esse breuiloquus.panor.in probe.Grego.qꝛ dicit alios docere,vt idẽ Panor.in pe. decretaliũ.in princi.gl.Jtẽ anteq̃ aliquis adipiscaẽ doctoratum dꝫ ter examinari.primo a doctoribus p̃sentãtibus, vt in.l.nemi. .C.de aduo.diuer.iud.scḋo a doctorib9 i priuato examine.tertio in pub.vt in.l.magi.C.de pfes.ꝛ medi.lib.x.ꝛ pbaẽ.l. vnica.C.d̃ athletis.vbi dꝫ reportare trinã victoriã in bello anteq̃ ad militiã quis promoueatur. Et sic not. Bar.in.d.l.vnica.ꝛ Archidiaco. in.c.de quibusdam.xxxvij.di.ꝛ Pano.in.c.cum ẽm Apostoluꝫ de prebẽ.v.col.Sed dꝫ examẽ fieri in loco vbi ex priuilegio, vel consuetudine iura legi p̃nt.p Archi.tex.in pe.ffox.§.hec tria volumina.ꝛ de cleri.non resi.c.tue.

Questio.vij.prime partis.

¶ Quero an approbatus a doctoribus corruptis gaudeat pui. doctorali.dic ꝙ nõ ar.in.c.de quibusdam.xxxvij.di. Panor.i.c. proposuisti.de proba.in.vij.col.

Questio.viij.prime partis.

¶ Itē si preses, vel iudex prouincie appellet doctorē legū fratrez suū venit puniēdus tex. in. l. ij. & . iij. de offi. diuersoꝝ iudi. & ōt alexand. in addi. ad Bar. in. d. l. ij. qđ ipm doctorē dz appellare patrē p illā. l. & dicit Fel. in rub. de magi. extra qđ quilibet magistratus dz doctorē ad se veniētē iuuitare ad sedēdū, nisi accederet sollicitatur⁹ cām ꝑpriam. l. j. C. de offici. iudi. lex tñ ipsos legū doctores vocat ꝓfessores, vt in ꝓhe. ff. oꝝ. circa finē Aliqñ lex vocat ipsos dominos. vt in. l. fm ibi dñi Vlpia. alias domitij, licet Bald. ibidē notet imꝑatorē magnū fecisse honorē Vlpia. ipsū vocādo dñm. C. de ɔen. & cōmi. stip. no. gl. in auc. habita. C. ne fi. pro. pa. super. x. verbo duo. itez lex aliqñ vocat ipsos amicos principis. d. l. secundū aliquando lex vocat ipsos parētes principis vel imperatoris. l. ex diui. ibi parētē meū. C. loc. Aliquando lex vocat ipsos doctores vt in. l. medicos. & . l. magistro. C. de ꝓfesso. & medi. li. x. dicit tñ Fran. de zaba. in cle. ij. de magi. qđ doctor appellat̄ decē modis. primo, antecessor. Secundo, magister. ff. de arbi. l. dicere. Tertio, dicitur doctor, vt in proe. Grego. & lib. vj. & . C. de professo. & medi. li. x. l. medicos. Quarto, professor. vt in auc. habita. C. ne fi. p pa. Quito, domin⁹ iuris. dicta auc. i fi. Sexto, preceptor. ff. de dā. infe. l. si in edibus. Septimo, sacerdos. ff. de iusti. & iu. l. j. Octauo, iurisperitus. C. de profes. q in vr. ɔstan. li. xij. l. j. nono, pater iuris. C. de excu. arg. l. j. lib. x. Decimo, celsior. C. de offi. diuer. iudi. l. ij. Sed dicit glo. regularum cancellarie apostolice in gl. prime partis regule Julij secundi, ꝙ in toto. ff. non ponit̄ hoc nomē doctor, nisi in. l. sed & reprobari. §. pen. & fi. ff. de excusa. tuto. communiter tamen doctores legū & iuris canonici, atqȝ medicine vocantur doctores. theologie autem & artium vocantur magistri, vt per Cosmā guymier in glo. prag. sac. in titu. de colla. ver. tertia pars. dicitur enim magister quasi maior in statione secundū gl. in cle. ij. de magi. & ibidem dicitur qđ hᷓ denominatio magister nemini debet fore molesta. cum Christus a discipulis suis sic vocaret̄. Joan. iij. Et ipse Christus hoc nomen acceptabat. Joan. xij. dicens. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. in locis tamen vltramontanis omnes doctores vocantur magistri. panor. in. c. j. in. ij. columna. in gl. in ver. magistro de magi. & vide tex. & ibi Panor. in. c. j. de loca. An appellatione magistroꝝ veniant doctores cuiuscunqȝ qualitatis. & ibi dicit qđ fz ethimologiā vocabuli possunt omnes, qui presunt exercitio alicuius discipline appellari magistri. vt in. l. quibus precipua. ff. de ver. sig. dicit̄ eniz magister a magistrando sicut & doctor a docēdo. tex. in proe. Grego. vbi papa omnes appellat doctores. vide bonā glo. in cle. ij. in ver. doctoratus ð magi. Et adduco bonū tex. in proe. ff. oꝝ. in. §. his igitur in ver. magistri legū. Et ibi glo. dicit. nota doctores dici magistros allega. ff. de arb. l. qualem. Concludo. In hoc attendendum esse communem vsum loquendi in loco per ea que habentur in. l. librorum in. §. quod tu cassius. ff. de lega. iij. & in. c. ex literis. ð spō. functa. l. labeo. ff. de suppel. lega. Habilitatus autem in aliqua facultate ad studendum potest ea legere & doctorari seu magistrari de quo per Joan. and. in regula cum qd de reg. iur. lib. vj. in mercu. Panor. in. c. j. de magi. Sed magister seu doctor debet habere aliqua vltra ea que dicit scholaribus. Ita dicit gl. in proe. ff. oꝝ in. §. his igitur in ver. peritia. Per illum tex. in ver. sit nobis aliqua amplius discipulorū peritia. Pro cuius gl. intellectu videatur And. de iser. in proe. feu.

¶ Paragraphus vigesimusprimus secunde partis.

¶ Item doctor dicitur fulgere. Nam per scientiam acquirit eternitatem & perpetuitatem in hoc seculo. Nam sicut splēdor firmamenti suis radijs illuminat totam terraz, ita vir literatus sua sciētia illuminat totū mundum. vt in auct. habita. C. ne fi. pro pa. facit tex. in. c. j. de reli. & ve. sanc. li. vj. Panor. in. c. sup specula. de magi. Dixit eniz doctores stelle in ꝑpetuas eternitates mansure, & splendor fulgens. c. ex eo. de elec. lib. vj.

¶ Paragraphus vigesimussecundus secunde partis.

¶ Item doctores possunt interpretari legem dubiam, & eoruz interpretatio est seruāda, si aperte non conuincitur de errore. Pro hoc facit quod habetur in. l. j. C. de profes. qui in vr. constan. lib. xij. in qua dicitur quod eis datur potestas legendi docendi & interpretādi. Vide glo. in. c. j. de postu. prela. & Bar. in. l. j. C. de legi. & . xj. q. j. c. sicut in. §. ex his per glo. tex. & ibi Panor. in. c. j. de decimis. Et doctorum probata regula a iure debet pro iure seruari. Panor. in. c. fi. de consag. & affi. Et dicit Pan. in. d. c. j. qđ ante doctoratum quis non potest magistraliter legere nec disputare. Et si in aliquibus vniuersitatibus detur hec potestas, videtur dari potius vt discant, q̄ȝ vt doceant.

¶ Paragraphus vigesimustertius secunde partis.

¶ Itē doctores magis amplū hñt priuilegiū, q̄ȝ adiscētes. Et docētes, q̄ȝdiu docuerunt, percipere dñt in absentia fructus suorū bñficiorū. Sz adiscētes p quinquēniū tm̄. Et est rō, q. J. quinquēniū bene studēdo presumit̄, qđ qs debeat eē ꝓuectus. Et presertim in theologia, vt hr̄ in. c. fi. ð magi. Et in iure ciuili. vt proe. ff. oꝝ. ibi & in quinti anni. Glo. in. c. cū ex eo. de elec. lib. vj. Vltra ergo illud tp̄s nō vr̄ excusandus a ꝑceptione fructuū ꝓp studiū. Sz doctor in docēdo semp ꝓmouet vtilitatē ecclesie vniuersalis Panor. in. c. sup spe. de magi. Nec dz scholaris publice facere suā repetitionē p scholas, aut legere, nisi petita & obtenta licētia doctorū. Et nemo dz legere seu repetere in scholis publicis licētia minime petita & obtēta. Panor. in. c. j. de magi.

¶ Paragraphus vigesimusquartus secunde partis.

¶ Itē iudex dz iudicare fm cōez opinionē doctoꝝ. Notant doctores in. c. j. de ɔsti. har. & doctores in. l. fi. C. de pēa iudi. cū multis iuribus. al's ipse iudex facit litē suā fm Bar. & Ang. ibidem. Nā p imperitiā presumeret̄ iudicare, q adhereret singulari opi. relicta cōi, put dicit Bal. in rub. C. de pena iudi. Sz si ille, qui iudicauit, habuit doctorē tenētē illā opinionē, ꝑ qua iudicauit, licet talis opinio sit iniqua, excusatur. Panor. in. c. j. in. vj. col. ver. sed vide de postu. prelat. & in. c. cū beatissimus. xxiij. q. j. Sz Bologninus in repetitione auct. habita. C. ne fi. pro pa. Dicit illud ꝓcedere si ille doctor erat homo peritus, doctus, & solēnis. Secus aūt si erat vna vacheta, dicēs ista forte verba Bal. in. l. filiū quē. C. fami. hercis. & de hoc ē gl. in. d. c. cū beatissim⁹. xxiij. q. j. vbi cauet̄ qđ Cassius opinionē magistri sui bene defendebat fm Thoferra. in suis cautelis. in cautela. xxxj. vbi de hoc mare plenū.

¶ Paragraphus vigesimusquintus secunde partis.

¶ Item hñt docto. priuilegiū vt Faber impediens doctorē ne legat, vel studeat pp maleationē pt̄ expelli a vicinia. vt no. gl. & docto. in. l. j. ff. solu. ma. Bar. & Alex. de imo. in addi. ad Bar. in. l. j. C. de stu. li. vr. ro. lib. xj. & rō est fm ipsuz Alex. qr interest reipu. hr̄e iurisperitos. vt in proe. insti. in fi. Idē ēt in scholare hñte aliū scholarē prope camerā pp cuius strepitū nō pōt studere Ant. de bu. in. c. inter dilectos. de fi. instru. Ipse enim pōt expelli. Spec. in ti. de iudi. §. ɔnāli. Et primus poterit expellere vltimū. vt no. i. l. j. C. de stu. li. vr. Ro. lib. xj. Idē si vnus ita alte legit, qđ impedit aliū studere, pōt cōpelli vtili actione ꝓ socio, vt ab hoc desistat. Nō pōt vnus inuito alio retinere meretrices in domo. gl. in. l. nō aliter. ff. de vsu & habi. Idē si sit rixosus, vel scādalosus. l. si conueniunt. ff. ꝓ socio. tex. in. c. ex literis. de ɔsti. Et he cāe pñt tractari

tempore

tempore feriato & tempore messium fm Host. in c. significauerunt. extra de iudi, vt refert Ang. de cla. in sua summa in ver. loca. §. nono. & spe. in titu. de ferijs. §. j. & a sententia lata sup ista expulsione non potest appellari, fm Bald. singu. in. l. j. C. si de mo. pos. fu. appel. & istud dictũ Bal. refert Alex. in. d. l. j. vbi q̃rit. qd de doctore legente, si scolares vociferant, an dimittere possit suaz lecturam, & dicit qd non, vt est secundum ipsum gl. singularis in. c. scimus. xlij. di. ff. sol. mat. l. j. Fely. in. c. fi. de iudi. Nico. boerij in suo consilio. i. incip. si quis animo iniuriandi, Alexã. in addi. ad Bar. in. l. j. C. de stu. li. vr. Ro. lib. xj. vide And. de po. in addi. ad Panormi. in capi. inter dilectos. de fide instrumen. Lud. roma. in. d. l. i. ff. sol. mat.

¶ Paragraphus vigesimussextus secunde partis.

¶ Item habẽt doctores priuilegiũ. Quod lz nemo vendere rem suam cogat. vt in. l. nec emere. C. de ẑhen. emp. & vendi. & in. l. sicut ab initio. C. de actio. cũ multis alijs iuribus hoc tamenfallit in isto casu vez, si qs habuerit locũ aptũ ad scholas, cogitur ipsuz vendere. istud fuit singulariter dictũ do. Bar. cepole in suo trac. de serui. vr. predio. in titu. de sepul. ij. col. Jo. de platea in. l. j. C. d stu. li. vr. Ro. lib. xj. circa finem. ratio est propter publicam vtilitatem pp quam quis rem suam vendere cogit. & interest reipublice habere iurisperitos, vt notatur in proe. insti. circa fi.

¶ Paragraphus vigesimusseptimus secunde partis.

¶ Itẽ ẽt qs cogitur locare edes doctori edes nõ habenti, Gui. de cune. in. l. decernimus. C. de epi. & cle. Bal. & Ang. in. l. j. ff. so lu. ma. refert Alex. in. l. j. C. de digni. lib. xij.

¶ Paragraphus vigesimusoctauus scde partis.

¶ Item doctor docens ius ciuile non potest vocari ad tutelam. vt. l. reprobari. §. j. ff. de excu. tuto.

¶ Paragraphus vigesimusnonus secunde partis.

¶ Item doctores sunt ciues loci, in quo legunt. Bar. in. l. municipes. §. fi. ff. ad municipales.

¶ Paragraphus trigesimus secunde partis.

¶ Item doctores sunt nobiles. Bar. in. l. iudices. C. de digni. li. xij. & dicuntur habere nobilitatẽ Bar. in proe. codi. doctores. n. efficiuntur comites, & illustres, si legerint per. xx. annos. l. vnica. C. de pfesso. q in vr. constan. li. xij. Barto. in. l. alexandrinus. C. de decur. libro. x.

¶ Paragraphus trigesimusprimus secunde partis.

¶ Itẽ doctores sunt egregie persone. & ideo gaudent priuileg. l. ad personas egregias. ff. de iureiur. fm glo. ibi positam. Que ẽt glo. dicit qd familiares doctoꝝ ẽt gaudẽt dicto priuilegio. d hoc ibi plene p Jasonẽ, & alios doctores.

¶ Paragraphus trigesimussecundus secunde partis.

¶ Item habent doctores priuilegium imunitatis, Bar. in. l. medicos. C. de pfesso. & medi. lib. x. & non tenent soluere gabellas, fm Bal. in auc. habita. C. ne si. pro pa.

Paragraphus trigesimustertius secunde partis.

¶ Item doctores nõ possunt capi pro represalijs, vt tz Bal. vbi supra, nec euntes ad ipsos visitandos. Quodqz socij ipsoꝝ istis gaudent priuilegijs, fm Bal. in addi. ad Spe. in titu. de magi. & ẽt eoꝝ vxores, & filij, & stantes in eoꝝ serui. ipsis doc. viuen. Jo. d pla. in pred. l. medicos. C. de pfes. & medi. lib. x.

¶ Paragraphus trigesimusquartus scde partis.

¶ Item extrahens doctorẽ a sua domo punit pena capitis, fm Alex. in addi. ad Bar. in. l. j. C. de digni. lib. xij. domus enim sua cuilibet est tutissi. refugiũ. l. plerizqz. ff. de in ius vocã. & ideo nemo de domo sua potest extrahi, p d̃bito ciuili, Bal. in. c. duo fratres. de duobus fratribus in vsib. feud. Plenius p Tho. ferra. in suis cautelis cautela. xxij. incip. solẽnis doctor Bar. cep. Ista tñ regula singulariter limitatur, nisi domus, in qua quis esset, minaretur ruinã. c. & gl. ipsa pietas. xxij. q. iij. Fely. in. c. contingit. ij. col. extra de senten. excõ. Hipo. de mar. in suis singu. sin. cxxxix. incip. tu audiuisti. Itẽ põt extrahi, vt acceptet offi. l. ex oibus. C. de decu. lib. x. Jason de may. in. d. l. pleriqz.

¶ Paragraphus trigesimusqntus secunde partis.

¶ Item doctores habent iuris. ordinarium in scholares. Bal. & Salyce. in aucten. habita. C. ne fi. pro pa. & ipsi doctori de peritia sui scholaris credendũ est. Alex. in addi. ad Bar. in. l. j. C. de digni. li. xij. per tex. in. l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi. Et de vita ipsius scholaris etiam credendum est eidem doctori, p tex. in. c. j. xij. q. j. iuncta gl. Et sic potest esse doctor testis in cã sui scholaris, & de licẽtia sibi data gl. est in. d. l. nemini. C. de adduo. diuer. iu. & c. oẽs. xj. q. j. vbi gl. vr̃ dicere. qd doctor potest de scia & moribus scholaris testificari. Sed si scholaris, qui debet intrare examen, habeat aliquem docto. sibi suspectum ex legitima cã potest illum recusare, quia doctores ibi sunt vt testes, vt notat Barto. in pe. ff. veteris. & Panormi. in. c. proposuisti. de probatio. Testes autem debent esse sine suspitione, vt notatur in. c. in literis de testi. Panormi. in. c. causam que de officio delega. Sunt tamen aliq doctores, qui pecunia data sibi acquirunt scolares. contra quos est solẽnis glo. in. §. Sed si quis insti. de suspec. tuto. & quasi simoniam committunt. facit. l. prima. ff. de offi. prefec. vr. iuncta glos. sua contra quos etiam facit doctrina Bar. in. l. prima. C. de stu. lib. vr. Ro. lib. xi. vbi reprehendit doctores, qui faciunt intrare scholas famulos scholarium, & alios reuera non studentes, ad hoc vt videantur in maiori numero. facit etiam contra eos notabile dictum Anto. corseti in suis singu. in ver. doctor. dicens qd doctor ex mutuo quod facit schola. committit vsuram, si contemplatione mutui ipse scholaris secum intrat scolas, alias nõ intraturus. Si etiam ex tali introitu aliquam vtilitatem percipit doctor, vt puta si propter augmentationem fame augmentaretur sibi salarium, refert Panor. in. c. i. de depo. Sed scholaris nõ potest se obligare ad intrandum sub certo doctore. Nã videtur turpis promissio. cũ multũ valeat affectio doctoꝝ, & modus tradendi, vnde facilius data ẽt equalitate scientie, quis pficiat magis sub vno q̃ sub alio, facit. l. j. §. proinde. ff. de va. & extraor. cog. & Panor. in. c. ij. de magi.

¶ Paragraphus trigesimussextus secunde partis.

¶ Item doctor in acquisitis ex scientia dicitur habere ius quasi castrẽ. peculij, & ideo non tenet illa cõicare suis fratribus. Bart. in. l. fi. C. de filẽ. li. xij. Idem si doctori tãq̃ benemerito pater aliquid donauerit, seu lagauerit, non tenet ille doctor illud conferre fratribus. panor. in. c. raynutius. de testi. qd not. pro limitatione auc. ex testa. C. de collatio.

¶ Paragraphus trigesimusseptimus secũde partis.

¶ Item doctor non tenetur vltra q̃ facere potest secunduz Alexand. in additio. ad Barto. in. l. i. C. de digni. lib. xij. allegat glo. in. l. miles. ff. de re iudi.

¶ Paragraphus trigesimusoctauus secunde partis.

¶ Quibus autem priuilegijs gaudeant doctores legum, vide ange. de are. in. §. item rome. insti. de excu. tuto. & decem priuilegia doctorum huiusmodi declarat fran. de zaba. in cle. ij. de magi. q. iij. Primo, qz excusant a muneribus ẽt realibus. Secũdo, quia ad iudiciũ inuiti trahi nõ debẽt. Tertio, qz iurisdi. habẽt in suos scholares. Quarto, qz cum scribitur doctori p presides nõ frater, sed pater vocandus est. Quinto, qz doctori nõ dz vetari igressus in curiam principis. Sed debet admitti ẽt ad secreta iudicũ. Sexto, qz eius solius testi. creditur super peritia discipuli sui, & ẽt super vita. Septimo, qz vehiculo põt vti in vrbe, in qua est imperator. Octauo qz ex quo per. xx. annos legit equiparatur duci & comiti. Nono, qz contra exercẽtes Ludos noxios est executor, vt in proe. ffoꝝ. §. j. Decimo, qz eius interpretatio est pbabilis, & ei statur nisi obuiet iuri. Addunt aliqui. xj. priuilegium, qz habẽs pro se opinionem doctoris releuatur ab expeñ. etiam si succubuerit in cã. no. Spe. in tit. de expeñ. §. nunc videndum.

¶ Paragraphus trigesimusnonus secunde partis.

¶ De priuilegijs autẽ ipsorum doctorum, vide que do. Stephanus guillonis legum doctor presidens cõsilij Delphinalis dix t i quadã ppositione quã fecit que incipit. & non erit apud te acceptio psonaꝝ. vbi ponit sexdecim progatiuas docto. put hec recitat Guido pa. in suis decisionibus delphinalibus. q. lxxxviij.

¶ Paragraphus quadragesimus secunde partis.

¶ Sunt tamen multe alie prerogatiue doctoruz, quas superius in hac secunda parte annotaui.

¶ Qualiter ergo sit laudandus, & cõmendãdus doctor, vide specu. in tit. de aduocato. §. hic. dicendũ. versi. cõmendet. dz eniz cõmendari de recta fide. Secundo, de singulari industria. Tertio, d moribus, & summa probitate. Quarto, de honestate, & castitate. Quinto, de dei timore, & reuerẽtia. Sexto, de mãsuetudine, benignitate, & misericordia. Septimo, de patientia. Octauo, de humilitate. Nono, de prudentia, & sapientia. Decimo, de diligẽtia. Undecimo, de iustitia. Duodecimo, de equitate.

FINIS

Tertia pars de doctorum precedentia, per duodecim questiones distincta.

¶ Questio prima tertie partis

Visuz est superius in parte scda de priuilegijs doctoꝝ, ꝛ immunitatibus eorūdē. Nūc videre restat in hac tertia parte, qs debeat pcedere inter ipsos. Qd primo qro. Ad qd rñdet̃ fm Panor. in. c. clerici. de iudi. ꝛ fm Angelū de clauasio in sua summa ver. doc. §. fi. ꝙ theologus oēs alios pcedere dꝫ ēt in bñficijs ꝛ dignitatibus obtinendis, et maxime vbi pullulant hereses, vel locus est vicinus hereticis. Secus si versaret̃ causaꝝ ventilatio, qꝛ pferendus eēt iurista. Cū sciētia iuris maxime canonici ad regimē ecclesie magis sit necessaria. Panor. in. c. j. de ɔsan. ꝛ affi. Idē Pan. in. c. lꝫ de pbē. ꝛ digni. Facit i argu. c. in causis, de ele. iūcto. c. sup spec. de magi. vide roma. cōsi. cccxxxiij. Et vt dicit idē Pan. in. d. c. clerici. de iudi. theologus dꝫ pcedere, qꝛ hꝫ subiectū nobilius, qꝛ principalis sermo est de deo. Sicut in simili dicimus, qd tāto qs melior est, quāto melioribus preest, vt in auct. de defen. ciui. C. post theologū, Canonista dꝫ pcedere legistā, ēt si sit canonista laicus qꝛ qlibet sciētia dr̃ nobilior, quāto subiectū illius sciētie est nobilius. Sꝫ subiectū canonice sciētie est nobilius q̄ subiectū ciuilis sciētie, qꝛ subiectū in ciuili sciētia est homo dirigibilis simpliciter in bonū cōmune, sed subiectū in canonica sciētia est homo dirigibilis nō solū simpliciter in bonū cōmune, sꝫ ēt i deū fm sacras regulas, vt p Jo. an. in regula peccatū de regu. iur. li. vj. Et ideo doctor decretoꝝ debet pceder̄ doctorē legū. Sꝫ doctor vtriusqꝫ iuris dꝫ pcedere doctorē decretoꝝ, qꝛ duo vincula vincunt vnū vt no. in. c. j. de treg. ꝛ pa. l. cū in adoptiuis. C. de adop. Et i auc. post fratres. C. de leg. her. Secus dicit Pet. de ancha. in. c. j. de paro. in illo q satis mediocriter studuit in vna, et assumpsit postea gradū doctoratus cā honoris in alia prorsus sibi incognita, vt multi sunt legiste, q doctorant̃ in canonibus, q prorsus ignorant iura canonica, sꝫ ēt modū pcedēdi in decretis, ꝛ quod deterius est ēt ipsas regulas decretaliū ignotas habent. Tunc enim debet precedere habēs vnū gradū in altiori sciētia pfulgēs. Ita no. Pan. in. d. c. clerici, de iudi. ar. in. l. nemo. C. de offi. magi.

¶ Doctor aūt legū debet precedere doctorē medicine ꝛ artiū. Qꝛ scientia legū est nobilior rōne subiecti maxime in medicina, cuius subiectuꝫ est homo egrotus, vt tꝫ Pan. in. d. c. clerici. de iudi. Itē leges sunt sacratissime, ꝛ ab imperatore q dñs est totius orbis ita appellant̃, vt. l. leges sacratissime. C. de le. Et ideo scientia legum est preferenda. Et vt dic t singulariter Hosti. in proe. sue summe, aduocati, ꝛ iudices, qui doctores dicuntur, legibus iuris communis vtentes, prout facere tenentur, meliorem vitam ducunt, quam fratres predicatores.

¶ Questio secunda tertie partis.

¶ Quero vtrū vxor doctoris lꝫ nō sit nobilis ex pte parentū debeat pcedere alias domicellas nō tñ illustres vcꝫ incedēdo, sedēdo in ecclesia, ꝛ in offertorio, ꝛ pace accipiēda. Et vr̃ prima frōte qd nō, qꝛ q antiqor est de domo hꝫ pgatiuā. Bar. in tractatu de Tyrāno. Itē maioritas loci denotat prioritatē dignitatis, vt. c. antiq. Et ibi Pan. de puile. ꝛ. c. j. ꝛ. c. statuimus, ꝛ vtrobiqꝫ p Pan. ꝛ Fel. d ma. ꝛ obe. ꝛ Car. alc. i. §. huic, ꝛ. c. vlt. xvij. dist.

¶ Cōtrariū tñ decidit̃, qꝛ femine coruscant radijs maritoꝝ. l. femine. ff. de sena. iūcta. l. femine. C. de digni. lib. xij. vbi dicit imperator sic. Mulieres honore maritoꝝ erigimus gñe nobilitamus ꝛc. Et gaudēt puilegio maritoꝝ ēt post mortē eorūdē, dūmodo minori nō nupserint. l. cū tu. C. de nup. ꝛ. l. si tā anguste. ff. de leg. ij. Reuerētia. n. q debet̃ viro, debet̃ vxori. l. j. C. de in ius voc. Et q facit honorē vxori, facit honorē marito. Et ēꝫ q facit iniuriaꝫ vxori, facit ꝛ iniu. marito. insti. de iniu. §. patit̃ fm glo. Sꝫ doctores hñt dignitatē, ꝛ sunt i dignitate ɔstituti vt pbat̃ in. c. q̄ro de magi. ibi ꝛ dignitatē assumūt ꝛc. Hoc idē sentit Bart. in. l. fi. C. de iudeis, ꝛ i. l. oēs la tertia. C. de decu. li. x. Et p eūdē i. pe. ffoꝝ. Sic qd ipñ doctores eqpollent militib⁹. Bar. Bal. ꝛ Jas. in. j. ɔsti. C. ꝛ in. pe. ffoꝝ. ꝛ debēt pcedere milites q nō hñt dignitatē, sicut ꝛ ipsi doctores, vt notat̃ p doctores in. §. j. pe. isti. e. l. fi. C. q mili. pos. lib. xij. Et allego do. Signo. de Medio. in cōcilio in noie dñi amē. Utrū doctor in signū honoris ꝛc. ꝛ. l. in ciuilibus. C. de offi. vi. ꝛ. l. fi. C. de testa. mili. Itē ipsi doctores sunt egregie psone ꝛ gaudent puilegio legis ad egregias. ff. de iureiu. fm gl. ibi posita ꝛ ibi plene p Jaso. Itē ipsi doctores sunt nobiles. bar. in. l. iudices. C. de digni. li. xij. ꝛ qd plus est efficiunt̃ comites ꝛ illustres si p. xx. annos legerint. l. quoties. C. de pfesso. q in vr. cōstan. lib. xij. Itē ipsi doctores portant deauraturā i signū militie, ꝛ nobilitatis, qd nō faciunt plebei, ꝛ sic distingunt̃ a plebeis.

¶ Et cū vxor sit pars corporis mariti ꝛ efficiant̃ vna caro, sic ꝙ ad ipaira nō debēt iudicari. c. gaudeamus, de diuor. ideo vxor doctoris vocat̃ dña, vt tꝫ gl. in. l. medicos. C. de pfes. ꝛ medi. li. x. nō ex administratione negotioꝝ domus, vt Burgēses ipseꝫ, sꝫ ex puilegio mariti. Et lꝫ ipsa nō sit nobilis ex pte parentū, tamē dꝫ pcedere domicellas nō illustres ex causis supradictis. Et notāter posui hāc q̄stionē, p quodā mercatore pannoꝝ de Cadomo, q despōsauerat quandā domicellā, que quidē domicella volebat pcedere vxorē cuiusdā doctoris legū vniuersitatis Cadomen. ex eo forsitā qd ipsa vxor doctoris nō erat nobilis ex parte parētū. Sꝫ nō obtinuit ipse mercator, qꝛ nō erat in hoc apparētia, ex quo ipa domicella nupserat plebeio mercatori, q qdē mercator videbat̃ irradiari velle radijs vxoris sue, ɔ̄ tex. predicte legis femine de Sena. ff. qꝛ honor vxoris nō ascēdit ad viꝝ, immo eɔ̄. l. mulieres. C. de digni. lib. xij. ꝛ. C. de inco. l. mulieres. Itē ipe doctor erat nobilis ex vtroqꝫ parēte, ꝛ sic in eo erant duo vincula, vnuꝫ rōne nobilitatis gñis, alteruꝫ rōne sciētie, ꝛ gradus doctoratus. Et duo vincula vincunt vnū, vt notat̃ in. c. j. de treug. ꝛ pace, ꝛ. l. cū in adoptiuis. C. de adop. ꝛ in auc. post fratres. C. de legi. heredi. Sꝫ ipse mercator nullū habebat de illis duobus vinculis. Quare ꝛc. Multū. n. differt doctor a plebeio. Nec diuitie, aut serica pāna, seu Tunice sericee, ꝛ ornamēta capitis nobilitatē faciunt, sed p sciētiā qs efficit̃ nobilis, vt tenent Cyn. bal. ꝛ salice. in. l. puidēdū. C. de postu. Et literate psone eqparantur nobilibus. c. de multa. de pbend. glo. in. l. societas. ff. p socio. Et ideo doctor, q est literata psona, est nobilis, vt notāt Bar. Joā. de pla. ꝛ Lud. de pēna. in. l. iudices. C. de digni. lib. xij. Barb. in c. proposuisti de pbatio. Feli. in rub. de magi. Et cū nobilitas sit quadruplex. Tñ ad duo genera refert̃. s. generis, ꝛ virtutis, seu sciētie. Sꝫ nobilitas virtutū pferēda est nobilitati generis, scdm Bal. in. c. pen. de pba. And. barba. in. l. is cui. Uñ inqt Cicero ad Salustiū. Sanctius est me meis gestis florere q̄ maioꝝ opinione niti, et ita viuere, vt sim posteris meis nobilitatis initiuꝫ ꝛ virtutis exēplū. Et ad hoc allegat̃. l. si qd bello iūcta glo. de capti. ꝛ. l. iij. in fi. ff. de interdi. ꝛ rele. Et p elucidatione q̄stionis predicte recitat Nicolaus boerij in ɔsuetudinario Bituricen. de iusta. pso. §. vj. quandā questionem, quā facit Jo. fab. in. §. aliā vero. insti. de bono. posses. q sepissime inter vxores duoꝝ nobilium ɔtingit. Quaꝝ vna tanq̄ nobilior vult prima sedere in ecclesia, offerre, ac pacē hr̃e. Alia vo se pferri ɔtēdit. Nobilior petit inhiberi minus nobili, q̄ forte p illo tūc ditior est, ne prima sedeat, vel offerat, nec pma pacē habeat. Decidit Joan. fab. Quē sequitur ibi Ang. are. qd nobilior pōt agere, vt minor cedat in sedendo ꝛ incedēdo ac alijs. vt. c. j. de mai. ꝛ obe. ꝛ. l. j. ꝛ. ij. C. vt digni. or. seruet̃. lib. xij. vbi dicit Joā. de pla. in. d. l. fi. Tali sede sede ne dicā surge recede. Et sic cū eēt solū q̄stio supra prius posita inter doctorem ꝛ plebeium, ꝛ nō inter nobiles licite ꝛ plusq̄ iuridice potuit ipse doctor procurare eundem mercatorem pannorum ꝛ dictam domicellam eius vxorem, si domicella dici mereatur, inhiberi, ne ipsa vxor mercatoris pānoꝝ prima icederet, aut offerret in ecclesia ante vxorē dicti doctoris ponēdo iterdictū seu gagiplegiū fm ɔsuetudinē pñie, ꝛ put iuris erat. Qꝛ doctor dꝫ preferri ꝛ i altiori loco sedere, vt dicit Bal. i. l. obseruare. §. anteq̄. ff. de offi. pconsu. ꝛ lega. Pro quo facit qd notat Inno. quē sequtur Fel. in. d. c. j. de maio. ꝛ obed. col. ij. ver. demū. ꝙ ille, qui erit nobilior, intelligit̃ superior, hoc idē tenet Bal. in. c. j. de pace cōstan. ver. ego. ꝛ in rub. p socio in prin. Et pōt in tali casu agi de pcedentia honoris ēt actione iniuriaꝝ, ꝛ resistere de facto manu armata. Bal. i dicta. l. obseruare. §. anteq̄. Qꝛ nemo tenet̃ iniuriam pati, vel parui pensionē pprij honoris. c. nolo. iiij. qd. j. vbi dicitur crudelis est qui famē negligit, ꝛ maxime fm eundē Bal. si sit in quasi possessione. Et sic ipse doctor repellendo eandē domicellam, ne precederet suam vxorem, bene, ꝛ optime fecit.

¶ Item doctoris filius est ceteris paribus alijs preferendus. l. nemini. C. de aduo. diuer. iud. Et ibi no. per Bar. ꝛ Bal. ꝛ glo. in. l. iubemus. C. de aduo. diuersorum iudicum.

¶ Questio tertia tertie partis.

¶ Quero vtrum doctor, qui est de meliori sanguine, debeat precedere alium doctorem etiam primo doctoratum. Rñdetur, quod sic. Bal. in. l. ne. C. de aduo. diuer. iudi.

¶ Questio quarta tertie partis.

¶ Quero vtrū ille, q est doctor, ꝛ scdo factus eps debeat pcedere primo factū epm nō doctoratū. Rñdet̃ qd sic. ita tꝫ Do. in. c. placuit. xvj. dist. ꝛ mouetur per glo. ibidem, que dicit, ꝙ nō attēditur

dicitur prioritas tpis, sz maioritas auctoritatis. Facit dictū arch. in.c.qm̄.ead.dist. vbi dicit qd, q est maior auctoritate pcedit, lz sit scdo receptus. Et canonicus, q est nobilis, vel doctor, dz pcedere canonicū pus receptū nō talē, vt not.do.car.d.c.eps, ⁊ ibi adducit alia mlta ad h. Tn̄ nō obseruat nec vidi hoc obseruare.

¶ Questio quinta tertie partis.

¶ Quero vtrū doctor impialis vel papalis pcedat doctorē factū p collegium doctorum in vniuersitate existētium. Respōdet qd nō. Lud.in.l.si vxo.§.de viro in.x.fallē.ff.sol.mat.⁊ Maria.i repeti.c.qualiter ⁊ qñ el.ij.de accusa. Tamē si tales doctores papales, vel imperiales doctorarent, cū rigore examinis pferrent doctoribus creatis p collegiū, vt not.Fel.in.c.cleri.in fi.de iudi. qd nō paterent doctores collegij vtriusqz iur.vniuer. Cadomē.

¶ Questio sexta tertie partis.

¶ Quero vtrū doctores debeāt pcedere milites, ⁊ rñdet qd sic, vt notant doctores in.§.j.proe.insti. Nāqz aduocati militāt.l.aduo.C.de aduo.diuer.iudi. Et milites dñt eē rex defensores. Nō aūt dñi ab hostibus.C.d captiu.⁊ postli.reuer.el.ij. Et doctor dr hre dignitatē, vt.s̄.dixi. Nō aūt miles.l.fi.C.q mili.pos.libr.xij. Lz fatui milites nr̄i tpis sapiētibus dominent, vt dicit Jo.fa.in d.§.j. Sz Feli.in.c.quāto.de magi. dat singularē ɔclusionem q miles in actibus militaribus preferr doctori. Et in actibus doctoralibus doctor militi. In pmiscuis vero doctor dz pcedē militē allegat Bar.in proe.ffo.in fin. Et allego domi. Signo.de Mediolano in ɔsilio in noie dñi amē. vtrum doctor in signum honoris ⁊c.⁊.l.in ciuilibus.C.de offic.vic.⁊.l.fi.C.de testa.mili.

¶ Questio septima tertie partis.

¶ Quero nōne doctores debeāt pponi scholarib⁹. Et nulli dubiū respondet qd sic, ar.l.xj.d.c.j.quid proderit, ⁊.c.statuimus, ⁊ c.nec emeritis. Sz dicit Sali.in.l.puidēdū.C.de postu.qd doc. sciētia excellētior lz in doctoratu iunior debet doctori antiquiori minus sciēti anteferri. Dicit tn̄ hec verba. Bar.in.l.fi.C.de tyro.lib.xij. Nota ɔtra iuuenes doctores, qui volunt celsiorē locū obtinere, ⁊ omnibus anteire, quoniam nō possunt. Qz tātū illis ɔceditur doctoribus quibus laborum assiduitas ⁊ stipēdiorum plixitas suffragat. Et etiā deferendum est senectuti.l.semper.ff. de iure imu.⁊ dicit Bal.in.l.seniū.C.q testa.facere pos.qd senis verba plus faciūt, ⁊ opant, q̄ ensis iuuenis. Feli.in.c.j.de renū. dicit qd plus operat vmbra senis, q̄ ensis iuuenis. Tex. eiusdē c.satis innuit dū dr, tutius fuit hoc tēpore sed cōmissa tibi ecclesia sub vmbra tui nois gubernet q̄ si alteri noue icogniteqz psone gubernāda in tāto discrimine cōmittat. Sed si doctor ē sufficiens quoad sciētiā, sed est criminosus. Tūc nō scholaribus honeste viuētibus pponēdis.ar.c.itelleximus, extra de eta.⁊ qua. ordi. Reatus.n.oēm honorē excludit.C.vbi sena.vel cla.l.j.⁊ dicit mores ornāt sciētiā, ⁊ mores pferūt sciētie.xxxvij.dist.c. sedulo.⁊.l.magi.C.de pfesso.⁊ medi.lib.x.vbi cauet, qd doctores debēt pcedere scholares, ⁊ pcellere moribus, al's dignitate priuantur, fm Ale.in addi.ad Bar.in.d.l.j. Et si scholares ēt inboneste viuant, nō dñt gaudere priuilegio scholariū.C.de decu.l.p id tēpus al's incipit agēres.lib.xij. Panor.in.c.j.in fi.extra de iudi. Sed dixerunt Panor.⁊ Franc.de are.in.c.cleri.de iudi. qd doctor antiquior, qui non debet preferri iuueni legenti.de hoc p Feli.in.c.quanto de magi.⁊ in rub.de maio.⁊ obe.qd intēdebat praticare in hac vniuersitate Cado.quidam doctor iuuenis, si superuixisset, sed de medio sublatus iusto dei iudicio.

¶ Questio octaua tertie partis.

¶ Quero vtrū doctor nobilis gñe, ⁊ sciētia debeat pcedere nobilē sciētia tm̄. Et rñdet qd sic, fm Sali.in.l.furiosi.C.de nupti. Lz magis comēdādus est is, q ex pauperibus parētibus ortus virtutibus se dedicauit, q̄ q ex nobili pgenie ortū habuit. Rationē assignat Pan.in.c.venerabilis, de pbē. Qz nobilis habuit exēplar nobile suo, ⁊ occasionē maximā, vt esset virtuosus. Sz ex pauperib⁹ natus est solius dei virtute mirabilis, tex. expssus in.c.nunq̄.lvj.dist. Vn̄ Cice.i inuectiua ɔ̄ Salustiū. Sanctius est me meis fulgere moribus, q̄ maiorū opinione niti, vt sim posteris meis nobilitatis initium, ⁊ virtutis exemplum. Et ɔtra eūdē Salustium iterum dixit. Quod deficit in te, incipit in me, ⁊c.

¶ Questio nona tertie partis.

¶ Quero vtrū doctor ignobilis sciētificus pferat doctori nobili iperito. Rñdet qd sic. Fel.in rub.de magi.⁊ in rub.de maio.⁊ obe. Secus si sint ambo equales in scientia, qz sic prefertur nobilis genere ⁊ scientia. Quia duo vincula potentiora sunt vno.c.j. de treu.⁊ pa.⁊.§.affinitatis, insti.de nap.auct.itaqz.C.cōmu.de success. Notat Bal.in.l.nemini.C.de aduo.diuer.in Quod refert Barb.in extraua.Feder.ij.c.volentes, ⁊ in.c.j.de dona.⁊

dicit Azo.in pe.instit.qd sciētia ciuilis facit eius pfessores per orbē terra solēniter principari, ⁊ sedere in aula imperatorum.

¶ Questio decima tertie partis.

¶ Quero vtrū doctoratus ab impatore pcedat doctoratū ab inferioribus, quāuis prius. Lud.in.l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri.dicit qd sic. Sed istud limitat Fel.in.c.per tuas.extra de ma.⁊ obe.dūmodo ille doctoratus ab impatore fuerit creatus cū rigore examinis. Secus si per simplex verbū est doctor, vt cōmuniter fit, ⁊ de istis creatis sine examine loquit Bar.i.l.pfessores .C.de profes.⁊ medi.lib.x.dicēs qd presumunt parue doctrine. Limitatur secūdo, dūmodo imperator non creet istos in terris ecclesie. Nam si hoc fecerit nō valet actus, vt notat Petrus de anchara.consilio.iij.⁊.xvj. Tertio limitatur, nisi creauerit doctorē in iure canonico, vel theolo. Quo casu nō valet actus. Et ista sunt verba ipsius Feli.in.c.per tuas, de maiori.⁊ obed.

¶ Questio vndecima tertie partis.

¶ Quero qua pena sit puniēdus doctor iunior locū occupans senioris. Dico qd debet poni in loco viliori ⁊ priuari loco assumpto. Casus est singularis in.c.precipimus.lxij.di.qd not. refert Lud.ro.in suis singu.singulari.cccxcj.

¶ Questio duodecima tertie partis.

¶ Quero vtrū antiqor licētiatus debeat pferri in regētia ⁊ honore doctorali iuniori licētiato, etiā si ipse iunior licētiatus forte ob honorē cappe rectorialis, quā tunc habebat, cū fuerint in eadē cathedra ad sustinēdū gradū doctoratus, primo fuerit pnuntiatus doctor, vt tpib⁹ nr̄is iter aliquos euenit. ⁊ rñdet q sic, qz q prior est tpe potior est in iure p reg.iur.q prior.de reg.iur.lib. vj.⁊.ff.eo.ti.l.quoties, qz tm̄ illis doctoribus ɔcedit anteire, qui b⁹ labo assiduitas ⁊ stipēdio plixitas suffragat, ⁊.l.tyrones .C.de tyro.lib.xj.vbi clare p Bar.Jo.de pla.⁊ ceteros docto. indistincte. Cōcor.ff.de albo scribē.l.j.vbi ad hoc est tex. rotundus, vcz q antiqores ceteris paribus semp sunt pponēdi. ⁊ ibi Bar.Bal.de imo.⁊ ceteri doc.iuris ciuilis, ⁊.l.j.C.de ɔsu.lib. xij.facit.l.fi C.de offi.pfec.vr.⁊.l.rescri.de mu.⁊ hono.ff.hoc ēt tāgit do.Jaso.in.l.cū qd, si cer.peta.ff.⁊.l.j.C.de prin.agē.in re. lib.xij.vbi in scdo notabili dicit Jo.de platea. Noto scdo iūcta glo.in ver.principatus qd labore ⁊ nō suffragio ɔuenit honores ⁊ dignitates acqrere, ⁊ de agen.in re.C.l.agētes.§.exceptis, ⁊ d pri.sacro scri.lib.xij.l.vnicuiqz.ver.sic.nisi forte.vbi dñt docto. qd ad honoris augmētū nō ambitione, sz labore vnumquēqz cōuenit deuenire.l.cōra publicam C.de re mili.lib.xij.⁊ de offi.magi.l.ij.⁊ tyro.l.fi.cū ɔcor.ibi alleg.⁊.l.vniuersi.de legi C.vbi dicit Jo.de pla.in suo tertio notabili, qd remunerādus est labor ⁊ sudor cuiuscunqz virtuose operātis, ⁊ in republi.auxiliū afferentis. Datur enim ei palma laboris ⁊ meriti. Non enim dz esse labor sine pmio, vt in auc.de iudi.§.ne aūt labor.col.vj.⁊ in cano. xij.q.ij.i.c.charitatē. Justū nāqz est, vt illi ɔsequant stipēdiū, qui p tpe suū cōmodare reperiunt obsequiū. Ad pmissa aūt faciūt notata p Ang.insti.de actio.§.quedā actiōes, vbi est questio in terminis. Si aliquis fuerit licētiatus in anno.xviij.⁊ deinde aliqs alius fuerit licē.in anno.xx.postea effectus doctor ante illum q fuerat licen.in anno.xviij. Si ille q licentiatus fuerat in anno. xviij.postea se pmoueat ad doctoratū pcedet illū licētiatū in.xx. anno.q sic fuerat doctor an̄ ipsum, et hoc ēt tz glo.reg.cācellarie pape Julij scdi, in.iij.pte.j.reg. Jaso.in.l.cū qd si cer.peta.in.iij. col.vbi etiam allega. Ludo.de ro.in suo consil.cccxxxij.faciunt etiam not.per Bart.in.l.j.ff.de obseq ⁊ qd nota.per ipsum in.l. fi.C.de tyro.lib.xij.et clarissime per Alex.de imo.in pdi.l.cū qd si cer.pe.et faciunt etiam no.p Sali. in.l.puidēdū.C.de postu. vbi no.qd scientia ⁊ vetustas nobilitant hoiem, ⁊ q p antiquoribus in dubio semp est presumptio. Cōcor.l.ij.de offi.magi.of. .C.⁊ qd no.de Jmo.in.l.j.C.de anno.ciui.lib.xj.⁊ faciunt no.p Pan.in.c.clerici.de iudi.cū infinitis concor.in qbus oibus semper dr qd antiq sunt preferēdi iunioribus, ⁊ p antiqoribus semper laborat presumptio, vt dictum est. Et sic dico, qd si eodem tēpore ⁊ in eadem cathedra fuerint pronuntiati doctores antiqor ⁊ iunior. Nō obstante qd iunior fuerit primo pronūtiatus ronē ⁊ ob honorē, ⁊ reuerētiā cappe rectorialis, q̄ tūc dferebat, nihil omin⁹ senior licētiatus cappa dposita pcedet illū iuniorē licētiatū in regētia doctorali p iura superius alle. Sed si senior licētiatus fuerit pnūtiatus doctor p interuallū tpis post iuniorē.s.die sequēti, vl' altera die post, i illo casu iunior pcedet ipm seniorē licētiatū i regētia doctorali, ⁊ ɔtidie sic fieri videmus, ⁊ h ē vitas et ēt talis ē ɔsuetudo i hac vniuersitate Cado.q̄ qdē ɔsuetudo cōseruāda est.l.minime.ff.de legi.qd tn̄ est ɔ̄ predictā opi.Ang.

Quarta pars de Oneribus

τ salarijs doctorum, centuriam questio num continens.

Postquam visum est superius i tertia parte huius tractatus seu opusculi, Quis debeat precedere inter doctores, Nunc in ista quarta parte videndū est de Oneribus, ac Salarijs ipsorū doctorum, ac de multis alijs, q2 qui sentit commodū sentire debet onus τ ecōtra, vt in regula qui sentit, de regulis iuris. libr. vj.

¶ Questio prima quarte partis.

¶ Quero an doctores debeant legere ꝯtinue p se vel p substitutū ad hoc, vt habeant, τ ꝯsequant salariū. Rn̄det qd̄ si de publico sint salariati, tenent p se, τ nō p aliū, qm̄ ad hoc est electa industria psone. l. inter artifices. ff. de sol. hoc dicit Bal. p illū tex. in. l. arblete. ff. de excu. tuto. τ in. l. j. §. ne aūt. C. de cadu. tol. τ ibi Sali. Cy. in. l. quisquis. C. de epi. τ cle. Bar. Brix. en. in suis q̄stionibus dn̄icalibus. q. xx. Nico. boerij in addi. ad Dyn. in. c. q p aliū de reg. iur. lib. vj. Alex. in addi. ad Bart. in. l. nemo. C. de duobus reis sti. Fel. in pe. decre. spec. i ti. de sala. §. fi. q. fi. Pet. rauē. in suo alpha. aureo in v̄bo doctor. Adde ad plenos bau. stus p Christophorū procū in. §. j. institu. de vsufru. Sed he. ll. in necessarijs τ obliga. loquunt. Secus aūt in volūtarijs ad quas nemo necessi. s3 volūtate inducit. C. de act. τ oblig. l. sicut. Hanc ergo regulā fm̄ Bal. in. l. fi. ff. de excu. tuto. fallere dr̄, vcz si subesset necessitas, vel ifirmitas, vel eēt ꝯsuetudo. allega. Bart. in. d. l. nemo. vbi dicit, q̄ si in studio est cōsuetudo, qd̄ doctor possit ex cā legere p substitutū, l3 hoc nō fuerit in ꝯctu deductū, poterit nihilominus substituere, q2 qd̄ h3 ꝯsuetudo vr̄ in ꝯctu appositū. Adde Alex. ꝯsi. cciij. vbi ponit an ꝯductus ad aliquod offic. debeat hr̄e salariū ꝯsuetū τc. allegat pro antiqtate Bar. in. l. i metallum. ff. de penis. S3 in casibus in qbus doctor pōt legere per scholarē. Bal. in. l. parabolani. C. de epi. τ cle. Et oportet q̄ necessitas p quā doctor cogit legere p substitutū causet ipossibilitatem, secus si solū difficultatē. Spe. in titu. de sala. §. vlt. circa fin. Et dicit ēt ibi Petrus rauen. qd̄ si doctor legēs proponat se intrare religionē qd̄ prius d3 suā finire lecturā. alleg. Spe. in tit. d̄ statu mona. §. j. de ista materia p Pan. in. c. j. de sum. tri. τ fid. catho. τ in. c. cū aposto. de his que fiunt a prela. τ in. c. ex ore. eo. titu. in. c. cū dilecta. de rescrip. Aliqua p Bart. in. l. j. C. de mancipa. τ colo. lib. xj. τ in. l. j. C. de prepo. agen. in re. lib. xij. aliqua per Joan. bap. in apo. ad Ludo. ro. in singu. lxiiij. Et ipsi docto. legēdo debent ꝯsiderare vtilitatē scholariū, fm̄ Bal. in addi. Spec. in titu. de magi. Sed vt plurimū scholares sunt, sicut mulieres, laborant aliqñ contra cōmoda propria. Cyn. in. l. iiij. C. de spon. Nam se diuertūt τ lecturas male intelligūt quorū aures sunt p̄scindende. c. si petrus. xxiij. q. j gl. in. c. vino inebriat. xxxvj. dist. que dicit quod aures male intelligentiū sunt euellende. doctorez enim sine intermissione scholasticus audire debet. Lau. antiquus doctor in cle. j. de magi. Guilielmus de monte Lau. τ do. Cardi. flo. exclamant contra scholares capitosos non intrantes scolas qui quadā capitositate credunt plus addiscere soli, q̄ si a doctoribus docerentur, quod dicunt ipsi docto. esse vanū, cum sensus, auditus aptior sit ad percipiendum, τ memorie tradēdū, qd̄ v̄bali, τ bina voce traditur in scriptis vel sine q̄, visus vel alius sensus. xliij. distinc. c. sit rector. zenzelinus ēt dicit ibidē qd̄ requirit instructio a voce magistri. Primo eni3 est tempus tacēdi postea loquēdi. Eccli. iij. τ veritas prius addiscit a magistris, postea docetur. xxxvj. d. §. ecce. ver. hinc ēt Salomon. Hieronymus ad rusticū monachum dicit. Non ingrediaris absq3 doctore viā, quā nunq̄ ingressus es. xvj. q. j. c. si clericatus. Nec sufficit scholarem mora3 trahere in studio, nisi studeat. xvj. q. j. c. generaliter. τ in. c. cum ex literis. d̄ in inte. rest. hinc dicit Hos. in. c. fi. de mag. τ Jo. de lig. in proe. cle. qd̄ scholares habitu τ non actu nō sunt appellandi scholares. Quinimmo fortius dicit Domini. de sanc. Gemi. in probe. sexti. τ do. Abb. in. c. j. in fi. de iudicijs. quod tales scholares solo habitu possunt puniri tanq̄ mendaces. facit glo. xxxvj. q. v. c. cauere. Et quod no. docto. in. l. que sub pretex. C. de sa. sanc. eccle. τ in. l. scriniarios. C. de testa. mili. Pau. de castr. ēt exclamat contra scholares non intrantes scholas. in. l. frater a fratre. ff. de condi. inde. viua enim vox multum imprimit, que habet nescio qd latētis energie, τ in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. hec sunt verba diui Hieronymi in proe. Biblie. Sed inter cetera doctor d3 esse breuiloquus. Panor. in probe. decre. in princip. glo. τ ibi But. in. c. cum sit ars. vbi dicit illam glo. esse notabilem contra verbosos. Et ibi Jo. and. alleg. Senecā. xxxviij. epistola ad Lucil. nec multis opus sed efficacibus facit tex. in. c. non mediocriter. de consecra. di. v. τ in auc. de refe. circa fi. col. ij. ibi multitudo nihil. τ ibi h lex nostra τc. τ ibi bar. facit tex. in. c. si romanorū. xix. di. Quare glo. in predic. c. cum sit, redarguit aduocatos multa allegantes inutiliter. Melius est enim pauca idoneo loqui τc. vt in. l. tāta. §. deinde. C. de vete. iu. enucle. τ sepe experiētia cōpertum est, q̄ bona allegatio inficit, τ obnubilatur ob nimiam allegatiōem τ sinistra oritur suspicio. p̄ allegantem. Specu. in titu. de aduo. §. j. versi. item qd̄ est nimiū. τ dicit Ro. in suis singularibus singulari. xxiij. q̄ verbosus aduocatus potest priuari officio aduoca. p gl. singularē in. l. ex ea cā. ff. de postu. Bernar. de landri. in addi. Panor. in proe. decre. Et licet doctor multos h3 scholares suā lecturam audientes, certe pp hoc non meret habere salarium, nisi sit in sua sciētia pitus. ista est singularis doctrina Bar. per illum tex. in. l. j. C. de anno. ciui. lib. xj. τ ibidē dicit qd̄ collegiu3 scholariū non potest mutare salarium constitutū doctoribus legentibus. Sed ipsi doctores legentes ad hoc vt merant habere salarium huiusmodi non possunt, aut debēt postulare seu aduocare, secundum Bal. in. l. placet. C. de epi. τ cle. Possunt tamen mittere scedulam iudici, in qua sint allegationes partis, fm̄ Bart. in. l. paulus. ff. de legi. j. q2 tūc nō perdit salarium, qm̄ postulare est desiderium suum in publicum exprimere. l. j. ff. de postu. Est enim aliud remedium, vt doctor loquatur cum iudice, τ aliquid gratis ab eo impetret. Bar. cepo. in suis cautelis, cautela. ccvj. τ. ccxlj. Et ipsis doctoribus debet pro rata temporis, quo legerunt. Bal. in. l. j. C. de legi. τ alibi dicit Bal. q̄ nihil debent habere, nisi pficiat. l. ēt. ff. de leg. j. nisi fuerint impediti cā reipublice. Bar. in. l. iulianus. §. fi. ff. ex qui. cau. maio. τc. In artibus vero mechanicis debent habere pro rata tēporis, τ laboris non aliter, fm̄ Bal. in. l. j. C. de suffra. aduo. τ si doctor qui recepit salarium vel stipēdiū sue lecture pro vno anno fuerit vocatus a principe non tenetur restituere illam pecuniam fm̄ Bar. singu. in. l. idē vlpianus. §. sunt τ alij. ff. de excu. tuto.

¶ Questio secunda quarte partis.

¶ Quero nōne doctor cōductus, τ de publico salariatus pōt legere p filium, τ substituere filium suum ad legendum, dic q̄ sic, p ut faciebat Bal. Papie. alleg. tex. singularem in. l. sciendum. §. legati. ff. de leg. vide etiam ibi alios casus. Ber.

¶ Questio tertia quarte partis.

¶ Quero an licentiatus habeatur pro doctore, q2 doctores Cadomenses soliti sunt facere legere, τ consueuerunt per licentiatū. Hanc questionem ponit Bal. in. l. sed τ reprobari. ff. de excu. tuto. in. l. penul. ff. de testa. mili. in auc. habita. ne fi. p pat. C. Jason in. l. ad egregias. ff. de iureiuran. Canoniste in proe. sexti. Alexā. in. l. mulier. §. j. ff. ad trebel. τ in additio. ad Bar. in. l. j. C. de digni. lib. xij. Jo. fab. in. l. ij. C. de ve. iur. enu. Fely. sandeus in proe. decre. gl. regule cancellarie Julij secundi super tertia parte tex. τ est communis opinio, q̄ ad fauores licentiatus habeatur p doctore, puta in legēdo. Ratio est, q2 de proximo cingendus habet pro cincto. d. l. penul. ff. d̄ testa. mili. τ Pet. de rauē. in suo alpha. au. in ver. doctor. τ precipue licentiatus habet pro doctore, si nō potest supportare pompas doctorales, fm̄ dictam glo. regule cācellarie. τ ēt vbi supra per dictam glo. dicitur quod si pater cuiusdam licentiati emat eidem licentiato libros, tunc isti libri non debent conferri fratribus licentiati, ac si esset ille licentiatus doctor τ tunc quo ad fauores licentiatus equiparatur doctori. Secus autem quo ad odia. puta si episcopus Baiocen̄. excōicaret oēs docto. vniuersitatis Cadomen̄. in hoc ñ cōprehēderent licētiati, nec essent excōicati. An aūt licentiatus habeatur p doctore, vid̄ Guidonē papā in suis decisionibus delphi. decisi. cccxc. τ ibidē per antonium rambaudi in apost.

¶ Questio quarta quarte partis.

¶ Quero si doctor, q promisit legere per annū, moriatur ante illud tempus, an debeat vel eius heredes habere salarium pro toto tempore, vel pro rata temporis. Respondet q̄ pro toto anno fm̄ Bar. in. l. si vno. §. item cum quidā. ff. locati. idē Bar. in. l. j. §. diuus elec. ij. ff. de var. τ extraor. cog. τ idē in offi. decedente an̄ finitū offm̄. l. si quis in sacris. C. de pxi. sa. scr. li. xij. τ. l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. τ addo casum singularem, in quo si aliqs decedat, heredes eius debēt habere stipēdia totius illius anni,

τ etiam

τ ēt subsequētis, vt si qs fuerit domesticus principis. tex. est mul tū singularis in. l. fi. C. d̄ dome. τ ꝑte. lib. duodecimo. quē tex. d̄ esse mirabilem Ant. corse. in suis singularibus. ver. salarium.

¶ Questio quinta quarte partis.

¶ Quero si doctor voluerit recipere stipendium sibi pagari soli tū tpe debito, τ postea petat, an sit audiendus. Respon. ꝙ non, Bar. in. l. fortissimi. τ p illū text. C. de ero. mili. anno. li. xij. Bal. in. l. acceptā. C. de vsur. Et dicit singulariter Ant. cor. in suis sin gularibus ver. salariū ꝙ al's audiuit do. Troilū d̄ malincijs vtri usqꝫ iuris doctorē allegātē Bald. in. l. ēt. in fi. C. de iure dotium. Dicētē qd̄ si cōitas ꝯduxit doctorē pro vno anno ad legēdū pro certo salario, et ille doctor finito anno recedit intelligi r̄ ꝯduct⁹ pro eodē salario, ꝙ est mirabile dictū, τ hoc ēt vidi praticare in locagio domoꝝ, qñ alias ꝯductor habuerat illā domū pro certo ꝑtio, τ postea eā p aliquot annos dimiserat, τ tādē ad eā reuer tebar̄ pretio minime facto. Dicit tñ Ant. corseti. ꝙ ꝑfatus doc. suus limitauit il lud dictū, nisi vcꝫ mutata ꝯditiōe ꝑsone. Puta si effectus esset excellēs in sciētia, qꝛ debebit tūc augmētari sala riū ſm eius excellētiā, qꝛ conditio ꝑsone ꝯsiderari dꝫ. c. coganr̄. xli. distinc. gl. in. c. clericus ab instāti. xxj. q. j. Panor. in. c. cū oēs extra de cōstitu. cū multis alijs iuribus de quibus per Pet. ra uē. in suo alpha. aure. in ver. qualitas persone.

¶ Questio sexta quarte partis.

¶ Quero vtrū doctor possit aut debeat legere ad pōpā. Respō der̄ ꝙ nō, sed semper in legēdo faciat commodū suoꝝ scholariū Joā. de pla. in. l. vnica. C. de stu. lib. vr. Ro. lib. xj. dꝫ qꝫ esse cau tus, ne ꝑferat tacēda, vel dicēda reticeat. ca. sit rector. xliij. disti. Et dꝫ ipse doctor seipsum, τ verba sua ſm audiētiū capacitatē, τ ingenium coadaptare. ca. oportet. viij. q. j. Nam qui docet ea que ab auditoribus intelligi nō valent, nō auditoꝝ vtilitatē, sed sui ostentationē facit. xliij. dist. §. vlti. dꝫ. n. doctoris scientia esse humilis, τ non arrogans. de maio. τ obe. c. vlt. Nā hꝫ hoc pro prium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant proferre que docent, τ recta, que sapiūt, recte ministrare nō possunt. xlvj. dist. c. j. Ipsi tñ scholares qñqꝫ dum eoꝝ doctor legit, faciūt castra in mari, τ tegulas domus enumerant, vt dicunt gl. τ Joan. de pla tea in. l. vnica. C. de profes. qui in vr. constan. libro. xij.

¶ Questio septima quarte partis.

¶ Quero an Bidellus debeat rñdere de libro doctoris dimis so in scholis per doctorē legentem. Respondetur ꝙ sic, qꝛ vide tur Bidellus suscepisse custodiaꝫ libri eo ꝙ liber positus fuit in scholis, quas custodit Bidellus. ff. nau. cau. stat. l. pni. §. recepit Idē si non si positus liber in scholis, sed extra. si ipse recepit cu stodiā, vt in. l. seq. Et Bidell⁹ de lib. subtracto tener̄, vt p Bar. ff. de fur. l. q vxorē. τ. l. si eū q. §. si rē cōmodatā. ff. commo.

¶ Questio octaua quarte partis.

¶ Quero an doctores τ scholares vniuersitatis dēant gaudere priuilegio, si actu nō legant, τ studeant. Rñ. ꝙ nō. vt not. Bart. in. l. qui sub pretextu. C. de sacrosan. eccle. τ in. l. j. C. de colle. τ chartopra. lib. xj. Et vltra illos tex. optime facit. C. de epis. τ cle. l. ꝯñaliter. τ. C. de aduo. diuer. iudi. l. p hāc. vide Bar. in. l. pe. ff. de testa. mili. τ de penis. l. aut facto. §. tēpus. ad Bal. in auc. ha bita. C. §. sequitur. in textu scholaribus. ij. charta.

¶ Questio nona quarte partis.

¶ Quero vtrū doctor seu stipendiarius ad legendū cōmissus tē pore peregrinationis debeat habere salariū, si de licētia domini itinerer̄. dm est ꝙ sic Bal. in. l. si ea conditione. de ꝯdit. inser. di cit esse gl. singularem in. l. desertorem. §. si ad diem. ff. de re mili. Sed mirar̄ de eo Lud. de ro. in suis singularib⁹ singular. ccccl. qꝛ casus est singularis in. l. hac lege. C. de proxi. sa. lib. xij.

¶ Questio decima quarte partis.

¶ Quero vtrum si doctor, vel alius salariatus vadat ad allegā dū, seu aduocādū, τ allegare ꝓhibear̄, τ alleget ꝑdat salariū. rñ detur ſm Bal. in. l. placet. in fi. C. de epi. τ cler. qd̄ dꝫ ꝑdere sala rium vnius anni, τ deponi a matricula aduocatoꝝ, si hoc fuerit statutum. ita refert. Ludo. ro. singu. cclxij.

¶ Questio vndecima quarte partis.

¶ Quero an doctor salariatus de publico ad legēdū debeat ha ber̄ domū ēt ꝯductā ex publico. Rñder̄ ꝙ sic, p. l. ij. §. caius. ff. d̄ orig. iur. Lud. Pon. in singularibus. ver. doctor salariatus.

¶ Questio duodecima quarte partis.

18 ra. †habēt.n.singuli lapides ꝑtiosi suā innatā virtutē.Papa ⁊ iperator ideo ex eis coronant̄ ad ostētationē virtutū.Juxta illud posuisti in capite eius coronā de lapipe pretioso.sic deus, ⁊ natura operatus est in hominibus,qꝛ aliq sunt viles ab innata natura,aliqui honesti plebei,aliqui nobiles,⁊ aliq nobiliores,⁊ quanto maiorē habēt nitorē,⁊ splēdorē virtutū, ⁊ optimaꝝ operationum,tāto nobiliores,⁊ excellētiores sunt,⁊ quanto sunt viliores, ⁊ a virtutibus alieni,⁊ vitijs inherentes,tanto viliores,⁊ignobiliores censentur,vt.ĵ.dicet̄,sicq̄ȝ nobilitas vt plurimū ē operatio

nature in hominibus, pp qđ aliqui ex naturali instinctu declināt ad honores,⁊ virtutes,⁊ aliqui ad vitia,⁊ aliqui ad vilia, lȝ non sint vitiosi,⁊ hi ignobiles,⁊ obscuri sunt,ad vitia,⁊ vilia declinā
19 tes,sicut lapides pretiosi,vt.s̄.diximus.†Unde dico, ꝙ nobilitas est innata virtus,appetēs honesta,vitia,⁊ vilia queq̄ȝ despiciens,facultatibusq̄ȝ ornata.Dicit̄ aūt ꝙ nobilitas est virtus,qꝛ suis viribus nitens non superatur aduersis ƀm Boetiū quarto cōsola.philo.in vlt.prosa.⁊ dicit̄ virtus aīa mētis,qꝛ vitia vincit ⁊ recte viuit,qua nemo male vtit̄,in qua deus in nobis sibi nobis operat̄,⁊ habet̄ in libro de spiritu.que virtus hȝ vitia opposita, ⁊ illa vincit declinādo a malo,⁊ faciendo bonū, qđ nomē virtus a sola fortitudine fuit,ƀm Tul.⁊ facit.l.ij.de aleato.⁊ in auct.vt oēs obed.iudi.ꝓuin.in prin.Jnde virtuosi sp apparuerūt,q animū certaminibus expositū vincere potuerunt.Nā septē sunt virtutes,tres theologice,⁊ quatuor cardinales,q̄ reliquimus theologis.debent aūt nobiles virtutem habere ꝓbatā,⁊ vitā laudabilē,qꝛ alias sunt ignobiles,⁊ sunt infames a ꝯspectu principum repellēdi.ff.de infami.l.ij.§.ignominie.q dñt presertim hr̄e virtutē iustitie in se ⁊ in alijs.Juxta illud Prouerb.xv.in abūdāti iustitia virtus maxima,qꝛ ipsi vt plurimū ad dominādū ꝑficiunt̄.
20 † cuius iustitie ƀm Tul.in Reth.ptes.⁊ Macrobius de somno Scipionis ponit septē virtutes integrales iustitie.s. innocētiam, amicitiā,q̄ dr̄ affabilitas,ꝯcordiā,pietatē,religionē,affectū,⁊ humanitatē ƀm legistas sunt tres.honeste viuere.alterū nō ledere, ius suū cuicūq̄ȝ tribuere.ff.de iust.⁊ in.l.iustitie.§.j. Sunt ⁊ alie ptes ꝟtutis humane.s.prudētia,p quā qs seipsum regit, ⁊ alia p quā regit multitudinē.⁊ h̄ diuidit̄ in politicā,regnatiuā,militarē, ⁊ iconomicā.Jn his ēt nobilibus vigere dȝ virtus fortitudinis, que hȝ precepta,vt resistat̄ hostibus,nec formido sit,⁊ vt patientia sit in malo,⁊ pseueret̄ in bono.q ēt hȝ ptes integrales, q̄ est fiducia in aggrediendo difficilia,q̄ dici pōt magnanimitas,⁊ magnificētia,⁊ lōganimitas,ƀm Tul.ad qđ.vij.q.j.subtestiū.Que ēt hȝ aliā ptē ƀm Tul.s.ꝯstātiā,q̄ est sub magnificētia,⁊ ēt animositatē,q̄ idē est,ꝙ securitas,⁊ virilitas,⁊ strennuitas,⁊ ƀm Aristo.
21 †fortitudo politica,q̄ opat̄ ob disciplinā militarē,q̄ fortitudo q̄ opat̄ p artē,⁊ expientiā rei bellice,⁊ ēt opat̄ ex passione ire, ⁊ pp ꝯsuetudinē victorie, ⁊ pp ignorātiā piculoꝝ.debēt ēt hi nobiles hr̄e virtutē tēpantie,q̄ hȝ ptē.s.verecūdiā,⁊ honestatē, q̄ ēt opat̄ circa nutrimēta ciboꝝ,⁊ castitatē,⁊ pudicitiā,⁊ vt motus iterior moderet̄,⁊ ēt circa clemētiā,q̄ moderat̄ motus ire ad vindictaȝ ⁊ ēt circa modestiā,q̄ hȝ moderat̄ motus corpales,⁊ ēt circa grauitatē qua regulātur in collogio ⁊ alijs.ēt dȝ hr̄e virtutē fidei.ar. in.l.fi.de infami.⁊ de cap.l.v.in fi. ⁊ ait Grego.ꝙ verba eius, q̄ idoneū cognoscimus,p pignore retinemus,⁊ qđ ꝓmittūt exsoluere,⁊ in bñfi.crescere,extra de dona.c.j.⁊.ff.de admi.tuto.§.pe. in auc.de non ali.§.si vicinus.⁊ de man.prin.§.lȝ neq̄ȝ.ibi custodias datū ei verbū.⁊.xxv.puer.in ver.vir gloriosus ꝓmissa non cōplens,vt dr̄ de nobilibus, quoꝝ ꝓmissa ꝓ factis habent̄.ff.de in integ.resti.l.nemo.in ver.pollicere͞t.nā virtutes iste sunt a natura.ar.eius qđ hr̄.xxxij.q.vj.de pudicitia.⁊ de peni.di.ij.§. hec q̄.⁊.§.romanos.vbi de Adā q ex creatione virtutes habuit ⁊ ꝙ hr̄.xxviij.q.j.ex his.vbi de virtutibus an sint in infidelibus. Di
22 co ꝙ nobilitas appetit honesta.†dr̄ honestū,qđ nihil turpitudinis hȝ quasi statū seruās honoris,ƀm Hugo.ad qđ.ff.de decur. l.eos.⁊ de curiosis.l.p id ad dñā eius q honestate abutit̄.ff.ꝺ dā. infec.l.ex dāni.i pri.Honor nāq̄ȝ dignitatis honestat homines, ⁊ illa sunt honesta,in quibus sunt premiū,⁊ honor,vt dicit Aristo.primo ethi,⁊ econtra,nō dat̄ dignitas,cū honor tribuit̄ i honesto.l.ij.si seruus,aut liber ad honesta aspi.Quinimmo honesti solū sunt ad administrat.dirigendi,vt iudi.sine quo. suffra.§.eos aūt.ver.itaq̄ȝ,qꝛ honor indignis ⁊ vilibus nō dȝ tribui,ƀm Sallust.in Cati lina.⁊ quāto quis maioribus preest,tanto honestior est in auc.de defen.ciui.§.nos.igit̄.non tñ ex hoc quis cēset̄ honestior,qđ maximā hȝ dignitatē.viij.q.j.⁊ istud facit de anno.ciui.l.i.dicit̄.nāq̄ȝ honestū id,qđ est bonū,⁊ equū.ff.de iusti.⁊ iu.l. iusti.§.iuris precepta.hec omni cōmodo pecuniario est pferēda. de insti.⁊ substi.l.reprehēdēda.illa enim,in quibus est honor, pferūt̄ illis,in quibus sunt pecunie,ƀm Aristo.ij.ethico.qꝛ vbi pecunia nihil pōt esse honestū,⁊ dicit̄ honestuȝ ad dñam abiecti,⁊ vilis.l.fi.q̄ res ven.nō pos.⁊ de spectacu.l.si qua.cuius honestatis tāta est potentia,ꝙ supplet nationis defectū.l.generali.de ꝺcu.§.spurij.nā splēdorē facit.de natu.libe.l.si quis.†cuius hone
23 statis tanta virtus est,ꝙ ad esse legis reqrit̄.l.ij.ne fiscus rē quaȝ vēdidit euincat.iiij.di.c.erit aūt lex.bene.honestas in nobilitate reqrit̄,⁊ is,q honestus est,legi plȝ,⁊ sibi credit̄,⁊ non inhonesto de edi.edic.l.quero.§.fi.de fideicō.lib.l.si pater.§.fin.dico vitia

despiciens hoc ideo, qꝛ vitia sunt ꝯria virtuti. ſm Papi. qui dicit, ꝙ vitiũ est dedecus peccatũ, turpitudo, ꝛ macula, q̃ vitia dicũtur animi ꝛ corpis. l. fi. ꝺ edi. edic. ꝛ de re mili. l. milites. §. missionum. Sunt enim septẽ virtutes cardinales, que habent vitia distincta eis opposita, qꝛ fides hꝫ oppositã infidelitatẽ, odiũ dei, blasphemiã, ꝛ heresiꝫ ꝛc. sic de singulis virtutibus. vitia eñ sunt opposita nobilitati, qꝛ nobilis dicit̃ q̃si notabilis, qꝛ ꝺ facili notatur ex vitio, ſm Tul. ij. offi. qꝛ oẽs sunt in dignitate, q sunt integri status, ꝛ bone fame. de vari. ꝛ extraor. co. l. cognitionũ. §. j. in ver. illese. ꝛ de manu. testa. l. seruus. nã vitia sunt ꝯria virtuti, qꝛ p ea pdit̃ dignitas, q̃ ex virtutibus cõfert̃. l. quoties. ꝛ. l. ij. de di-
24 gni. & tactũ est. † nã priuilegiũ nobilitatis pdit̃ ex piurio falso testimonio. extra de purg. ca. c. i. ꝛ. l. pe. de vetera. ꝛ de peni. di. j. §. si aũt. ꝛ Adam qꝛ nobilitatẽ virtutis abiecit, priuatus est. xl. dis. adã. propterea virtus despicit vitia sibi opposita, ꝛ ꝯria dꝫ esse virtus nobilitatis despicere vilia queqꝫ. qꝛ dr̃ virtus. i. fortitudo. l. legis virtus. ꝺ legibus. que fortitudo nobilitati iherens dꝫ opposita sibi depellere, vt vilia, qꝛ nobilis dr̃ quasi nõ vilis, arg. de purga. cano. c. j. vel qꝛ est nobilis ſm Papi. ꝛ Isido. nã dr̃ nobilis ad dr̃iam obscuri, ꝛ vilis, vt colligit̃ in auc. de defen. ciui. post prin. ꝛ. §. interim. ꝛ. C. de murilegu. l. ingenu. ꝛ alias dr̃ nobilis q̃ si magnus, ꝛ bonus. de episco. audiẽ. l. pe. Multa enim sunt seruanda p vilitate vitanda. Inno. in. c. i. de matri. ꝯcto ꝯ interdictũ eccle. ꝛ Archi. xlv. di. de iudeis. ꝛ qđ Inno. no. de rescrip. c. sedes. ꝛ. c. pastoralis. vbi de vtilitate psonaꝝ vitãda. in auctẽ. de mãda. prin. §. sit tibi. ꝛ in. l. si qua in locis. C. de specta. lib. xi. vbi viles psone repellunt̃. nã vilis dr̃ ad dr̃iaꝫ nobilis. in auc. de icest. nup. §. j. ꝛ de incest. nup. l. humilẽ. ꝛ ad dr̃iã eius qui est in dignitate. d. c. sedes. ideo milites debẽt a vilibus esse prorsus alieni, qꝛ p vilia decoloratur ꝛ denigrat̃ nobilitas. arg. l. eos. ff. de decurio. vbi de his q nõ seruant statũ honoris, qui digni nõ sunt honore. nã rõne vtilitatis quis repellit̃ a loco, vbi est imperator. l. ij. §. ignominie. ff. de infa. ꝛ. l. ij. de dignita. ꝛ ideo vilitas est ꝯria
25 nobilitati. Dico † ꝙ nobilitas esse dꝫ facultatib⁹ ornata, qꝛ paupertas vilitatẽ indicat. l. ij. C. qñ ꝛ qbus quarta pars, ꝛ qꝛ paupertas reddit hominẽ humilẽ. xciij. di. legimus. vnde Prouerb. iij. Egestas a dño in domo impij. ꝛ alibi dr̃ ꝙ male meritus, vt exẽplo sit ad terrẽda maleficia, egestate laborat. ff. deposi. l. bona fides. q̃ ẽt facit sordescere. ad. l. iuliã maiesta. l. qsqs. ꝛ egestati ꝯria est honestas. ff. de furtis. l. si qs vxori. §. cũ titia. q̃ egestas etiã qñqꝫ infringit robur ꝯuersationis. xij. q. ij. c. fi. ꝛ qđ not. glo. in. c. j. de statu reg. in. vj. in gl. no. ꝛ qđ habet̃. ff. qui ex cau. maio. l. succurit̃, vbi de nobili q pp nuditatẽ nõ põt exire in publicũ, ꝛ hec ẽ q̃ debilitat statũ hominis in testificãdo. ff. de testi. l. iij. in prin. naꝫ diuitie ornant nobilitatẽ, ꝛ sunt ad bñ eẽ virtutũ ꝛ dignitatũ, que sine illis administrari non pñt. j. q. iij. c. si qs obiecerit. que diuitie habent̃ beneficio dei ꝛ nature. l. j. de thesauris, ꝛ ẽt dono fortune
26 de acq. rerũ domi. l. si is. §. j. nã † pp facultates virtus charitatis exercet̃, qꝛ pauperes subleuant̃ p nobiles. xij. q. ij. gloria. nã paupertas reddit nobiles ꝯtẽptibiles. l. ij. C. qñ ꝛ qb⁹ quarta pars, ꝛ facit qđ hr̃. j. q. iij. c. si qs obiecerit, vbi ecclesie epi ꝛ abbates ꝛ plati sine facultatibus i nullo pficiũt sicut nec aia sine corpore. Plal. xxx. in quo dicit Cassio. ꝙ in pauptate virtus hoĩs infirmat̃, ꝛ dixit Aristo. ꝙ magnũ est pauptatis incõmodũ, ꝙ alios iuuare nõ põt, ꝛ prouerb. xix. diuitie hñt amicos plurimos, vbi etiã dr̃, fr̃es hoĩs pauperis oderunt eũ, ꝛ amici lõge recesser̃ ab eo, vñ vt magis impij dignitas decoraret̃ Cõstãtius impator magna palatia erexit. xc. dist. vj. c. Constantinus. Et refert Tullius pꝛio de orato. vt sine vtilitate dignitas retineri ñ possit. nã diuitie bonis sunt adiuuamẽta virtutis, vt dicit Ambrosius sup Luc. c. xix. Unde Augu. vij. de ciuitate dei ait, Diuites sapiẽtes iustos bonos pauperes semp inhiantes ꝛ auaros, quare diuitie in sapiẽte nõ auaro ꝛ bonũ operante laudant̃, ꝛ facit qꝛ diuitie nobilitas honor ꝛ potẽtia equipollent. c. sup eo. de testi. ꝛ al's locuples dr̃ honestus ad differẽtiã egeni. de furtis, si qs vxori. §. cũ titio. ꝛ not. de deserto. l. j. ꝛ hec sufficiant de pñti nr̃a diffinitiõe nobilitatis. Alij ve-
27 ro dixerunt ꝙ nobilitas causat̃ ex nouẽ. † Pꝛimo ex sapientia, ꝛ hanc dicunt pre ceteris preferendam, quia in sapientia vera nobilitas consistit sapientie. vij. Omnibus nobilibus nobilior est sapientia, qꝛ preponitur regibus, ꝛ sedibus, ideo dicuntur iurisperiti nobilissimi. l. pꝛuidendũ, de postuland. ꝛ de excusationi. tutorum. l. diximus, quia faciunt hominem nobilem. Iteꝫ faciunt clarissimum, de publi. iudi. l. custodias. ꝛ preterea princeps iurisperitis exhibet reuerẽtiam, de aduoca. diuerso. iudic. l. qsquis, ꝛ dixit Cassiodo. decimo variarum, non enim aliqua potest esse fortuna, quam nõ augeat literarum gloriosa notitia. Et dicitur prouerbioꝝ. viij. Melior est sapiẽtia cunctis opibus pretiosissimis, ppea legũ doctores dicunt̃ viri celsiores, nec debent ab alijs quã tumcũqꝫ maximis fratres appellari, sꝫ dñi, de offi. diuerso. iudic. l. ij. licet Cesar Augustus, ne legũ pfessores dñi vocarent̃ corri-
28 puit, vt refert Orosius. vj. ad Augustũ, in fine. † Causari secũdo nobilitas ex virtute cepit, vt ait, Sallustius in iugurtino, quãuis virtus ꝛ sapiẽtia ꝯuertant̃, vt quod de vno dr̃ de reliquo dictũ intelligat̃, ꝛ Hieronymus ad celantiã, Sũma apud deũ nobilitas est clarũ eẽ virtutibus, ꝛ exteriora virtutũ opa viros eminẽtes in hac vita ꝯstituunt. xxij. q. iiij. c si nõ ex fidei, ad hoc de psumptio ni. c. ex studijs. Et Seneca in epistolis, virtus vera in aĩa nobilitatẽ pficit, quã natura incohauit. Uñ nobilitas nihil aliud est, q̃ habitus opationis virtutis in hoĩe, ꝛ in hac specie, illa ẽt nobilitas q̃ pcedit ex bonis moribus, includat̃. Iuxta illud, degenerãt hoĩes vitijs fiuntqꝫ minores, Exaltat virtus nobilitando genus. Uñ probitas moꝝ preferẽ docendi pitie. l. j. de pfesso. q in vrbe ꝯsequit̃ ẽt qs nobilitatẽ ex dignitate. l. j. de dignitati. Unde susceptus ex pr̃e ob dignitatẽ clarissimo retinet generis claritatẽ. i. nobilitatẽ, ꝛ hoc progredit̃ in ascẽdẽtes ẽt, qꝛ pr̃ nobilitat̃ ex filij dignitate. in auc. ꝯstitutio q̃ de digni. §. generaliter. Et Tullius tertio de offi. vbi de Catone pr̃e q claruit pp filiũ, ꝛ hinc, nobilitas
29 q̃ est ex moribus est pferẽda. ff. de testi. l. iiij. in gl. † Dicit̃ ẽt quis nobilis aliqñ ex diuitijs maxie vetustis, q̃ ab antiqs pgenitorib⁹ obuenerũt. l. ad subeũdã, de decurio. ꝛ. l. ij. in fi. de pdi. curiali. de muneribus ꝛ hono. l. rescripto. in principio. ꝛ. l. j. de custod. reoꝝ vbi equiparant̃ honor, ꝛ amplissime facultates. Et ad idẽ de defenso. ciuitatis, in principio. Diuites. n. ob diuitias celeberrimi fiunt. ff. de administ. tutoꝝ. l. si rest. dũ tñ sint honestis morib⁹, ac iustitia, ꝛ bonis opibus acqsite, qꝛ si ꝯ ꝯsciẽtiã acqrant̃ infamãt. c. quanq̃, de vsur. in. vj. ꝛ. l. improbũ. C. de infamib⁹. Uñ Cassiodorus in variarũ, epistola. xvij. tm̃ qs nobilior est, quantũ ꝛ moribus, pbus, ꝛ luculenta facultate reluxerit. de hac nobilitate habetur. xxiiij. q. j. q ꝯ. Sed hec nõ est vera nobilitas, quoniã dignitas pecunie nõ mensurat̃, vt dr̃. ix. ethicoꝝ. Itẽ psone vilitas ob diuitias tegit̃. ff. de decurio. l. eos, in fi. quanq̃ vt ait Ambrosius secũdo ꝺ offi. nemo nisi diues honore dignus putet̃, at nobilitas diuitiaruꝫ, ꝛ glorie fragilis est, virtus vero clara, eternaqꝫ hr̃. ꝛ ait Liuius. iij. ab vrbe ꝯdita. vbi occurrit sapiẽtia, ꝛ diuitie hec nobilitas est affectãda. Unde ecclesiasti. vij. Utilior est sapientia cũ diuitijs. Qui aũt solũ in diuitijs ꝯfidit, putans se verã inde nobi-
30 litatẽ hr̃e, corruet. † Prouerbioꝝ. xj. dr̃ ẽt qs nobilis ex loco. nã ciuis ex vrbe splendida oriundus nobilis est, ad hoc. quadragesima distinctio. c. nos qui. q. c. illud. ꝛ. c. adam. ꝛ. ff. de excusatio. tutorum. l. non tantum. §. j. ꝛ facit de statu hominum. l. in vrbe. Dicitur etiam quis nobilis ex cõmuni opinione. ff. de fundo instructo. l. cum de lanionis. §. asinam. de flumi. l. j. §. j. ꝛ. l. fina. si seruus ad decurioñ. aspira. Tamen non est vera nobilitas, qꝛ tales assertiones possunt eẽ mẽdose, vt. l. si priuatus. qui ꝛ a quibus. et dixerunt aliqui ꝙ nobiles ex sciẽtia, ꝛ virtutibus, ꝛ bonis moribus preferendi sunt his, qui ex genere, aut diuitiis. Tamẽ Ioã. andre. in. c. venerabilis. de prebendis. dixit ꝙ generis nobilitas sola est, que moribus animũ ornat. Secũdo loco nobilitant̃, aut priuilegio extollũtur, vt supra. nam virtus, ꝛ malitia determinãt nobiles, ꝛ ignobiles, vt dicit̃. v. Politicorũ. ꝛ. ij. ethicoꝝ. ꝛ ille ẽ generosissimus, q est optimus. Unde Tullius cõtra Sallustium Ego meis maioribus virtute mea pluxi, vt si prius noti non fuerint, a me sumãt initiũ memorie mee. ꝛ ibi. sanctius ẽ me meis rebus gestis florere, q̃ maioꝝ opinione niti, ꝛ ita viuere, vt sim posteris meis nobilitatis initium, ꝛ virtutis exemplũ. Et facit illud Boetij secũdo de consola. dignitatibus ex virtute non virtuti ex dignitatibus honor accedit. neqꝫ enim nobilitas generis sed virtutũ quẽ deo gratum facit. c. venerabilis. de pbẽdis. Et facit qđ Bal. dixit in proemio. ffoꝝ. vbi disputauit quis precedat doctor
31 aut miles. † Et dicit primo per illum textum ꝙ doctores sunt illustres, ꝛ concludit in fine ꝙ doctor si sit excellentia predoratus est magis honorandus qa sua virtute pollet. vt de capti. si qs in bello. Doctorelli autẽ sunt postponendi, qꝛ parum meruerũt. dicens ꝙ Bononie semp faciũt egregios doctores pcedere quoscũqꝫ milites pter eorũ virtutẽ. Ualde ergo disciplinati merito sunt honoribus extollẽdi, vt de excusatione tut. l. sꝫ reprobari. §. valde tñ. Et ita etiã dicit Cyn. alibi de militibus Neapolitanis. ꝛ qđ Bal. dixit in. l. pꝛuidẽdũ. C. de postulã. Et dixit Sallustius in Iugurthino. nobiles nostri soliti erant per virtutẽ ad nobilitatem ante venire. Et habetur. xl. distinc. nos qui. ꝛ habetur de Gneo Scipione maioris Africani filio, vt refert Ualerius lib. iij. c. v. qui fuit quasi monstrum attenta vita patris, a qua degenerauerit.

nerauerit. Itaqꝫ vilissimus est reputādus, q̄ honore prestātior est si nō alios virtute precellat. j. q. j. vilissimus. qua virtute decet nō sanguine niti. d. c. cū venissent. de prebēdis. nā ad fidē nō est suffi
32 ciens dignitas, sed boni mores. de tuto. ꝛ curato. l. scire. §. fi. †Sicut enim verus ornatus nō in splēdore vestimentoꝝ, sed in bonis moribus ꝯsistere dr̄. de ꝯse. dist. v. furere. Ita ꝛ vera nobilitas cōsistit in scientia in moribus ꝛ virtute. Vñ dr̄ qḋ nec ꝺ virtute, nec de vitio parētū, qs est laudādus, vel vituperādus, nec obscurus, aut clarus. lvj. dist. nūqꝫ. ꝛ ait policra. lib. viij. c. j. siquidē nobilitas est sola atqꝫ vnica virtus generositas, ꝛ clari sanguinis lumē. Et ait Sallustius in Jugurthino, Melius est nobilitatē peperisse qꝫ acceptā corrupisse. Et ait Chrisosto. sup Matthaeum quarto, Melius est de cōtēptibili clarū fieri, qꝫ de claro genere ꝯtēptiblē. Et ait Augustinus in epistola ad iulianā, corporalis nobilitas atqꝫ opulētia tuoꝝ intelligit̄ eē nō tua. ꝛ dr̄ magis eē meuꝫ, qḋ ex mea ꝓbitate qꝫ qḋ p antecessores acquiro. ff. de postlimi. l. si qs bello. Et alibi, summa apud deū nobilitas est clarere virtutibus, arg. de nuptijs. l. humilē. Lꝫ qdā dixerunt. Si nobis vnus est pr̄ Adā, si mater ꝛ Eua, cur ergo nō sumus nobilitate pares, qꝛ apud deū nō est acceptio ꝑsonarū. c. nouit. de iudic. facit. xxix. q. ij. omnibus. ꝛ. c. si femina. certe isti grauiter errant, qꝛ virtus auget nobilitatē, ꝛ vitia eā deprimunt, vt superius est probatum. Et ista nobilitas nō datur a genere materno, vt. l. libertos. de senato
33 ribus, ppea aliqua nobilitatis priuilegia subdamus. †Preterea priuilegiū est, ꝙ nobilis nō tenet̄ pugnare cū plebeio, vel rustico, vt de pace tenē. c. si miles rusticū. qḋ infra examinabit̄. Scḋo, qꝛ vero nobili tenetur ignobilis reuerentiā exhibere, sicut puer seni. Isaie tertio, ꝛ scḋo Machabeoꝝ. c. vj. ꝛ Ualerius lib. iij. de ꝯstātia. Itē plebeius ꝯ virū precellentis auctoritatis nō agit actione famosa. ff. de dolo. l. nō dꝫ. Itē ꝓ nobilibus in legatis fit latior interpretatio, vt de iudicijs. l. sed si susceperit. §. ij. Itē maior fit pro eis ꝓuisio in tutelis, vt de excusatio. tuto. l. nō tm̄. §. illustribus. q ēt in magistratibus preferuntur, vt de mune. ꝛ hono. l. rescripto. in princ. de decuri. l. ad subeundā. Itē circa respublicas maior ē eorū auctoritas. l. ij. in fi. de predijs curialiū. itē circa legationes. ff. de legat. l. penul. itē in carcerationibus eoꝝ, vt. l. j. de custodia
34 reo. ꝛ. l. fi. C. de accusatio. ꝛ. l. si grauius. de dignita. †Habēt etiā priuilegiū qḋ clarissimi nō torquentur. C. de dignitati. l. seueram. Sicut nec milites armate militie. l. milites. de questio. Et ēt decuriones, vt. l. oēs. ꝺ decurionibus. ꝛ in prebēdo ꝯsensuꝫ in nuptijs puelle nobilis est preferēd⁹. vt ꝺ nuptijs. l. si furiosi. xxxiij. q. iij. c. j. Itē nobiliores in dignitate positi nō ita faciliter, vt plebei deꝓhensi in adulterij facinore occidunt̄. vt. l. gracchus. C. de adult. ꝛ. ff. eo. l. marito. Itē nobiliores retinent dignitatē progenitoruꝫ, qḋ nō reperit̄ in plebeis. vt. C. de dignita. ꝛ. l. femine. de dignitatibus. Itē in penis corporalibus alleuiant̄. ff. de iniur. l. sed si vnius §. quedā. ꝛ. l. fi. ꝛ. l. itē apud. de sicarijs. l. j. ꝛ. l. fi. ꝺ sacra pagina.
35 ꝛ. l. decurionū. C. de penis. †Itē eoꝝ crimina facilius occultātur. l. ad splēdiores. de diuersis offi. Itē in beneficijs ꝛ elemosinis magis ꝓuidēdū est nobili. lxxxvj. dist. c. nō satis. §. ꝯsiderandū. Iteꝫ testes viles ꝯ vere nobiles, ꝛ in dignitate positos non admittuntur ad testimonium. l. j. de reis postulan. Itē in depositione instrumentorum preferuntur nobiles ignobilibus. ff. de fide instrumento. l. fin. cum ꝯcordan. Itē filius senatoris agit in iudicio absente patre. ff. de iud. l. si lōgius. in fi. Itē nobilibus alimēta potiora debentur. ff. de vsuris. l. sed ꝛ si. §. primo. Itē nobilis virtuosus facilius assumitur ad dignitatē. in auct. de monachis. §. ordinatione.
36 ꝛ. lxj. dist. miramur. †Itē cū viles nominant̄ in rescripto apostolico nō ꝯtinent̄ sub generalitate nobiles. c. sedes. de rescriptis. iteꝫ persone viles ad accusationem eoꝝ q ex scientia, virtute, aut dignitate sunt nobiles nō admittunt̄. ij. q. vij. querēdū. ꝛ. c. criminationes. Itē nobiles ex sciētia ꝛ virtutibus assumunt̄ ad dignitatē ad quā nō plebei. C. de dignita. l. ne qs. item nobiles ex dignitate sunt immunes a muneribus publicis. l. clarissimi. C. de digni. l. senatoꝝ. ꝛ. l. qm̄ viri. Itē viri militares ꝛ nobiles nō debēt cū plebeis cōicare negocia ciuitatū. l. militaribus. C. de decurio. lib. xij. Ex qbus infertur ꝙ filij doctorū post mortē patris, si viuant nobiliter, ꝛ in bonis moribus pugnabunt cū nobilibus a natura, qꝛ
37 patres eoꝝ fuerūt nobilissimi, vt superius est ꝓbatū. †quinimo ēt doctores legū postqꝫ legerint p. xx. annos efficiunt comites. vt i. l. j. C. de his qui ex lege comi. merue. ꝛ ēt post aduocationē finitā fiunt clarissimi, ꝛ merētur comites appellari. l. j. de aduoca. diuersorū iudic. vnde eoꝝ filij erunt nobiles postqꝫ patres fuerunt nobilissimi, qꝛ prima natura est imutabilis. ff. de senatori. l. senatoris filius. ꝛ de ꝯditio. ꝛ demōstratio. l. fal. §. j. ꝛ. ff. ad munici. l. assumptio. in princi. ꝛ qꝛ priuilegiū patris trāsit in filiū. arg. l. in sacris. de proxi. sacro. scrin. ꝛ de professo. ꝛ medi. l. fi. vbi filij bonore patris sibi dato ob meritū sunt honorandi, ꝛ dicūtur isti filij doctoꝝ viri militares, si nōdū militant ꝟm And. de iser. in ꝯstitutione. vt vniuersis. arg. l. ij. C. de priuil. eoꝝ qui in sacro palatio mili. licet Sallu. in Catilinario in fine dixerit, ꝙ vir militaris est ille, q ampliꝰ. xxx. annis tribunus aut prefectus cū gloria in exercitu fuerat. ꝛ facit. l. militaribus. de decurionibus. ꝛ. l. ij. §. sane. de meta. nā filius doctoris prefertur alteri nō habenti patrē doctorē. glo. in. l. iubemus. C. de aduoca. diuersoꝝ iud. ꝛ facit. l. j. §. deniqꝫ. de aqua pluuiali arcēda. Ista eniꝫ licet bene dicta sint a tam viris ꝓbatissimis, tn̄ vnū nō ommitto ꝙ Sal. nō dixit, ꝙ omnia pecunie obediunt, ꝛ Salomō fuit sapientissimus, qꝛ fuit ditissimus, qui si pauperrimus fuisset inter stultissimos cōnumeratus foret. ne igitur ei qui pecunijs caret, qꝛ virtute ꝛ nobilitate carebit, ꝛ vilis reputabitur. Studeat ergo quisqꝫ nūmos habere quia sicut sol refulgebit. econtra autem sine nummis omnibus derisio erit. Sapientia vero ꝛ nobilitas sine nummis derisio magna.

SVMMARIVM

1 Duellū an possit fieri pro imperio si duo per discordiā electi sint.
2 Imperium viribus acquisitum viribus diminuetur.
3 Bellū ea rōne fieri dꝫ vt citra iniuriaꝫ in pace viuere possumus.
4 Imperator an debeat personaliter pugnare.
5 Imperator non potest a se imperium abdicare.
6 Reges intrantes regnū Sicilie incidunt in crimē lese maiestatis.

¶ An pro imperio duobus discordantibus possit pugna fieri.

1 Mortuo † Imperatore contingit, ꝙ electores duos iperatores in discordia elegerūt, qꝛ vna pars elegit Alfonsum de Hispania. Et alia pars elegit Riccardū comitē Cornualie fratrē regis Anglie. Et propterea regnū Boemie erat diuisum, ꝛ ecclesia fauebat Alfonso. ꝛ ēt electo Lottario, ꝛ Corado imperatoribus similiter in discordia, aliqui adherebant vni, ꝛ aliqui alteri, ꝛ belligerabāt inter se. Itaqꝫ stante hac neutralitate isti imperatores cōcordauerunt, velle per pugne iudicium diffinire discordiaꝫ vt qui vinceret haberet imperiū. Dubitat̄ an potuerit hoc casu pro imperio pugna fieri, sicut pro ceteris, vt victor sit imperator. Et vr̄ primo ꝙ sic ad instar romanorū ꝛ albanorum belligerātiū cū eorū copijs, ꝛ guerrā faciētibus de imperio, q tādē viā inuenere, vt vnū eēt imperiū, ꝛ ordinauerunt bellum tergeminum fieri, vt qui victor existeret, imperaret, ꝛ bello tergemino facto, romani victores fuerunt, ꝛ imperauerunt albanis, vt scribit Liuius primo ab vrbe condita. nā vt ait philo. diuersitas principatuum mala, vn⁹ ergo princeps. Et si duo eligant̄ imperatores in discordia, quilibet administrabit, donec declaretur cuius electio teneat. glos. in cle. j. de iureiu. Et ꝯsuluit Old. in duobus ꝯsilijs ꝛ gl. in. c. romana. xxiij. q. ij. poterit nāqꝫ p pugne iudiciū hoc declarari, ꝛ p ensēꝫ, q inter milites est iudex. nā imperator se militeꝫ profitetur. l. j. ff. de testa. mi. ꝛ qꝛ imperiū fuit viribus acqsitū, ꝛ hostili occupa
2 tione, vt ait Sallusti. † ꝛ sic ēt sicut viribus acqrit̄ iperiū, virib⁹ diminuitur sicut ēt quelibet res violēta ꝟm naturā diminuitur, vt ponit phs in libro de celo ꝛ mūdo. ꝛ qḋ imperatores armorū potentia mundū subiugauerint pꝫ, qꝛ populus romanus imperatorē ꝯstituit. l. ij. §. nouissimū. de orig. iur. ꝛ deinde ipse imperator regna, ꝛ ciuitates sibi subiecit, cū lōge añ ex iuregentiū regna erant ꝯdita, ꝛ dominia distincta, vt. l. ex hoc iure gētiū. de iusti. ꝛ iur. ꝛ deide ad imperatores post reges fuit deuētū, vt ad Julium cesarē, ꝛ sequentes, in auct. vt prepo. no. imper. §. si quid. ꝛ de offi. q̄sto. l. ij. ꝛ nō reperitur imperatores inde sequētes aliter qꝫ per armoꝝ fortitudinē, ꝛ virtutes regna acquisiuisse, ꝛ imperium fuit ꝺ facto, potiusqꝫ de iure. vt in auc. vt oēs obe. iu. prouin. in princ. ꝛ romani ciues ꝛ imperatores sibi regna ꝛ gentes ceteras armoꝝ potentia subiugarunt. ff. de cap. l. postliminij. §. filius. ꝛ C. de nouo. C. confirman. l. j. ꝛ in proemio insti. ꝛ tā Africa qꝫ alie innumerose prouincie sub iuga nostra deducta cognoscunt opprimendo alios, qui pp eoꝝ imbecillitatē eis inceperunt eē subiecti. arg. in decretis distin. vj. c. nō est peccatū. si ergo imperatores armis, ꝛ potentia acquisierunt Imperium, quare non dicimus, ꝙ pro ipso imperio viribus, ꝛ armis sit pugnandū, vt vnus obtineat imperium, qui sit viribus potētior, nā dicūt milites, ꝙ ius est in armis. arg. l. j. in princ. C. de iusti. C. ꝯfir. in prin. ꝛ in proemio insti. Et alibi in psalmo dr̄, Celum celi domino, terram autem dedit filijs hominum, quia deus omnia gratia hominum composuit.

ff. de vsur. l. in pecudum. in fin. ꝛ in scriptura diuina, Constituisti eum super opera manuum tuarũ. vnde quicquid homo sibi acq̃rit, suũ erit. iurisdictio. n. dñio equiparatur. ff. de statu ho. l. qui furere, ꝛ quod habetur Deuteron. xj. qđ calcauerit pes tuus, tuũ
3 erit. ff. de aqui. pos. l. j. in prin. †ideo enim bellandum est, vt sine iniuria in pace viuamus. xxiij. q. j. militare. ꝛ facit. ix. q. j. si quis pro hac parte. etiam facit q꞉ aliqui dixerunt, ꝙ imperiũ est a fortuna, ar. l. ad soléniozis, de diuer. offi. ꝛ facit. l. propositas. C. de comi. ꝛ tribu. schola. li. xij. ꝛ. l. iij. de silen. in ver. ꝛ successu meliorem. de proxi. sacro. scrine. l. iij. in ver. ꝛ prosperioris fortune iudicio. ꝛ in auc. qui. mo. not. effi. sui. §. legitimi. ꝛ de vete. iur. enucleã. l. ij. §. sꝫ ꝛ q꞉. ꝛ de nup. l. fi. in fin. ꝛ. C. de legibus. l. digna vox. ꝛ tꝫ Bal. in ti. de pace constan. in ver. in ciuitate. ꝛ videtur tex. in auc. de consul. in fi. ꝛ in hoc fortuna dici potest euentus rerum prouisarum a deo. vt in auc. vt liberti decete. in prin. pugnãdo enim fortuna alteri confirmabit imperium ex vno ictu ensis, ꝛ erit pax, ꝛ cessabit scisma, ꝛ quia non est bonum, vt semper mundus stet in tribulatione ꝛ luctu, ſm Bal. in titu. de pace iuramen. firman. ad fin. In contrarium facit, quia imperator non debet personaliter pugnare, nec ẽt dux exercitus, quia in eo est periculum vniuersoꝝ, vt habetur in bello iudaico. Egisip. v. ꝛ Quintilianus in milite Mariano. ꝛ quia in eo est omnium salus, vt ait Lucas de penna. in. l.
4 ij. de tyro. lib. xij. ꝛ Alexander de optimo imperatore dixit, †imperatorem consulte, magisꝙ audacter pugnare oportere, vel omnino potius abstinere a pugna. nõ enim tantopere pugnando ꝓdesse reipublice poterit, etiam si insuperabilem quandam afferat fortitudinem, ꝙ̃ obesse penitus, si cadat. lꝫ dicatur ꝙ rex Dauid cum Golia pugnauit, tñ hoc fuit operatiõe spiritus sancti, ꝛ deo iubente ſm theologos, ꝛ habetur in. c. monomachiaꝫ. pluries alleg. s̃. pro quo etiam facit, q꞉ imperiũ non a fortuna, sed a deo est a quo est omnis potestas. ad Roma. xiij. ꝛ. xxiij. q. j. quid culpatur. Unde non fortuna, sed diuinitate propitia romanũ defertur imperium. de offi. ma. mili. l. fi. in princ. ꝛ Salust. in prologo Jugurthin. dixit ad gloriam virtutes via crassatur abunde pollens ꝛ clarusꝙ est, neꝙ fortuna eget. ꝛ Hier. in libro de vera circuncisione. dicit nil per deum fieri sine rõne, illosꝙ cecos vocat, qui putant fortunã habere aliquid potestatis. Et ꝙ imperiũ sit a deo, ꝓbatur in. l. fi. C. de quadri. prescript. ꝛ de summa trin. inter claras patet in auct. quomodo opoꝛ. epi. in prin. sicut etiam sacerdotiuꝫ a quo non differt. in auc. de non alie. §. scimus. colla. ij. ꝛ in auc. ꝺ fide instru. §. j. ꝛ alibi dicitur eẽ a celesti maiestate. l. j. in princ. C. de veter. iu. enucleand. ꝛ. xv. dist. duo sunt. ꝛ. c. si imperator. in ꝟbo, dei nutu consequuta est potestatem, vnde cum a deo sit nõ dꝫ
5 submitti dubio iudicio belli, †ꝛ q꞉ a se propria voluntate abdicare non potest imperium. arg. c. dudum. §. nos ergo. de preben. in. vj. ꝛ Bal. in preludijs feudorum. ꝛ idem Bald. in proe. ff. vbi de donatione Constantini. vnde debet adiri papa in tali discordia, qui cognoscet de iure vtriusꝙ, ſm Jo. and. in. c. venerabilem. de elec. in addi. in Specula. in titu. de prescrip. nã vbi imperator vellet renunciare imperio re integra ante confirmationem suam, debet renunciare in manibus electorum. post confirmationem vero, in manibus pape, vt nota. in. c. cum in dubijs. de renunc. ꝛ sic isti imperatores potius deberent renunciare in manibus electoꝝ vel pape, ꝙ̃ vnus alteri vincenti in duello, quia imperator nõ potest installari, nisi rome, secundum Jnno. c. in literis. de restit. spo. ꝛ Bal. in. §. ad hec. de pace iuramen. firman. vbi dicit ꝙ dꝫ accedere romam, ꝛ non mittere pro confirmatione sua. ꝛ qui feudum dare possunt. §. cum vero. vbi tex. ꝛ sic cum debeat in tali discordia adiri papa, non est locus pugne, quia victor vt tyrannus haberet imperium, quia dicit sacra scriptura, Qui non intrat per ostium, fur est, ꝛ latro. ꝛ Bartol. dicit in. l. j. ad legem iuliam ma-
6 ie. †ꝙ reges intrantes regnum Sicilie, quod est ecclesie, committunt crimen lese maiestatis, ꝛ sic si iste vellet vsurpare imperium cum pugna, non liceret. si tamen de facto pugnarent, ꝛ vnus aliũ superaret, an iste, qui fuit victor debeat confirmari in imperium, quia alter videtur cessisse sue electioni, vel possint dicere papa vel imperij electores, ꝙ ille non potuit imperium, in quo ius habebat, submittere iudicio pugne, nec renunciare, nisi in manibus electorum, vel ꝙ iterum fiat electio, vel ꝙ discutiatur de iure illius perdentis. hoc relinquo summo pontifici, cuius decisio in presenti casu eẽt necessaria, ꝛ nõ audeo ponere manũ in messeꝫ alienã, sicut nec digito celũ tãgere, tñ in foro ꝛ iudicio de more erit iperator, q꞉ hoc vr̃ actũ iudicio diuino, vt pluries diximus. nã qñ erat discordia de regno Sicilie, ꝙ spectat ecclesie inter regẽ Carolũ, ꝛ regẽ Pet. de arago. decreuerũt pugnare cũ licẽtia pape, ꝛ cardinalium vt. s̃. diximus cum hoc, quod victor haberet regnum.

SVMMARIVM

1 Rex an pro regno possit licite cum imperatore pugnare.
2 Imperator omnibus presidere dicitur.
3 Imperator dicitur defensor ꝛ aduocatus ecclesie.
4 Dignitas regalis habet plenitudinẽ ptãtis sicut ꝛ imperialis.
5 Reges prius tempore fuerunt, ꝙ̃ imperatores.
6 Reges qñ ꝛ pro quibus causis possint imperatores prouocare.

¶ An liceat regi pugnare cum imperatore pro regno.

1 Pone †ꝙ oriatur contentio inter regem ꝛ imperatorem super vno regno, vt quia imperator pretendit ꝙ regnum Boemie sit suum ꝛ ad eum spectet ex successione vel alio iure. Rex vero Ungarie ꝓtendit similiter, ꝙ ad ipsum spectet. ꝛ super hoc habent guerraꝫ, ꝛ vt regnum non dissipetur, rex reuocat imperatorem ad pugnaꝫ dicens velle pugnare cum eodem, ꝛ per pugne iudicium ostendere regnum esse suum. imperator dicit ego sum imperator, ꝛ tu rex non conuenit mihi tecum pugnare, quia sum mundi dominus, ꝛ luminare maius, ꝛ tu es mihi subditus, sicut oẽs creature, ꝛ oẽs reges terre. Rex Ungarie replicat, ego nõ sum tibi subditus, q꞉ reges vngarie non recognoscunt imperium ab eo, ꝛ vbi recognosceremus tu ad hoc regnũ venis, vt rex, nõ vt imperator, q꞉ pretẽdis non iure imperij ad te spectare, sed alio iure successionis, vel patrimonij, an sit locus pugne. ꝙ rex non possit hoc casu pugnare cum imperatore ratione excellentie imperij. Et primo videtur
2 ꝙ nõ, †quia imperator presidet omnibus preter deum. in auc. vt omnes obe. iudi. prouin. §. fi. ꝛ est mundi dominus. l. deprecatio. ad. l. rho. de iac. ꝛ. l. bene a zenone. de quadri. prescript. ꝛ Bart. ad reprimenda. in ver. totius orbis. iteꝫ q꞉ imperator imperat in omni ditione, que videt solem. d. §. fi. ꝛ in oibus insulis mundi. ꝛ in auc. de non alie. ꝛ in auc. de eccle. titu. item est sup oẽs duces. l. ꝙ ait. ff. de infami. vbi Bal. hoc not. item quia rex Ungarie subest de iure imperij, sicut alij reges mundi. vij. q. j. in apibus. ꝛ in aucten. ꝯstitutio que de digni. circa prin. ar. in. l. relegatoꝝ. §. interdum. de interdic. ꝛ rele. Et q꞉ imperator tanꝙ̃ presidens oibus facit legem cõem. in auc. de instru. caut. §. q꞉ igitur, ꝛ q꞉ sicut sacerdotiũ diuinis ita imperiũ humanis presidet. in auc. qũo opoꝛtet epi. in prin. nam imperatores pontifices dicuntur. xxj. dist. c. clericos. ꝛ. c. clericos. ergo imperator dicitur habere vtrũꝙ sacerdotiũ, qđ processit ab vno eodẽꝙ principio. in auc. de nõ alie. §. sancimus. qđ pꝫ, q꞉ imperator vngitur, ꝛ consecratur. c. j. de sacra vnc. itẽ q꞉ imperator hꝫ duplicem dignitatem. s. regiam. quia primo est rex romanoꝝ, ꝛ deinde ad imperium promouetur, extra de elec. c. venerabilem. ꝛ dicitur ab eo procedere celeste oraculũ. l. iubemus. ꝛ in. l. neminem. de sacros. qui etiam in terris est sicut deus in celis. d. §. q꞉ igitur. ꝛ in prin. ꝛ auc. constitutio que de digni. §. illud. ꝛ. l. ij. de quadri. prescrip. in ꝯ̃triũ facit, q꞉ imperium est officiũ, ꝓp qđ est protector ecclesie. cle. j. de iureiurã. ꝛ extra ꝺ
3 electio. c. venerabilẽ. vbi †imperator est defensor, ꝛ aduocatus ecclesie. ꝛ. lxiij. dist. c. tibi. q꞉ iõ fuit ꝯstitutũ imperiũ, vt videat ꝛ discernat. in auct. de instru. cau. ꝛ fide. circa princi. prime colum. ꝛ dixit Bal. in proemio. C. ꝙ imperator est officialis, respectu aũt regni si qđ hꝫ, vel habere pretẽdit, est rex, vt in. c. ad apostolice. de re iudi. vbi de Fede. imperatore, qui habebat regnum Sicilie ab ecclesia, vel q꞉ est rex romanoꝝ. vt. s̃. est visum. vnde si respectu regni gerit bella cum alio rege, ꝛ non respectu imperij, dicer̃ ei par in hoc ꝛ par in parẽ nõ hꝫ imperiũ. ff. de manu. vin. nec mirũ, q꞉ iura, que loquuntur in imperatore habent locũ in regibus. Bal. in. c. abbate. de re iudi. ꝛ Jnn. in. c. cũ. ꝑ. de fide instru. ꝛ q꞉ ex iure gentiũ, ꝙ antiquitus cũ ipso genere humano est proditũ. de acqui. re. do. l. j. regna fuerunt ꝯdita. l. ex hoc iure. de iusti. ꝛ iur. ante fuerunt reges ꝙ̃ imperatores, ſm Salu. in princ. sui operis. ꝛ. l. ij. §. in initio. de ori. iur. ꝛ de Enea ꝛ de Romulo, numa põpilio, lꝫ demũ ad imperatores fuerit deuentũ, vt ad Juliũ Cesarẽ ꝛ sequẽtes, vt in auc. vt prepo. no. impera. §. si qs. ꝛ. l. ij. de offi. quest. nã ante vrbẽ ꝯditã ꝛ post prime leges seculi a regibus processerunt. vij. di. c. moises. ꝛ. d. §. si qs. ꝛ. d. l. ij. de ori. iur. post prin. naꝫ
4 †ꝙ ipsa regalis sicut imperialis dignitas in tpalibus precellat, ꝛ habeat plenitudinẽ ptãtis, pꝫ in. d. l. ij. §. in initio. ꝛ i. §. exactis deinde regibus. ꝛ facit. viij. di. c. que ꝯ̃ maiores. nã sunt due psone, quibus mundus regitur regalis, ꝛ sacerdotalis. ij. q. vij. c. cuꝫ Dauid. ꝛ. xcvj. di. c. ij. ꝛ q꞉ sicut per imperatores, ita ꝛ ꝑ reges seculi, deus distribuit iura humana. xxiij. q. iij. c. quicunꝙ. ꝛ. viij. distin. c. quo iure. ꝛ sic vr̃ habere rex ꝛ imperator parẽ dignitatẽ seu potestatem,

potestatē, vt habet in.d.l.ij.de ori.iu.vbi imperatores post reges in iurisdictione eo℞ successerunt, q̄ et rn̄sa regū celitus.i.diuinitus ꝓcedunt.l.ij.C.de cu.reo.lib.xij.⁊.l.nemo.de re mil.Dicit̄ et sacrū oraculū.l.⁊ si legibus.ff.ꝯ ius.Et dr̄ et diuinū rn̄sum.l.fi.ꝯ diuer.rescrip.nā et reges in regnis suis hn̄t gladij ptātē. xxxiij.q.v.c.sunt quedā.⁊.c.solite.de maio.⁊ obe.⁊.xxiij.q.v.regū.vbi de iustitia regū. nā papa aliqn̄ regi obsequit̄.xxv.q.j.satagēdū. Et alibi dr̄, estote subditi regibus.d.c.solite.Et dr̄ cor regis in manu dei est.⁊ nō dicit imperatoris, vt epistola inter claras. nā Justinianus Eneā, Romulū, ⁊ Numā Pōpiliū reges, ⁊ nō imperatores appellat.in auc.vt prepo.no.impe.in prin. ⁊ et canon sic appellat.xcvij.distin.ecclesie.nā reges et gestant coronā in capi-

5 te.xij.q.c.j.†nā et dr̄ ꝙ in initio oīa manu a regibus gubernabātur.d.l.ij.de ori.iu.vn̄ nō maior sit auctoritas imperatoria, q̄ʒ regis liberi, q̄ sunt in dignitate similes.C.de offi.prefec.vrb.l.j.lib.xij. lʒ nomine differant. nā lex appellatione regia ꝓ imperatoria vtitur.l.j.C.nemini licere in fre. ⁊ in.l.milites qui.C.de re mil.li.xij.reges.n.liberi precipue hn̄t in suo particulari dn̄io illā ptātē, quā hʒ imperator in vniuersali.c. sup qbusdā.§.preterea. de ver.sig.⁊ qđ no.Jnn.in.c.cū te.extra de re iudi. Accedat predictis, q̄ rex in suo regno est lex animata, vt in auct.de ꝯsul.⁊ tollit legē cōem, dūmō nō tollat ius superioris.c.deierātes.de iureiu. Et et reges hn̄tes supremū imperiū equiparant̄ iperatori, q̄ tabelliones creant, Jnn.in.c.cū.p.tabellio.de fide instru.Unde isti reges sunt liberi priuilegio, vel prescriptione.lxiij. dist. adrianus.⁊.c.in apibus.§.alleg.⁊.vij.q.ij.scitote.qui liberi reges hn̄t ptātē imperatoris, ⁊ romani populi.ff.de cap.l.postliminij.⁊ Exod.vj. iussit rex.⁊ tales reges in suis regnis sunt monarche, ⁊ equiparant̄ imperatoribus p predicta, arg.l.postliminiū.⁊.l.nō dubito. ꝯ capt. vbi imperator in amicitiā reges vocat.⁊ facit, q̄ reges sunt i maiestate, sicut iperatores.l.regie.C.vt nemo priua.⁊.l.digna vox.

6 C.de legi.⁊ aposto.iubet honorari.viij.di.c.quo iure.†Et sic dico ꝙ reges poterunt ꝓuocare imperatores, ⁊ cū eis pugnare ꝓ cā nō tāgente imperiū, q̄ in illa imperator veniret, vt imperator, ⁊ dux romane ecclesie, ⁊ excelleret tūc oēm regē in officio, ⁊ dignitate, q̄ in tāgētibus eius officiū ipse imperator est dei vicarius in terris.xvj.d.c.si imperator.⁊ q̄ ꝯcernētibus statū imperij oibus preest preter deū.in auc.vt om.obe. iudi. prouin.§.arripiat.⁊ de maio.⁊ obe.c.solite.⁊ in auc.qūo opor.epi.in prin.⁊.xcvij.distin. duo.nā imperator est rex romano℞.d.c.p venerabilē.qđ regnum nō trāsmittit ad filios, sed rex sic.iō dr̄ qđ rex plus iuris hʒ in regno, q̄ʒ imperator in imperio.xxij.q.j.cepit.vbi dr̄ ꝙ filius regis patre viuēte ex successione dr̄ rex.nā imperator se regē appellat. l.j.C.vt nemo pri.⁊ lex regia fuit, que oē ius trāstulit in imperatorē.l.j.de ꝯsti.princi.de vete.iure enucle.l.j.§.quecūqʒ. nam primi magnates fuerūt reges.l.ij.§.exactis.de ori.iu.vbi hr̄, ꝙ maiorē ptātē habuerūt reges ab initio, q̄ʒ iperatores.⁊ iō rex liber n̄ subdit̄ iperio, poterit cū iperatore pugnare ꝯ aliq̄ re, vel dn̄io, qđ nō ꝯcerneret imperium, vel dignitatem imperialem, per predicta.

SVMMARIVM

1 Reges duo contendentes de regno an possint singulare certamen inire.
2 Dignitates magne non sunt in partes diuidende.
3 Arma, ⁊ bella leges precesserunt.
4 Regna quare bellis constituantur, ⁊ stabiliantur.
5 Fortuna dr̄ rerū temporaliū, que a deo preuise fuerunt euentus.
6 Rex personaliter non dʒ pugnare, sed tantum prelijs interesse.
7 Tutela, ⁊ procuratio reipublice ad quorum vtilitatē cōmissa sit.
8 Reges qui, ⁊ quales debeant institui.
9 Rex non debet minuere gloriam regie dignitatis.
10 Princeps dicitur communis omnium pater.
11 Regnum nec alienari, nec in dote dari potest.

¶ An reges contendentes pro regno possint guerram expedire per pugnam.

1 Duo reges †Cōtēdunt de regno, ⁊ habent propterea guerrā adinuicem, ⁊ bella fremunt inter eos, ⁊ vnus tenet vnā partē regni alter aliā partē, ⁊ regnū illud nō ꝯfertur a papa, vel imperatore, ⁊ iustitia est dubia, an isti reges p pugne iudiciū possint bellū expedire, vt q obtinet in pugna sit rex regni cum oibus vasallis superioritatibus, ⁊ iurisdictionibus, ⁊ alter cedat, q fuerit deuictus in pugna. Et primo vr̄ ꝙ sic, q̄ bella gerimus, vt pacē acquiramus, vt.xxiij.q.j.militare.⁊.xi.q.j.si qs.q̄ nō est bonū ꝙ mūdus semp stet in bellis, vt dixit Bal.in tit.de pace iuramē.fir.vbi de laudibus pacis.⁊ principes armis acquisiuerunt imperiū, vt est plene probatū.§.in.q.imperato℞.in.c.mortuo imperatore.ad qđ et accedat, q̄ regnū est indiuisibile.c.lʒ. de voto. ⁊ tʒ

2 Cyn.in.l.si viua matre.C.de bonis matern. † ꝙ dignitates magne nō diuidunt̄ in partes.c.j.de feud.marchi.qđ suadet vtilitas subiecto℞, q̄ expedit multitudinē gubernari ab vno.l.ij.§.nouissime.ff.de ori.iu.⁊ q̄ diuersitas principatuū mala, vnus ergo pn̄ceps.xij.meta.⁊ q̄ vasalli nō pn̄t eē ligij nisi vnius, vt not.in cle. pastoralis.de re iudica.iō expedit, vt p bellū vniuersale, vel singulare certamē vnus sit rex, ⁊ nō plures, q̄ tūc ius est in armis, qn̄ nullus est superior, q cām regni dirimat, p.l.ij.§.exactis. de orig. iu.nā vbi deest copia iudi.qlibet sibi ius dicit.ff.que in fraud. credito.l.ait pretor.§.si debitorē.⁊ qđ no.in.l.iij.§.cū igitur. de vi ⁊ vi arma.⁊ q̄ volūtas regis est viua lex.⁊ rex naturā mutare pōt Bal.in.l.ij.C.si pendē.ap.nā aliqn̄ regna ꝯcedunt̄ occupāti, fm Bal,in.l.j.C.de eman.libe.⁊ facit qđ scribit Hiero. ad Paulinū in epistola, bonus homo nihil sine magno labore dedit deus ipse mortalibus.Jnde magister militū ex sudoribus clarus fit.l.fi.vbi senato.vel clari.⁊ qđ hr̄ institu.in proe.in verbo, bellicos q dē sudores nostros ⁊c.

3 †⁊ facit q̄ añ fuerūt arma, ⁊ bella ad dominādū, q̄ʒ leges.ff.de capti.l.postliminij.§.filius. ⁊ facit.l.ij. de ori.iur.vbi in prin.vrbis ꝯdite populus habebat regē, ⁊ nō legē, ⁊ sic regna nō subijciunt̄ legibus, sed armo℞ potētie, vt institu. in proe.⁊ in.l.ij.de nouo C.cōponē.⁊ q̄ in istis par est legū ⁊ armorū potētia, argu.l.aduocatis.C.de aduo.in verbo coracijs nituntur.⁊ dixit Bal.in.l.ex hoc iure.de iu.⁊ iu.ꝙ reges creati sūt ex necessitate, q̄ oīa capite indigēt.q̄ in primordio creatura℞ nulla fuit distinctio gētiū.in auc.qb.mo.na.efficiunt̄ sui.§.j.vn̄ q̄ deus q nūq̄ʒ incidit in idē, ne sit superfluus, mētes hominū fecit diuersas, pp qđ hoies inceperunt aduersari, ⁊ bellari, ⁊ ex bellis vētuʒ est ad diuisiones gētiū, ⁊ linguarū, ⁊ iō hoies indigent regibus, q sunt de iure gētiū, ⁊ cū idigeant regibus decet habere regē, ne tota gens pereat.⁊ cū reges sint de iuregētiū.d.l.ex hoc iuregētiū.

4 †⁊ bella sint eodē iure, ipsa regna ex bellis ꝯstitui dʒ. vt eo iure q̄ sunt inuenta ꝯstituant̄.⁊ facit q̄ reges, q nō recognoscunt superiorē, pn̄t in cā ꝓpria iudicare, fm Bar.in.l.est receptū. de iuris. om.iudi.Et Jnno.in.c.ex pte.de verb.sig.vbi dicit ꝙ pn̄t se submittere iudicio inferiorū.si ergo hoc pn̄t, a maiori se pn̄t submittere strenuitati sue, ⁊ iudicio sui belli.arg.auctē. multomagis. de sacros.⁊ facit q̄ in regalibus dignitatibus seruāda est ꝯsuetudo. de alie.feud.§.in feud.⁊ videmus ꝙ duobus regibus cōpetitoribus in regno, ille obtinet, q aliū superat vi, aut armo℞ potētia, dolo, vel virtute, i quo deus, ⁊ fortuna operat̄.vt in auc.vt oēs obe. iudic. ꝓuincia.in prin.⁊.C.de iustini.C.l.ij.in prin.⁊ arg.in decre. vj.distin.c.nō est peccatū.iuncta.l.fi.de quadri.prescrip.⁊ de veteri iure enucle.l.j.in prin.⁊.C.de comi.⁊ tribu.schola.l.j. ⁊ de ꝓ

5 xi.sacro.scrine.l.iubemus.in fi.†nā fortuna nihil aliud est q̄ʒ tēporalis euētus rerū a deo ꝓuisa℞.C.de thesau.l.j.⁊ arg.in auct. vt liberti decetero.in princi.vbi oē datū a deo ꝓcedit. Et Augustinus dixit, diuina ꝓuidētia regna ꝯstituunt̄ humana. Et in epistola inter claras.⁊ facit, q̄ bellū iudiciale ⁊ cāpestre qđ fit cū armis equiparant̄.c.j.qui.mo.feu.amit.⁊.c.ij.in gl.de forma fidelitatis.⁊ que sit prima cā benefi.amittē.§.sed si dilator. vbi vasallus tenet̄ dn̄m suū adiuuare in bello cāpestri, qđ fit cū armis, ⁊ in bello iudiciali, ⁊ sic in tali discordia oportebit, vel bello iudiciali, aut cāpestri cāʒ regni dirimi.nec est hoc absurdū, q̄ multi reges, ⁊ principes inierunt singulare certamē, put Saul q in prelio ad mortē pcussus pugnauit.ij.regū.i.c.Et et Dauid pugnauit cum Golia. Et diximus de alijs regibus, q pugnauerunt psonaliter, vt pacē haberet, ⁊ Romani et fecerunt bellū tregeminuʒ, vt.§.in alio.c.Jn ꝯ̄riū, q̄ rex in preiudiciū successo℞, ⁊ subdito℞ nō pōt populo suo dare aliū regē, q̄ populus liber est, lʒ sit sub rege.de here.⁊ fal.in prin.maxime popul⁹ Romanus fm Bal. in proemio.ff.nec et rex pōt alienare demania regni, ⁊ vasallos ipsis inuitis.vt no.Jo.an.in.c.cū dilecti.de maio.⁊ obe.⁊.l.inuiti.de fideicōmissa.liberta.ergo nō alienabit regnū.p.c.intellecto.cū ibi not.de iureiu.⁊ in.c.p venerabilē.in fi.de ele.⁊ Bal.in preludijs

6 feu.q dixit ꝙ vnus rex nō pōt facere aliū regē, †nā rex nō dʒ pugnare psonaliter, sʒ tm̄ prelijs interesse, q̄ ex sua presentia auget̄ audacia pugnatoribus.⁊ q̄ in eo est periculū vniuerso℞. Egisipus in bello iudaico lib.v. ⁊ Quintilianus in milite Mariano, q̄ in eo oium salus est.nā dignitas regia nō patit̄ sectionē.x. dil. c.j.⁊ eo℞ successio defert̄ primogenito.de ꝓhibitione alie.feud.p Fede.l.imperialem.§.preterea ducatus.Et pʒ in paralipo.c.xxj.

tibi regnū tradidit Jo. eo ꝙ eēs primogenitus. nihil est. n. in he-
redibus carius primogenito, ſm Augu. in sermone de decē pre-
ceptis. ⁊ x. plagis. q: preclarior est eoꝝ natio, Sapien. xviij. q: ip
se est principiū liberoꝝ eius, ⁊ huic debent primogenita. Deute-
rono. xxj. ⁊ no. Jnn. de voto. c. licet. ⁊ aliqd vellet agere in regno
rex, nō posset in ꝑiudiciū primogeniti sui. nā regnoꝝ ⁊ principa-
tuū successiones deferēde sunt nō tā ad vtilitatē succedētiū, q̄ȝ ad
cōmoda subiectoꝝ. j. q. j. c. ecce. ⁊. c. seq. ⁊ Augu. quarto de ciui-
tate dei. c. iij. vtile est vt boni lōge lateq; regnent. neq;. n. hoc tam
ipsis q̄ȝ illis vtile est, qbus regnant. ⁊ Tullius primo officiorum.
7 †Tutela ⁊ ꝓcuratio reipublice nō ad eoꝝ vtilitatē, q cōmissi sūt,
sed ad eoꝝ qbus gerēda cōmissa est, ⁊ ꝓpea q: negocia regni dn̄r
vniuersitatis, vn̄ in eoꝝ preiudiciū rex nō pōt regno cedere, q: si-
cut anima regit corpus, ita rex regnū, ſm Aristo. quarto politi. ⁊
viij. ethicoꝝ. ⁊ ſm Orosiū. iij. ad Augustinū in rege nō debēt ita
vires corporis attēdi, q̄ȝ ingenij, vt ēt si expediat magis claudi-
cet rex, q̄ȝ regnū. nā vt ait Seneca de trāquillitate animi post pri
cipiū. nō is solus reipublice preest, ⁊ de pace belloq; censet, sed q
in bonoꝝ preceptoꝝ copia virtute instituit. ⁊ vt ait Tullius in li-
bro de senectute. neq; enim viribus, aut velocitatibus, aut celeri
tate corporis res magne gerunt̄, sed auctoritate, ⁊ ꝯsilio. ⁊ dicit
Jsidorus arte q̄ȝ armis, prudētia q̄ȝ potētia, rōne q̄ȝ impetu po-
tius regit, ⁊ regitur. ⁊ dixit Liuius de secūdo bello punico. li. xij.
prudētia magis imperatoris timēda est, q̄ȝ potētia. ⁊ facit qd̄ dr̄.
8 lxj. dist. epm. †vbi nō sunt ꝯstituēdi reges, nisi quos nota, ⁊ ꝓba-
bilis vita cōmēdat. sic ergo rex nō dȝ ex leuitate quadā inire sin-
gulare certamē cū periculo eius reipublice, sed regnum prudētia
virtutibus, ⁊ ferro hostē domare, vincere, ⁊ milites suos ꝓ pace
habēda guerris submittere. Juxta illud Horatij pro his aūt eo-
rūq; salute honesta mors a militibus est appetēda. ⁊ Quintilia-
nus interpres pauperis ꝓpe finē. salus subiectoꝝ ex illo post deū
incolume ꝓpēsius pēdet. ⁊. xl. dist. si papa. ⁊ eius iusto ꝯsilio re-
gnū pacare, ⁊ nō manu forti, vt ait ibidē Horatius, manu fortes
nec sunt tibi martis ſm ꝯsilijs cessere meis tibi dextera bello, vti-
le ingeniū est, ꝙ eget moderamine nostro, tu vires sine mente ge-
ris, tu tm̄ corpore ꝑdes, nos animo pectora sunt potiora manu.
ne q ponit̄ ad regimen populoꝝ fiat ruina multorum. xj. qō. iij. c.
ita corporis. Et disputauit frater egidius de regimine principuȝ.
in lib. iij. ꝑtis. ij. c. v. cōmodius eē reges ꝑ viā electionis assumi q̄ȝ
successionis deferri. ⁊ qd̄ no. in. c. grādi. de suppl. neg. prel. ⁊. viij.
q. j. moises. multomagis periculosius eēt ipȝ regē assumi vno te-
li, vel ensis ictu, ⁊ a casu ⁊ fortuna. ⁊ subdit idē Egidius ibidē in.
c. xxix. magnū periculū vniuersis afferri regē ꝯstitui iuuenē, vt ſȝ
mores iuueniles cū sit custos iustitie ⁊ equitatis. v. ethic. ⁊ ꝙ nō
debeat rex pugnā facere ꝑsonalē, ita ꝙ in casu succūbētie alter ac
cipiat regnū. facit illud Baruth. iiij. ne tradas alteri gloriā, ⁊ di-
gnitatē tuā. ⁊ prouerbioꝝ. v. ne des alienis honorē tuū. ⁊ facit ꝙ
dr̄ prime ad Corinth. ix. c. bonū est mihi magis mori q̄ȝ vt gloriā
9 meā qs euacuet. †nā rex gloriā sue regie dignitatis nō dȝ, nec pt
minuere, ſm Tulliū. ij. Rethor. ⁊ facit q: dignitas regalis vel co
mitalis est ꝓpriū munus totius vniuersitatis regni, iō in aliū trās
ferri nō pōt, nec vēdi, ſm Bal. in ti. de feu. marchie. Et Sallust.
nō sine ꝑiculo emitur ab vno, qd̄ est vniuersitatis, ⁊ iō nō lȝ vsur-
pare regalē dignitatē, ſm Bal. ibi, nā princeps est reipublice ma
ritus. Juxta illud Lucani in. ij. vrbis pater vrbisq; maritus. ⁊ sic
inter principē ⁊ rēpublicā matrimoniū politicū ꝯhit̄, sicut inter ꝑ
latū ⁊ ecclesiā. vij. q. j. sicut prelatus in ecclesia, ⁊ ecclesia in prela
to. vij. q. j. scire. sit respublica in principe, ⁊ princeps in republica,
ſm Plutarchū in institutione Traiani. ⁊. l. nemini. de ꝯsul. qūo
ergo rex seu princeps poterit abijcere suā vxorē. s. rēpublicā, vt si
succūbat in duello, respublica sit alterius, nā sicut vxor a deo da-
tur, Prouerbioꝝ. xix. sic respublica datur regi a deo. in auctē. vt
iudi. sine quoquo suffra. §. traditū. ⁊ in titu. scriptū exēplar. §. ij. ⁊
10 qūo oportet epis. in prin. †Similiter princeps est cōis pater om-
niū. in auc. neq; mirū ꝙ ex se dote. in fin. ⁊ habet subditos in ptā
te, sicut pater filios. vt in auc. de incest. nup. §. dubitatū. qūo ergo
ꝑ pugnā filios abijcere poterit, ⁊ alteri dare in adoptionē illis in-
uitis. Et facit qd̄ dixit Seneca in ꝓuerbijs. olim se ita induit re-
publica Cesar, vt seduci alterū sine vtriusq; pernicie non possit. ⁊
in primo de clementia, Cesar anima reipublice est illa vt corpus
Cesaris, qūo ergo poterit animā abijcere spōte, nō video. ⁊ ad ꝑ
dicta facit qd̄ dixit Albe. in. l. cūctos populos. de sum. tri. qd̄ rex
nō pōt regnū subijcere seruituti. nec ēt si monasteriū ingrediatur
dignitas vel administratio ad monasterium trāsit. xx. q. v. eos. ⁊
Specula. de statu monacho. versi. xj. ⁊ Albe. in auct. ingressi. de
sacros. eccl. ⁊ Bal. in. c. cū magister. de electio. vbi dicit, ꝙ si rex
efficit̄ monachus, sequens regnū accipiet. ⁊ dixit Bald. in. c. ro-
11 dulphus de rescrip. †ꝙ regnū nō pōt alienari, nec in dotē dari, si
cut nec ēt rex posset filio dare administrationē regni in vita sua, li
cet nomē regiū sic. ij. q. ⁊ obitus. nec ēt regnū alienare. Bar. in. l.
prohibere. §. plane. qd̄ vi aut clā. Bal. in. l. j. §. in initio. de offi. ꝑ-
fec. vrbis. ⁊ in. l. oēs populi. de iustitia ⁊ iur. ⁊ cū ista eēt quedam
alienatio, vt si rex perderet in singulari certamine ꝙ alter victor
rex eēt. Dico ꝙ regnū nō ibit ad victorē in preiudiciū reipublice
regni, ⁊ filij primogeniti, si qs eēt, vel vasalloꝝ, nisi quatenus aliꝰ
ius haberet in regno, quo casu ꝑ papā eēt iudicādū, vel de ꝯsen-
su populorum pro pace ⁊ quiete regni, ꝑ predicta. s̄. allega. tn̄ re-
ges hoc nō affirmant, sed dicunt ꝙ ius est in armis, ⁊ dant enseȝ
pro libello. ⁊ inuocant ensem pro iudice competenti ⁊ male, quia
sunt tyranni hoc asserentes.

SVMMARIVM

1 Reges christianorum qui vngantur in coronatione ⁊ qui non.
2 Rex non coronatus an possit prouocare regem coronatum.
3 Corona regum qualis erat in veteri testamento.
4 Reges sunt qui se ⁊ alios per plenitudinem virtutum regunt.
5 Corone diuerse olim diuersis dabantur.
6 Corona non auget regiam dignitatem.

An rex non coronatus possit pugnare cum rege coronato.

1 Quoniam Supra aliqua de certamine impe
ratorum, ⁊ reguȝ dicta sunt. † Cō
tingit dubitari, q: ex quatuordecim regibus christia-
norum aliqui coronantur, ⁊ vngūtur a papa, vt est se-
renissimus rex Francie, rex Hierosolimitanus, rex Sicilie, ⁊ rex
Anglie, ⁊ non alij, nisi habeant ex ꝯsuetudine, vel priuilegio, ſm
Albe. de rosa. in prima constitutione. C. ⁊ habetur in pontificali
romane ecclesie, ⁊ in alio libro de regibus ⁊ ecclesijs seculi, de qui
bus in. c. intellecto. de iureiu. qui tunc non coronātur a papa, sed
2 per alios prelatos. †An alij reges, qui nō coronantur, possint ꝓ
uocare ad pugnā in singulare certamine reges coronatos. ⁊ hec
questio fuit inter regē Alfonsuȝ, ⁊ regē Renatū ꝯtendentes d̄ re
gno Sicilie, q: rex Renatus misit guantū belli, volens pugnare
vniuersaliter, vel singulariter cū rege Alfonso. Et Jacobus cal-
dola tunc armoruȝ capitaneus dicebat, ꝙ rex Alfonsus nō erat
coronatus, nec inuestitus de regno Sicilie, ⁊ Renatus sic, ergo
non debebat secum pugnare. ⁊ ideo Renatus ad diem duelli nō
accessit, q: sui proceres accedere noluerunt, ne submitterent se iu
dicio fortune. etiam dicebant regnum eē ecclesie romane, ⁊ de eo
nō posse fieri cōpromissum sine licētia pape, ⁊ ideo fuit facta eius
3 proclamatio per Alfonsuȝ regē ⁊ ꝓ ꝯtumace datus. †Jn qua q̄
stione dōm, ꝙ corona regū fuit primū in testamento veteri, ⁊ vo-
cabatur diadema, ⁊ erat aurea, ⁊ magni pōderis, ⁊ cū lapidibus
pretiosis. ij. regū. c. xij. in fi. ⁊ paralipo. c. xxiij. q̄ corona nō ꝑbet si
bi nouā dignitatē, sed est diadema, ⁊ signū regis, nō tn̄ regē facit,
arg. extra de vsu pal. c. cū sis. ⁊ de priuil. c. antiqua. in medio. ⁊ d̄
signat plenitudinē ptātis, ⁊ honoris insignia, ſm Sene. ij. de be-
nefi. nā vȝ priuilegiū imperatoris ꝯcessuȝ ante coronationē. l. fi. d̄
quadri. prescrip. ⁊ Jnn. in. c. ꝑ venerabilē. de electio. ⁊ in. l. bene a
zenone. de quadri. prescrip. Et qd̄ ibi late Cy. ⁊ cano. de elect. suf
fraganeis. Et sicut annuli nō faciunt matrimoniū, sed matrimo-
nij signa sunt. xxx. q. nostrates. ⁊. c. illud. de presum. ⁊ facit qd̄ no
tatur de regulari. c. porrectū. ⁊ qd̄ hr̄ in. l. iij. de fabri. ⁊ arg. in. l. j.
de ꝯsu. in ver. repetiti. fasces virtutē nō augēt. ⁊ facit q: in regno
qd̄ successione defertur, filius regis dr̄ rex ēt viuēte patre. xxiij. q.
4 j. cepit. ⁊ sic corona est de eē regalis dignitatis necessario. †Quia
reges dn̄r, q se ⁊ alios virtutū plenitudine regūt. xij. q. j. duo sunt
⁊ sic videmus in alijs regibus qui nō coronant̄ obseruari, ꝙ om-
nia administrant, vt ceteri reges, q coronāt̄. nā corona nō auget
dignitatē regiā, q: isti reges, q coronant̄, nō habēt maiorē digni-
tatē, vel ptātē q̄ȝ nō coronati, q: tm̄ corona datur regibus, q: rex
grauitate morū splēdore vite ⁊ pretiositate intellectuȝ cūctos dȝ
eccellere. viij. ethic. ⁊ qd̄ hoc sit verum pȝ, q: multis corona daba
tur ꝑ romanos, q reges nō erant tpe ꝯsulū. nā dabat̄ corona au-
rea athletis. l. j. C. de athletis. lib. x. dabatur ēt reginis aurea co-
5 rona, Hester. viij. coronā aureā portans in capite. †Dabat̄ etiaȝ
corona oleagina. s. ex oliuarū ramis illis qui triumphū procura-
uerāt, ⁊ in bello nō fuerant. Erat ēt laurea, que dabat̄ ei qui pri-
mus loca hostiū subierat, ⁊ castrensis corona, que dabatur ei, qui
primus castra hostium irruperat. Et naualis, que dabatur ei qui

primus

primus armatus p viz naues bostiū ascenderat, & graminea corona dabaṫ duci, q ab obsidione exercitū liberauerat. erat myrtea corona, que dabaṫ his q vrbē dominātes intrabant, & hederalis corona dabaṫ poetis, & laurea ēt dabaṫ ꝯsulibus triūphantibus ꝟm Vale.li.ij.c.iij. Erat & corona vallaris, que dabaṫ ei, q primo vallū hostiū ꝯscenderat, ꝟm Vale.li.j.c.fi.§.qd matris. Unde cōcluditur, ꝙ rex nō coronatus pugnabit cū coronato, nec poterit
6 ꝓpterea refutari, †qꝛ corona nō auget dignitatē regiā, ſʒ est inuestitura, vel signū approbationis ad regimē cū lapidibus ꝑtiosis, qꝛ tot virtutes deberet hr̄e rex, quot babent illi lapides ꝑtiosi. & ita dʒ regis virtus nitere & splendere. & in qōne nostra Renatus fuit ꝓuocatoꝛ. & deinde non accessit ad diem, & contumax fuit.

SUMMARIUM

1 Comes an possit ducem prouocare ad certamen singulare.
2 Duces iure ciuili olim erant tribuni.
3 Tribuni olim gladijs aureis ad hostes ꝓpulsandos vtebantur.
4 Duces exercitus qui sint, & quale eorum officium.
5 Comites qui dicuntur, & quare sic dicti.
6 Comites a cōmeando dicti, ꝙ cum regibus meent.
7 Comites palatini abusiue dicūtur, qꝛ comitatus non babent.
8 Comes simplex non debet pugnare cum ducibus.

¶ An vnus comes possit ꝓuocare ad pugnā vnum ducem.

1 a **AN comes** †qui nō recognoscit superiorem in suo comitatu ex priuilegio, vel prescriptione, vel qui in suo comitatu tenet locū principis, & hʒ potestatē legis cōdende, & hʒ regalia & ab eius sententia nō appellaṫ, possit ꝓuocare ad pugnā vnū ducē, vel marchionē, vel principē. q superiorē recognoscat in suo ducatu, vel marchionatu, aut ꝑncipatu. Dubiū facit, qꝛ titulus ducatus maioꝛ est titu. comitatus, vt in tit. quis dica. dux vel marchio, in vsibus feudoꝝ. Et ꝓprie iste dignitates attribute a papa, imperatore, vel rege, aut alio principe aliquē inuestiendo de ciuitate, vel prouincia cum titulo ducatus, erit dux, si cum titu. comitatus erit comes, vel cuʒ titulo marchionatus, erit marchio, vel si cum ti. principatus, erit princeps, vt in principe Salerni, aut Capue. aut duce fuesse, vt in ti. quis dicatur dux, vel marchio. in vsibus
2 feudo. †Et de mero iure ciuili duces erant oliʒ tribuni. l.ij. de dome. & protecto. vel erant magistri militum, q exercitibus preerāt dicti a ducendo, ꝟm Vale. de disci. mili. c. lucius. qꝛ ordines militū habebāt instruere copias, & ostendere tramites, ꝑ quos sit fiēdus transitus, vt in. §.ij. vt nihil ex militari arte relinquatur incognitū, qui hodie dicuntur capitanei guerre habentes potestateʒ indicendi treugas, & inducias. de capt. l. postliminij. §. inducie & de pactis. l. conuentionum. nō tamen poterant aliquos recipere in fedus, vel amicitiā sine licentia superioris. Iosue. c. ix. & xij. q. iij. innocens. vbi Iosue cū principibus hostibus securitatē dedit, & videtur rex. ff. de lega. l. fi. §. fin. Et Orosius. v. ad Augustinū. Et Liuius ab vrbe condita lib. ix. dicit ꝙ fedus per consulē sine auctoritate senatus cum Sānitibus actum irritum fecit. Hi eñ secundū locum a regibus obtinebant, de origine iur. l.ij. §. in initio. & no. ff. de infami. l.ij. in principio. Qui erāt principes militie, sicut Dauit, qui fuit tribunus regis Saul, vt dicitur. j. regū. xviij.
3 c. †quibus dabaṫ gladius aureus, vt deijcerēt hostes. scdo Machabeoꝝ. c. fi. qui etiam milites preparabant & ad pugnā instruebant, & precepta dabant, & exercitū gubernabant, & regebant, gesta hostium, ac inimicoꝝ indagando. Deutero. xx. & in. l. officiū. de re milita. & habetur. xxiij. q. viij. vt prideʒ causa reipublice dilatandi. Et ꝟm Sallustiū in Iugurtino de Metello & Mario. debebant castra mouere, & exercituʒ munire, & vigilias ponere in agmine interduʒ in primis in medio & in postremis adesse, & qd hostes agant explorare, & omnia prouidere, & prelys interesse, qꝛ ex ꝑsentia eoꝝ augetur audacia pugnatoribus, non tñ se certamini faciliter ingerere. Et Egisipus lib. v. de bello iudaico. ideo his milites parare iubet, qꝛ nō soluʒ militibus, sed etiā cēturionibus prepositi partem quandā imperatorie obtinent potestatis, dixit Quintilianus in milite Mariano vbi multa ð potestate tribuni. Et Egisipus de bello iudaico lib. iij. ꝙ ad eos spectat muros instituere, & manum regere bellatoriam, & castra munire. qui princi
4 pes strenuitatis erant. †vnde cuʒ isti duces exercitus teneant locum principis in castris, quibus totius militie cura est cōmissa, & teneant ꝟm locū a regibus, dr̄ ꝙ pugnabunt cū quocunqʒ comite, si tñ loquamur de ducibus, qui de ducatu sunt inuestiti ab imperatore, vel rege, qui respectu ducalis dignitatis duces appellaṫur, nō tñ presint exercitui imperatoris, & sint tales, qui in eoꝝ ducatu nō teneant locū principis, ſʒ sint subditi imperatori, vel regi tunc isti duces non pugnabunt cū comite, q ex priuilegio, vel prescriptione esset liber, & teneret locū principis in suo comitatu, qꝛ ꝑ principe hr̄, arg. de capti. l. postliminij. Et Bar. in. l. hostes. in fi. eo. tit. & ff. de penis. l. relegati. & de pub. iud. l. infamē. & de ver. sig. c. sup quibusdā. Isti eniʒ comites, qui nō recognoscūt supiorē intitulātur dei gratia, qꝛ nō recognoscūt supiorē, nisi deū, & ensē vt dicūt milites, sicut impatoꝛ & rex liber, & in ꝑtāte, & iurisdictione parū a regibus differūt, qꝛ habēt supremā potestatē, & possunt legē cōdere in suis dñijs, per ea que notantur in. c. vt animarū. de cōst. in. vj. & in. c. ij. de maio. & ob. & Bar. in. l. j. qð qsqʒ iu. & And.
5 de isern. in tit. que sint regalia. de feu. in ꝟbo, potestas. † comites enim dicti sunt, qꝛ sunt in cōmentario principis, q est locus in quo princeps ꝯsilia celebrat. ff. qbus ex causis maio. l. abesse. in principio. vel a curia principis, que est comitatus. xxiij. q. viij. c. sinod. & l. nemo de re mili. Est ergo comes nomen dignitatis a principe collatū. l. prima. quis dicaṫ dux, comes &c. que dignitas nō dʒ ornamēto virtutū carere, qꝛ sunt comites seu socij principis a cuius comitatu arceri debent bonis moribus ornati iuxta no. in. l. j. C. de dignita. li. xij. nec iuxta eius palatiuʒ habitare. l. quicunqʒ. de operi. publicis. & de consecra. dist. v. fuerant. ideo nō decet comitatus titulo insigniri virtutibus ignobilē, qꝛ promouere indignū est decipere. lxj. disti. quid proderit. Et tempore romanoꝝ cōsules Romani comites dicti sunt. & ēt prouisoꝛ officij belli comes dicebaṫ, q erant capitanei belli ꝟm Papien. & facit de re mili. l. nemo. & sic accipiṫ comitatus. iij. q. vj. neminē. lʒ comes & capitaneus hodie sunt diuersi, qꝛ comes in plus se hʒ, q̄ capitaneus. d. ti. qs dicaṫ dux vel comes. & ꝟm cōsuetudinē Italie marchiones sunt maiores comitibus, nō sic in Frācia, & in Alamania qð no. Hostien. in summa de peniten. & remissio. §. qbus. sub. §. cui marchio. Et in testamento veteri maioꝛ erat dignitas comitatus, qꝛ princeps militie dicebatur comes regis, quinto regum. c. xx. vbi Ioab comes Dauid. qui Ioab. comes & dux appellatus est. j. para. c. xj. & idem. l. j. ij. & iij. de comi. archi. †Hi enim comites a cō-
6 meando cū imperatore, vel rege dicti sunt socij eius in bellis & in eius ꝯmeatu. argu. de his qui deie. vel effude. l. j. §. summa. erant ēt alij comites ꝯcistoꝛij principis, q erāt spectabiles, vt ꝓcōsules. l. ij. de comi. & tribu. li. xij. & de cano. largi. no. l. iij. in fi. & si erāt hi comites de ꝯsiliarijs imperatoris, vel regis iudicabanṫ illustres. qꝛ pars corporis principis. l. qsquis. ad. l. iul. maiesta. Erāt deniqʒ alij comites, & tribuni, qui habebāt curare ꝑ epulis imperatoris, & comites stabuli iperialis, & comites, q hēbāt curā palatij iperialis, de qbus i. l. ꝑpositos. de comiti. & tribu. iter quos erat maioritas. d. l. ꝑpositis. de comiti. & tri. Erāt ēt alij comites ꝑmi ordinis q ducebāt iperialē exercitū in prouincias trāsmarinas, q hēbant honorē qualē ꝓcōsules, vel maiorē, qbus veniētibus ad ꝯcistoriū ꝯsules assurgebāt. vt. l. j. ð comi. rei mil. Qui hodie dr̄r capitanei armoꝝ, & hi comites ꝑmi ordinis missi cū militari exercitu a principe, & q gerūt vicē magistri militū equales sunt ducibus, q ꝓuincias regūt. l. eos. C. de comi. rei. mi. & l. ij. de comi. archi. erāt ēt alij comites, q ꝓuincias regebant. i. comitatus. l. j. C. de comi. qui prouincias & habetur. iij. q. vi. neminem, vt sunt in Italia comes romandiole, & comes cāpanie, de quo hr̄ in. c. magne. de voto. †Comites āt nostri tēporis sunt aliq hn̄tes nomen
7 dignitatis huius sine aliquo dñio, vel comitatu iuxta principeʒ, vt sunt comites Palatini, qui hn̄t titu. non comitatum, isti dr̄r comites abusiue, si non hn̄t comitatuʒ. Bald. in. c. j. qs dicatur dux vel marchio & comes, & glos. in. l. prima. de tuto. & curato. ab his. Similiter comes qui est de stirpe comitum, licet non administret comitatū, ē comes. xliiij. q. j. si qs de comitissa. vbi de rege, q est de stirpe regia, lʒ nō administret, ꝙ est rex. & facit gl. in. l. fi C. de arbi. isti comites abusiui legitimāt spurios, & incestuosos, & aliā administrationē nō hn̄t, & sunt alij comites, q hn̄t comitatū, ꝓuinciam, vel ciuitatē in dñio cū titulo comitatus, q hodie proprie comites appellanṫ, de qbus in. d. tit. qs dicat dux vel comes, ista sunt in tertio ordine post duces habētes prouincias, vel ciuitateʒ sub titulo ducatos, qui habent hodie maiorē dignitatē, q̄ comites, qꝛ sunt magis ꝓpinqui iperatori, vel principi, & sunt in scdo ordine dignitatū, & marchiōes in tertio ordine, & co-
8 mites in. iiij. † & isti comites simplices nō pugnabūt cū ducibus vt. s̄. nisi comites ipsi essent liberi, & tenerēt i dominijs suis locū principis, & duces essent subditi, & regalia nō hn̄tes, vt sunt duces regni Sicilie, q sunt vasalli regis, & nō hn̄t supremam dignitatē, quia duces isti nō pugnabunt cum comitibus tenentibus locum

principis, q̄r licet appellentur comites, tamē in dignitate ⁊ bono re principes sunt in dominijs ⁊ iurisdictionibus eoꝝ. ⁊ ēt ꝑ supra dicta. Dico qd̄ omnes isti qui vacant in curia imperatoris, vel re gis i suis officijs supradictis. q comites appellant̄ vt. §. pugnare possent cū comite regni, vel impij, q haberet ꝓuinciā vel ciuitatē cū tit. comitatus, ⁊ esset subditus illi impatori, vel regi, q̄r par est sibi in dignitate, lȝ nō ꝓſit ciuitati, vel ꝓuincie. Et idē dico ꝙ Cā berlingi regis, vel maioꝛ domus, si sunt nobiles ꝙ pugnabūt cuȝ comite, vel marchione, q̄r hi sunt comites de principis comitatu ꝑ supradicta. ⁊ ista procedēt in foro ciuili. tn̄ in foro rei militaris vnus dux princeps nō liber, vel marchio, nō possēt refutare vnū comitē, vel baronē, aut nobilē magne virtutis, qn̄ vellet pugnare ex causa honoris, vel status seu dignitatis sue lese, q̄r teneret̄ satis facere honori suo, alias esset infamis. q̄r qui negligit famā suam est ꝓditoꝛ fame sue. l. j. C. de his qui poten. titu. vt. ℐ. proximo. c.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Princeps subditus an possit prouocari per ducem subditum.
2 Princeps, hoc nomen, ⁊ regi, ⁊ imperatori cōmune est.
3 Princeps est publica potestas, ⁊ imago diuine ptātis in terris.
4 Principes subalterni qui dicantur.
5 Dux subditus pugnare potest cum principe subdito.

¶ An princeps subditus possit prouocari ad duellum per ducem similiter subditum.

1 a N† principes subditi impatori, vel regi, vt sunt pricipes regni Si cilie, q subijciuntur regi, ⁊ sunt eius vasalli ꝓuocati a ducibus regni, qui similiter sunt vasalli regis, ⁊ nō ha bent supremā ptātem, astringant̄ pugnare cū illis ducibus, vt nō possint illos repulsare, tanq̄ sint eis pares. Dic ꝙ titulus princi patus ſm iura sine adiuncto in dubio pro impatore, seu rege mo narcha intelligit̄. ff. de leg. l. princeps. ⁊ l. ij. §. nouissime. de origi.
2 iu. † ꝙ nomē princeps est cōe tā imperatori q̄ȝ regi. in auct. vt p̄ po. no. impera. §. si qs. ⁊ de cōst. prin. l. j. ⁊ cuilibet alteri, q in suos subditos haberet monarchiā, nisi addat̄ aliud nomē, puta prin ceps ciuitatis, q̄r intelligitur ꝑ magistratu, vel domino illius ciui tatis, vt. ff. de excu. tu. l. spadonē. §. si ciuitatis princeps. qd̄ nomē qn̄ antonomasie ponit̄ intelligitur de illo, q aliū superiorē nō ha bet. Et qui vnus vocatur in iure princeps. i. primum caput oiuȝ, que dignitas ſm cañ. nō defertur ex sanguine non ex merito vite. viij. q. j. moyses. nec ex locoꝝ vel gn̄ris dignitate, aut vrbiū qua litate, ſȝ moruȝ nobilitate. xl. disti. c. nos qui. Unde Sen. extreme partis hominū antiquoꝝ optimus animoꝝūq̄ȝ rectoꝛ eligebatur,
3 ideoq̄ȝ non poterat esse potentioꝛ. † est eniȝ princeps potestas pu blica, ⁊ in terris diuine maiesta. imago, ſm Poli. li. iiij. c. j. ⁊ tāq̄ȝ sol habēdus est. ⁊ idē lib. vj. c. xxvj. sol eminet vniuersis, vt cūcta videat, ⁊ diiudicet vniuersa solē alterū principē esse credo. inde di citur deus terrenus. vt. ff. ad. l. fal. l. j. §. municipiū. qd̄ veruȝ est si sapiens est maxime iurisperitus. Unde Josue. c. j. nō recedet vo lumen legis de oꝛe tuo. Et habet̄ Ysaie. xxxij. Princeps que di gna sunt cogitabit, ⁊ ipse super duces stabit. Est eniȝ princeps in regno suo, sicut pluuia in terra, que est celi bn̄dictio, ſm Arist. ad Alexand. Quis ante hoc nomen principis multis cōueniat, vt in. l. familie. ff. de verbo. sig. ⁊ in. l. j. ⁊. iij. de prin. agen. in rebus. Et Jo. an. in. cle. j. de baptis. tamē cū capit̄ pro superioꝛe, ꝓprie cōue
4 nit ei, qui oī bus preest ꝑ supradicta. † Isti vero principes subal terni, qui creantur ab imperatore, vel a regibus cum titu. princi patu alicuius prouincie, vel ciuitatis, que eis subijciunt̄, sunt prin cipes particulares ciuitatis, vel ꝓuincie, cui presunt, qui ab alijs ducibus, ⁊ comitibus in potestate nō differūt, ſȝ in nomine, ⁊ ali q̄li honoꝛe. q̄r ita sunt subditi, sicut alij barones, ⁊ comites ⁊ ita ab eis recurrritur ad imperatorē, vel regē, sicut a comitibus, qui principes sunt illustres, ⁊ ēt duces sunt illustres, q̄r isti ēt impe ratores, vel reges equiparant̄ ꝯsuli ⁊ ꝓcōsuli, qui erant officiales imperij, ⁊ erūt illustres, vt dixit gl. in. l. qui indignus. ff. de senato. ꝯiuncta alia gl. in rub. de offi. quest. ff. ⁊ comites sunt spectabiles. l. j. de comi. cōcisto. lȝ alias dicat̄, ꝙ marchio est spectabilis, ⁊ co mes clarissimus. ij. qd̄. vj. c. anteriorum. sunt enim iste dignitates regales. s. ducat⁹ marchionatus ⁊ comitatus. Bal. in. c. j. de feu.
5 marchi. † ⁊ ꝓpterea duces, q eēnt similiter subditi impatori vel re gi, pugnabunt cū pn̄cipe, q esset subditus impatori, vel regibus, lȝ principes ipsi tenant primū locū iuxta impatorē vel regē, ⁊ vi deantur aliqualiter digniores respectu nominis, vt supra.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Nobilis ex genere an possit causa honoris prouocare ad duelluȝ comitem, vel baronem.
2 Nobilis cum quocūq̄ȝ in dignitate cōstituto pugnare potest.
3 Nobilitas dicitur quauis dignitate firmioꝛ.
4 Nobiles ex virtute nobilibus ex dignitate sunt preferendi.
5 Nobilitas dicitur ianua ad oēs dignitates.
6 Comes maioꝛ est nobili simplici.
7 Comites ratione status ipsoꝛum representant rempublicam.
8 Clarissimi non debent torqueri.
9 Comes clericus, ⁊ vidua per cāpiones pugnare possunt.
10 Pugnare est actus militaris, quē a se non pōt comes abijcere.
11 Miles pugnam deuitans infamie labem incurrit.

¶ An nobilis ex quatuoꝛ gradibus proauoꝛuȝ prouocet causa honoris ad duellum comitem vel baronem.

1 Obilis † pro causa iusta sue iniurie, vel hono ris prouocat comitem, vel baronē ali cuius ciuitatis ad duellū. comes vel baro ꝓuocatus repugnat pugnare cū nobili asserendo se esse comitē, ⁊ in dignitate positū, ac dn̄m comitatus, vel baronie, ⁊ nobilē nul lā hr̄e dignitatem, ac, nō parē sue dignitati, offerēs velle dare aliū nobilē cāpionē, q pugnet ꝑ ipso comite, vel barone. dubitatū fuit inter curiales, si comes, vel baro pōt ſm stylū armoꝝ refutare no bilē, vt cū eo non pugnet, ſȝ det cāpionē nobilē, ac eidem cōparē, sup quo nobiles interrogati dixerūt, ꝙ nobilis ex antiqua auoꝝ ⁊ ꝓgenitoꝛum nobilitate oꝛtus. ⁊ bonis moꝛibus indutus, ac vi uens in honoꝛe militari, ⁊ in equis, ⁊ armis, ꝙ potest pugnare cū quocunq̄ȝ in dignitate posito. Comites vero, ⁊ barones, ⁊ alij do mini in dignitate positi dixerunt, ꝙ nō tenet̄ cū eo pugnare rōne dignitatis comitats, ⁊ baronie, ſȝ posset dare campionē araldi, ⁊ reges armoꝝ dicunt diuersimode, alij ꝙ nobilis nō potest refu tari in pugna a quocunq̄ȝ comite barone, vel altero in dignitate maxima posito. Alij dicūt ꝯriū, ꝙ pōt refutare, tn̄ ꝑ sui honoris defensione, ꝙ teneatur dare campionē nobilem. ⁊ equalē. armige ri dicunt ꝙ homo nobilis potest cum quocūq̄ȝ pugnare pro iniu ria vel honoꝛe seruādo, alias cederet ad maximā ifamiā comitis
2 hoc recusātis. † Quid āt iuriscōsulti sentiāt, dico ergo ꝙ ꝑ nobi li facit, vt pugnare possit cū quocūq̄ȝ i dignitate posito, q̄r nobili tas nālis de qua in. l. stemata. ff. d̄ gradi. ⁊ in. c. venerabilē. de p̄ bē. in nouella. ⁊ ēt q̄ ꝓcedit ex virtutibus, de qua. §. diximus, est firmioꝛ, q̄ȝ dignitas, quā ptēdūt comites, ⁊ barones, q̄r dignitas iduit̄, exuit̄ sicut stola. sed nobilitas ē ꝑpetuo annexa, ſm Bal. i. c. j. qs dicat̄ dux marchio ⁊c. q̄ dignitas ē qd accidētale, ⁊ cau sari pt̄ vno momēto. nobilitas vō ē innata a principio gn̄ationis cū virtutibus, ⁊ natura innata ē qd ꝯnexū a pricipio ⁊ nō ꝑ acci dēs subsecutū. ſm Bal. in pludijs feudoꝝ. vbi dixit ꝙ nobilitas nō nascit̄ ictu oculi. arg. d. l. stēmata. de dignitate vero ciuili faci lis est pdicatio. nobilitas vero stat in numero multoꝝ insigniū p̄ cessoꝝ, ⁊ antiquoꝝ, ⁊ antiquoꝝ, ⁊ vbi est memoꝛia in ꝯriū de insi gnibus sui generis, ibi nō pōt esse nobilitas genitalis, ſm Bal. in. c. j. qs dicat̄ dux. auctoꝛitate apostoli. j. ad Coꝛin. dicent. non
3 multi sapiētes, nō multi potētes, nō multi nobiles, † iō vr̄ nobili tas firmioꝛ q̄ȝ dignitas, q̄ nō hȝ radices, q̄r facilr̄ dignitas abra dit̄, ⁊ homo tūc nō ē amplius in honoꝛe. l. j. C. vbi sena. ſȝ sangui nis nobilitas nō ita deletur. arg. no. ꝑ Bar. C. d̄ decurio. l. alexā der. nā dignitas ꝯcupita nō durat admistratiōe deposita. C. de le ga. l. cū vniuersis. ꝑ Bar. nā ⁊ accidētia sunt facilis resolutiōis, sed natura ē ꝯstans ⁊ ꝑpetua, ⁊ ita Bal. in. d. c. j. qs dicat̄ dux. ti tulus. n. susceptus ex parte ob dignitatē clarissimā retinet clarita tē. i. nobilitatē. l. j. C. d̄ digni. li. xij. ex nobilitate. n. ꝓgenitoꝝ glo ria hoīs vt dr̄ Sapien. iij. vn̄ natus ex patre nobili ēt sine alia di gnitate censet̄ nobilis. l. iij. de ꝯmer. ⁊ merca. ⁊ dignitas in hoīe nihil aliud tribuit q̄ȝ nobilitatis quādā excellētiā, vt no. in. l. j. C. de digni. pp quā sibi debet̄ reuerētia ⁊ obedietia. ar. l. senatoꝛ. d̄ digni. virtus. n. seu nobilitas ꝑpōderat dignitati. ij. q. vij. q̄ȝ q̄ȝ. ⁊ alias dr̄ ꝙ ꝑsumit̄ melius de illo, q descēdit ex pte nobili. lij. di. si gens. ⁊ facit illud qd̄ scribit̄ Ecclesi. x. sapientia quidē ꝯfoꝛta uit sapientē. §. decem principes ciuitatis. in sapientia qdē tanq̄ȝ in virtute nobilitas significat̄. lx. di. nos q. ⁊ testat̄ Boeti. scd̄o d̄
4 ꝯsola. ꝙ nobiles ex virtute pferunt̄ nobilibus ex dignitate, cū di xit dignitatibus ex virtutibus nō virtuti ex dignitatibus hono accedit. Itaq̄ȝ vilissimus est reputandus, qui honoꝛe pstantioꝛ ē, si nō alios ꝟtute pcedat. j. q. j. vilissim⁹. nec ad fidē ita ē sufficiēs dignitas

dignitas, sicut honorũ moꝝ nobilitas.ff.de tut.⁊ cura.da.ab his
.l.scire.§.fi.nã nobilitas est supremus honor, q ẽt ꝯuenit regibus
⁊ volẽtibus ad dignitatẽ aspirare, vt hr̃ Ecclesia.x.c.ibi, Beata
est terra, cuiꝰ rex est nobilis, vbi gl.exponit.i.stirpe regia.⁊ alibi
dr̃, ꝙ nobiles ad dignitates eligunꝰ.in auct.de defen.ciui.§.inte
rim.⁊.§.fi.que qdẽ nobilitates tꝑales a deo sunt institute imme-
diate, ẜm Bar.in.l.j.C.de dign.vbi allegat Regũ.j.⁊.ij.nã si qs
esset ignobilis a natura, ⁊ a virtutibus, ⁊ bonis moribus sibi nul
5 la dignitas posset attribui, ꝑ no.in.d.l.j.de dign.†ergo nobilitas
nature virtutũ, aut sciẽtie est ianua ad oẽs dignitates, ⁊ sic maior
est digni.arg.l.rescripto.in p̃n.de mu.⁊ hon.⁊ de decurio.ad sub
eundã.⁊ in auct.de mona.§.ordinatione. In ꝯtriũ facit, qꝛ comi-
tes, vel barones comitatũ, vel baroniã habẽtes a principe, qꝛ do
minaꝰ hominibus ⁊ subditis suis habẽt nobilitatẽ.c.j.qs dicaꝰ
dux.⁊ tenet And.de iser.in.c.j.in.fi.de capi.q curiã vẽdidit.⁊ in
c.j.in.fi.q.ex cau.feud.amit.vbi dixi ꝙ ex hoiuꝫ multitudine ibi
existentiũ acquiriꝰ nobilitas ⁊ Bar.in.d.l.j.de digni.li.xij.qꝛ no
bilitas est hr̃e plurimos subiectos diuites ⁊ locupletes.in auct.
vt iudi.sine quoquo suffra.§.volumus.nã tũc dr̃ ẽt imperiũ abũ
dare.eo.tit.§.j.⁊ quãto quisqꝫ maioribus p̃est tãto ipse maior ⁊
honestior.in auc.de defen.ciui.§.nos igiꝰ.vnde gloria regis in la
ta gente ⁊ in diminutiõe populi ꝯtritio principis.j.q.iiij.c.is ita.
ver.itẽ Dauid.⁊ Sallustius in ꝓemio Catilinarij, maximã glo-
6 riã in maximo impio putauere.sic†ergo cũ comites habeãt nobi
litatẽ ⁊ titulũ comitatus.ergo maiores sunt simplici nobili, ⁊ nõ
miles nõ ꝓpugnat cũ milite.vt in.c.j.§.si qs hoiez.de pace tenẽ.in
vsi.feu.ergo nõ comes ñ pugnabit cũ eo, q comes est ar.illiꝰ tex.
q hoc decidit.⁊ facit ẽt ꝓ comitibus, qꝛ ipsi dñanꝰ nobilibus sui
comitatus, ⁊ milites faciũt, ẜꝫ Bar.in.d.l.de digni.⁊ ẽt possunt
facere quem nobilem dando sibi feud.nobile cum vasallis.d.c.j.
quis dicatur dux.⁊.c.j.de feud.marchie. Item qꝛ iste sunt digni-
tates regales ẜm Bal.ibi.si ergo habent dignitatem regalem, er
go maiores sunt quolibet simplici nobili.⁊ qꝛ loco presidis habẽ
tur in suis comitatibus.glo.singu.in.c.an de inuesti.lis oriatur.⁊
qꝛ transmittunt in filios eorum.ij.q.j.q̃ꝫ periculosum, ⁊ qꝛ in suis
comitatibus equiparantur principi.Bal.in.l.j.de cõsti.pe.⁊ qꝛ
habent eccellentia sedendi iuxta regem.ẜm Bal.in.c.j.qui feu.
da.pos.⁊ facit qꝛ ipsi comites ⁊ barones ex quo sunt in dominijs
eorum quasi presides vel pretores ẜm Bart.in.l.j.in fi.de bono.
7 pos.⁊.l.stipulationũ alie.de ver.obli.⁊.l.fi.de penis.†vnde ratio
ne status eorum ⁊ officij, quod gerunt in subditos, representant
rempu.que est idẽ cũ eius principe.l.pe.C.de seruis fugi.⁊ Bal.
in tit.de feud.marc.ꝓpter qd̃ nõ videtur, ꝙ in preiudiciũ reipu.
sue, quã tuenꝰ, ꝙ debeant eoꝝ ꝑsonas, que sunt obligate officio
comitatus, ⁊ hꝫ dignitatẽ annexam regibus, periculis exponere
vitã eorũ pro causa priuata nõ concernente rẽpublicã, qꝛ talis di
gnitas est ꝓpriũ munus totius vniuersitatis, ẜm Bald.in tit.de
feu.marc.per ea que late scripta sunt.s̃.vbi diximus de pugna re
gũ, ⁊ imperatorum maxime pugnãdo cũ priuato, ⁊ ideo poterũt
dare cãpionẽ equalẽ ꝓuocanti.ar.l.fi.de iniur.vbi in actiõe iniu-
riarum tales ꝑsone cõstituunt ꝓcuratorẽ.⁊.C.de ꝓcura.l.pen.⁊
8 auc.ibi posita.⁊†ẽt clarissimi sunt priuilegiati, qꝛ nõ torquentur.
l.seuerã.C.de digni.⁊ pugna equiparaꝰ torture.de pace tenẽ.§.si
quis hominẽ.vbi Bal.nec etiã carcerãtur illustres.l.si grauius.
de digni.nec ẽt dãnantur sine his, qui equa dignitate cũ his sunt
ꝯstituti.de decu.l.quiqꝫ, ⁊ facit.l.quicũqꝫ de ꝓcura.⁊ ideo dabiꝰ
cãpio, ꝑ no.in.d.§.miles.vbi Bal.dicit, ꝙ quis potest inire duel
lũ ꝓ extraneo, qñ esset eius campio.⁊ idem in.§.si rusticus.⁊ ibi,
cãpione pro se dato.vbi glo.⁊ Bal.⁊ de alie.feu.pa.§.non est cõ
suetudo.vbi dicit glo.ꝙ ex causa fit pugna ꝑ aliũ seu per cãpio-
nẽ.⁊ hoc expresse decidiꝰ in Lõbarda.in.l.fi.qualiter quis se de
9 fen.dꝫ, vbi dicitur, †ꝙ comes clericus, vel vidua pugnant per cã
pionẽ.tñ gl.tenet ibi ꝙ vasallus possit ꝓuocare dñꝫ ad pugnã ꝓ
pter infidelitatẽ, ꝙ ideo est, qꝛ dñs obligatur vasallo ad fidelita-
tem.c.j.qualiter dominus ꝓprie.priue.tamẽ ego tenerẽ, ꝙ vnus
nobilis ex quatuor gradibus nobilitatis iure militari põt pugna
re cũ cõstituto in quacũqꝫ dignitate ꝑ prima iura, ⁊ dicet iste no-
bilis ego non curo de tua dignitate, nisi de meo honore, ⁊ non ꝓ-
uoco comitatum, vel dignitatẽ, sed personã tuã, tãq̃ꝫ ꝓuatũ, digni
tas ponatur ad partẽ.⁊ veni ad id quod debeãt agere boni mili
tes, ⁊ qꝛ iste dignitates nõ dãt nisi nobilitatẽ.vt.s̃.ergo habẽs no
bilitatẽ innatã a natura cũ eo pugnabit, qꝛ nihil est supra nobi-
litatẽ vt diximus.s̃.c.de nobilitate.⁊ vt rerum probatio non pe-
reat ⁊ veritas reperiatur, ⁊ vt quis non glorietur in sua malitia
10 rõne dignitatis.†qꝛ iste est actus militaris.s.pugnare, qd̃ nõ põt
abijcere comes, qꝛ est suũ officiũ defendere honorẽ ꝓpriũ, ⁊ non
esse ꝓdigus sue fame, qꝛ q famẽ suã negligit, est ꝓditor sui ipsius
l.j.C.de his qui potẽ.tit.⁊ diximus.s̃.in ꝓximo.c.presertim quã
do comes ꝓuocatur ex delicto cõmisso cõtra rempu.quia reatus
omnẽ honorẽ excludit.l.j.vbi senat.vel pro fide rupta, qꝛ ex quo
illi dedit fidẽ vr̃ cũ eo ꝯtraxisse, ⁊ suã ꝑsonã approbasse.de reg.iur.
qui cũ alio iur.l.iij.idẽ scribit.de peculio.⁊ cũ sit obligatus rõne
fidei ꝑsone, cui fidẽ dedit, nõ poterit eius personã, quaꝫ semel ap
probauit reprobare. ꝑ no.in.l.si quis testibus.C.de testibus.cuꝫ
si.vel si ipse comes illũ nobilẽ offẽdisset, ⁊ qꝛ in delictis ꝯhibitur.l.
11 j.§.bestias.de postu.⁊.l.in pater.in fin.de iure fisci.⁊ facit†qꝛ mi
les pugnã deuitãs apud graues milites infamie labem incurrit.
ar.l.fina.§.ij.ff.qd̃ metus cã.vbi si miles terretur, vt non pugnet,
ille est iustus metus ad rescindendum omnẽ promissionẽ, ẜm An
gelum in disputatione sua.duo nobiles Gallici.

SVMMARIVM

An officialis exercitus vel ciuitatis ꝓuocetur ad duellum.

1 a
Nu officialis exercitus†possit prouocari ad certamẽ.dic ꝙ nõ, qꝛ nõ
dꝫ remanere sine duce sine quo regi nõ posset, ⁊ nõ te
netur bellũ faceꝛ sine licẽtia p̃ncipis sui.l.iij.ad.l.iul.
ma.nec dimittere exercitũ vt ibi, al's illo crimine teneꝰ.⁊ idẽ dice
reꝰ in rectore alicuius ciuitatis vel repu.obsessa ab inimicis suis,
vꝉ que patereꝰ aliquã oppressionẽ, qꝛ nõ dꝫ remanere sine rectore
ꝑꝑ piculũ totius reipu.arg.eius qd̃ hr̃ in tit.C.vt oẽs tã ci.q̃ꝫ cri
mi.vbi durãte officio officialis nõ trahiꝰ ad iudiciũ, ne ab officio
diuertaꝰ ⁊ in.l.nec magistratibus.ff.de iniur.⁊ de iud.l.pars lite
2 raꝝ.cũ si.†⁊ qꝛ officialis q durãte offic.dereliq̃t officiũ puniꝰ gra
uiter, vt in auct.vt diffe.iu.§.necessitate.⁊ in ti.de admi.§.ij.⁊ in.
l.iij.ad.l.iul.maie.⁊ facit qd̃ habeꝰ de bello iudaico.li.vj.vbi dr̃
ꝙ imperator nõ dꝫ pugnare ꝑsonaliter, nec dux exercitus, qꝛ in
eis ẽ periculũ vniuersoꝝ ⁊ salus oium, ẜm Quint.in milite Ma
riano.⁊ Alexãder de optimo Imꝑatore dixit, imꝑatorẽ magis
ꝯsulere, q̃ꝫ audacter pugnare debere, vel oino potius abstinere a
pugna ꝑsonali, ⁊ qd̃ ẽ dictũ.s̃.de pugna imꝑatoris ⁊ hoc qñ esset
ꝑpetuus, qꝛ tũc dabit cãpionẽ, vt diximus.s̃.in.c.nobilis.ꝓ cau-
sa iusta, tñ qñ esset officialis tꝑalis, expectabiꝰ finis officij sui.ar.
3 d.l.j.C.vt oẽs cen.s̃.alle.cũ si.†qꝛ qñ aliqs est astrictus rõne offi
cij publici, prius dꝫ explicare negocia officij q̃ꝫ ꝓpria.l.tutor ẜm
dignitatẽ.in.§.j.ff.de admi.tuto.⁊ hoc qñ esset ciuitas, quã regit
in aliqua necessitate iminẽte, vt qꝛ obsessa, vel dñs ciuitatis esset
captiuus, vel in longa absentia, vt.s̃.tñ si non patereꝰ ciuitas ma
ximam necessitatem ꝑsone sue, tũc etiam durante officio ꝓuoca-
bitur, qꝛ cessat cã antecedens.⁊ hoc fuit visuꝫ tꝑe quo rex Ara-
gonũ fuit captus in mari.⁊ qdã officialis maxime ciuitatis fuis-
set ꝓuocatus, excusauit se a pugna, qꝛ rex erat captus, ⁊ persona
sua erat necessaria illi reipublice, que fluctuabat, ⁊ fuit excusatio
admissa.⁊ si hoc nõ esset, rectores ciuitatũ obsessarũ ꝓuocarenꝰ
per obsidẽtes in duella.⁊ faciliter ciuitates ipse deperirẽt eo suc
4 cũbente vel capto, ⁊ vulnerato.⁊ † scribit Frontinus ꝙ Scipio
Africanus ferꝰ dixisse, cũ qdã parum pugnacẽ eũ diceret, Im-
peratorẽ me mater nõ pugnatorem genuit, ⁊ Marius Teutoni
co bello cuidam teutonico ꝓuocanti, vt ꝓdiret rñdit, si cupidus
morti esset.posse eum laqueo vitaꝫ finire.⁊ Plutarchus in vita
Marci antonij. Rursus igiꝰ vocabat Anto.augustum ad singu
larem pugnam respondentẽ satis multas ad interitum vias An
tonio patere.sic ergo exemplis demonstratur veterum ꝙ Impe
ratores, ⁊ exercitus duces non pugnant singulariter.

SVMMARIVM

¶ Quod in pugna militum attenditur equalitas.

1 In pugna militũ † attēdit̃ eq̃litas, q2 si miles aduersus militē ꝓ pace violata vel cã capitali duellũ cõmittere voluerit nõ cõceditur facultas pugnãdi, nisi ꝓbare possit, ꝙ ãtiqtus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat. de pace tenen. c. si miles. ⁊ hoc de iure feudoꝝ. vbi dixit And. de iser. ꝙ hoc est vnũ qḋ requirit̃ ad militiã, ꝙ qs sit de genere militũ. ff. quib. ex cau. maio. l. pe. dicens ꝙ miles ponit̃ ibi ꝓ omni infeudato. ⁊ sic v̄r restringere hoc ad nobilē rõne feudi, qḋ nõ est verũ, q2 tex. loquit̃ de milite in genere militũ. s. qui sit ex parētibus militaribus, vel nobilis a natura, q2 miles cõprehendit ēt feud. tenētes. c. j. impator Lotha. cũ sequēti. ⁊ ēt appellant̃ milites, q sunt in expeditione. ⁊ in eqs ⁊ armis ꝓ repu. de qbus in rub. ff. de test. mil. ⁊ in. l. j. ff. de bo. pos. ex test. mil. l3 nõ sint insigniti, nec habeāt
2 illa insignia, de quibus in. l. pe. §. alle. ꝑ que d̄r, † ꝙ ēt illi, qui sunt in mari, in exercitu militare dicunt̃, ⁊ isti habēt priuilegia, de quibus in tit. de testa. mili. ⁊ hoc dixit no. Bal. in. l. ei q. C. q bo. ced. pos. ꝙ milites nostri tēporis dicunt̃ milites, l3 nõ habeãt isignia, q̄ oli3 dabant̃, vt in. d. l. pe. ⁊ hi q cõtinuis armoꝝ exercitijs sunt dediti. ff. de testa. mili. l. rescrip. ⁊ C. eo. tit. l. scriniarios. q milites pugnare possent cũ alijs militibus in armis existētibus, ⁊ ēt vbi vnus eēt miles, ⁊ de militũ gñe ortus, vel natus nobilis, ⁊ miles i armis, nõ posset refutar̃ aliũ militē v̄l isignitũ, nõ tñ ortũ ex genere militũ, si esset in bonis moribus, ⁊ virtuose viuēs, q2 inter istos est paritas in virtute, que nobilitat, q2 etiã nobilis est, qui ãpncipe nobilitatē cõsequitur, ⁊ qui a principe vt nobilis acceptatur,
3 ꝟm Bar. in. l. j. C. de dig. li. xij. vbi dixit † ꝙ nobilitas est qualitas illata per principē, qua qs vltra honestos plebeios acceptus ostēditur, vbi ꝯcluditur, ꝙ nõ attenditur natura, vel origo in nobilitate, s3 virtus. ergo sequit̃, ꝙ si princeps quē faciat militē, ꝙ ipse erit nobilis, q2 in nõ nobilitate non attenditur natura ꝟm Bar. reprobata opi. Imperatoris, q dixit, ꝙ nobilitas est antiqua diuitiarũ possessio, cũ pulchris moribus. ergo pugnabit iste miles factus a principe nobili cũ milite, ex genere militũ ⁊ a natura vel cũ alio milite exercitato in armis, vel cũ alio armigero, qui in armis versat̃, ⁊ in bonis moribus viuit, qui nobilis reputatur. na3 nõ solũ natus ex nobili, nobilis est. l. nullus. de decu. ⁊ l. liberos. de senato. in gl. ⁊ C. de dec. l. exēplo. ⁊ l. cũ legitime. de statu ho. in tex. ⁊ gl. ⁊ tex. in. l. nobiliores. C. de merca. s3 ēt versatus in armis, q2 armorum vsus facit quem nobilem, ⁊ virtuosu3, vt. §. dixi
4 mus. † nam pugna est experimentũ veritatis ꝓbande in iudicio belli cũ ense, ⁊ non debet quis dicendo ꝙ nobilis sum excludere posset a pugna aliũ virtuosum, qui nõ esset nobilis a natura, ⁊ delicta remanere impunita, ⁊ veritas sepulta, ⁊ ne det̃ materia nobilibus alijs iniuriandi impune, ⁊ delicta cõmittēdi, ideo tũc talis nobilis, si quē offendat, debeat ꝓuocatus pugnare, ⁊ nõ erit admittenda excusatio, q2 nobilis, q2 ensis est iudex, ⁊ talis q disiudicat omnem hominē nobilē ⁊ plebeiũ, ⁊ quãto nobilior tanto d3 virtutem suam experiri in armis, alias tñ cũ infamia remaneret talis nobilis. ⁊ dixit Ang. in. q. sua que incipit, duo gallici. quod miles athleta pugnã deuitãs apud graues milites infamie labe3 incurrit, q ꝓpterea si terretur, vt nõ possit pugnare, erit iustus metus, ⁊ omnis promissio rescinditur. l. fi. §. ij. ff. qḋ me. cau. vbi ergo
5 qs † esset nobilis ex quatuor gradibus nobilitatis suorũ auoru3, ⁊ vellet repellere alium non ita nobilē, qui nobiliter viueret, ⁊ in bonis moribus a pugna, non deberet sibi ꝑmitti, nisi iste esset aliqua infamie labe aspersus, vel macula parentũ, qui fuissent in vita de ꝓditione notati, anteq̄ sint nati isti, ꝓuocãtes repellent̃. l. ij. de decur. ⁊ l. iij. ad. l. iul. ma. ⁊ in. l. senator. de digni. li. x. ⁊ ꝟm ius Longobar. repellunt̃ a pugna nobiliũ, q in eoꝝ ꝑsonis essent aliquo scelere vel infamia affecti, vel pp vitia ignobiles, ⁊ oēs illi, q repellunt̃ a bello iudiciali. l. j. cũ sequē. ff. de post. q2 bellũ iudiciale ⁊ armoꝝ seu actuale eqparant̃, ⁊ hoc ēt iure vtunt̃, vt ignobiles pp vitia repellant̃ a pugna nobiliũ, nisi vterq3 eq̃li morbo laboraret, vel simili. ar. in. l. in arenã. C. de inoff. test. cũ si. ⁊ vide. §. i. c. nobilis a nã. ⁊. §. in. c. an si dñs. cũ seq. vbi qd de iure Longob.

SVMMARIVM

¶ Quod in pugnis dignitas attēditur ⁊ nobilitas ⁊ reprobant̃ infames ac criminosi ac labe aspersi, ⁊ quid de bastardis.

Quia dictum est, ꝙ in duello tã iure ciuili, q̄ etia3 Longobardo, q̄ ex cõsuetudine ⁊ s3 cõstitutiones Imperatoris Federici editas in regno Sicilie requiritur paritas personarũ, ꝟm Bald. in. l. cũ filius. §. fi. de lega. ij. ⁊ in ꝯstitutione regni Sicilie monomachiã.
1 ⁊ de pace tenē. §. si qs militē. sequitur videre, ꝙ † in pugnis, sicut in omni actu mundi dignitas est seruanda. arg. l. obseruãdũ. ff. de offi. presi. ⁊ l. j. ff. de postu. adeo qḋ nõ admittunt̃ ad pugnã nobiliũ infamia iuris vel facti notati, aut aliquo scelere inquinati, aut vite turpitudine, q2 delictũ excludit oēm honorē. l. j. C. vbi senat. vel clari. ⁊ tales nõ sunt integri hoies, nec ascēdũt ad ea ad que tales nõ admittũtur. l. ij. C. de digni. lib. xij. sicut etia3 non admittuntur in iudicijs, que dicuntur prelia seu certamina iudicialia. l. aduocati. de aduoc. diuer. iudic. ⁊ l. ij. eo. titul. de prescrip. xxx. ann. l. si quis emptione. §. fi. ⁊ dicit tex. in. l. aduoca. nõ minus pugnare aduocatos vocibus q̄ milites armis ⁊ coracijs. ⁊ sic eqparantur ista bella iudicioꝝ ⁊ armoꝝ. ⁊ dixit gl. in. c. j. de forma fi-
2 de. ꝙ † sicut vasallus nõ potest in prelio pugnare cõtra dominũ, etiam nec aduocare cõtra eũ in bello iudiciali, q2 equiparãtur. ⁊ xcvj. dist. c. si impator. in glo. ⁊ que sit prima causa benefi. amit. §. sed si delator. ⁊ glo. in. c. cũ sacerdos, de postu. And. de iser. in ti. de forma fideli. cu3 ergo eqparantur, id qḋ de vno dicimus ⁊ de alio. per not. in. l. miles. ff. de re iudica. vbi milites inermi militia eqparant̃ militibus armate militie. ⁊ in. d. l. aduocati. sic qui repellunt̃ a certamine iudiciali repellant̃ a bello armoꝝ, ꝟm lõbardã arg. insti. in ꝓemio. in princi. vbi qḋ de vno d̄r, de alio dictum v̄r. Nã ēt humiles, viles, ⁊ notati repellunt̃ ab accusãdo. de incestis nup. l. humilē. c. l3 heli. de simo. Sic ēt nõ ꝓuocabunt ad iudiciũ belli aliquē nobilē, q2 infames a ꝯuentu principis repelluntur. dixit Bal. C. de fur. l. falsus. hiq3 nõ integri hoies a iudicio belli repellunt̃, sicut ēt a limine iudicioꝝ accusatores nõ integri.
3 de qbus in titu. de accusat. sicut † ⁊ testes obscuri ⁊ infamia notati in iudicijs repulsant̃, q repulsa in iudicio belli d̄r rebroza, q2 q vult pugnare cũ nobili, vel militari viro, aut ꝯstituto in dignitate, d3 eē nobilis, ⁊ olimpus miles, ⁊ sine macula, q2 alias nõ esset paritas ꝑsonarũ. De qbus repulsis aliquas iseramus ꝟm qḋ vidimus de ꝯsuetudine militũ ⁊ nobiliũ obseruatũ. p̄rio. n. dico ꝙ rebrozat̃ seu reprobat̃ a duello, q crimē lese maiestatis ꝯmiserit ꝯ iperatorē, papã, regē aut aliũ principē seu dñm suũ in quocũq3 capite illius criminis, de quo in ti. ff. ⁊ C. ad leg. iul. maiest. ēt miles seu armiger, q delicta ꝯmiserit militaria. l. ij. ff. de re mili. vt q milites sollicitauerit, ꝯcitauerit ve ad seditionē, aut tumultũ fece
4 rit ꝯ rēpublicã, cui deseruit. l. j. in fi. ff. ad. l. iul. maie. † vel miles, q fuerit ꝑ ducē belli ignominiose remissus vel degradatus, q ꝓpterea ifamis effici. l. sed ⁊ milites. §. ignominia. de excus. tut. de re mili. l. q cũ vno. §. nõ ois. ⁊ l. ij. ff. de infa. q2 talis miles nõ põt in vrbe morari, nec alibi vbi est princeps rõne sue infamie, vt ibi no. nã in duello, vtplurimũ preest ꝑnceps, vel dux exercitus, vel alius loco principis subrogatus, qḋ ēt cũ eius lnia fit. l. j. de gladiato. ⁊ l. j. ꝯ athletis, ⁊ sic tãq3 ifamis repellit̃ ab hac dignitate pugnãdi in ꝑntia ꝑncipis. arg. l. milites. C. de re mi. ⁊. d. §. ignominia. lisr ⁊ miles q exercitũ deseruit, vel ad hostes ꝓfugit. l. ij. ff. ad. l. iust. maie. de penis. l. si qs aliud. §. j. ꝯ capti. l. post. §. transfuge. de re militari. l. nõ ois. §. desertor. Nã isti ꝓditores seu trãsfuge eēnt exauctorãdi, ⁊ capite puniēdi, ⁊ ꝑ hostib⁹ h̄nr. l. ꝓditores. ꝯ re mili. Miles. n. trãsfuga ēt furca suspendit̃. l. desertorē. §. is q
5 eo. ti. vbi † ēt punit̃ miles, q rē a duce ꝓhibitã fecerit, aut eius mãdata nõ seruauerit, ēt si res h̄n segesserit, ⁊ fuerit de hoc notatus facit. ij. q. iij. monomachia. ⁊ ēt desertor q tpe belli se absētauit a signis, q capite puniret̃. l. j. C. de deserto. lib. xij. qnimo ēt si miles leno fuerit habēdo feminas ꝗstuarias. vt i. l. athletas. §. pror. de infam. ⁊ And. de iser. in titu. qb. mo. feud. amitta. in. ij. col. vel q̄

stum fecerit

stum fecerit in publico, aut cauponē exercuit. eadē. l. §. siue ante. vel miles q fuerit piurus nō obseruās iurm̄, qđ prestāt milites. l. quoties, de dignitatibus. lib. xij. ꝛ. l. pe. quibus ex cau. maio. ꝛ ēt si veniret ꝯ propria iuramēta, ꝛ esset ꝑpterea lata snia ꝯ eū, ꝼʒ gl. ibi ꝛ in. l. si quis maior. C. de trāsact. ēt si fuerit preuaricator. l. athletas. in fi. de infa. Aut miles q seditionē ēt cū leui querela mouit in castris, vel aliqđ flagitiū ꝯspirauit in castris cū alijs militibus. d. l. desertorē. in fi. de re mili. vel si fuerit passus sniam ca
6 pitalē ꝑ crimine capitali. de infami. l. athletas. §. fi. vel † si ab hostibus captus poterat redire, ꝛ nō redijt, qꝛ transfuga iudicatur. de edil. edic. l. l. quid sit fugitiuus. §. idē. aut qui missus fuit in exploratione aut spia hostiū, ꝛ nō redijt sed cū gostibus ꝑmāsit, cū redire potuisset, qꝛ transfuga censeť. d. §. desertor. aut qui in fraudem munerū nomē militie armate sumpsisset. l. nō tm̄. C. qui mili. non poss. vel si fuisset ꝑ prius colonus ꝛ ad militiā armoꝝ in fraudē aspirasset nō debuit admitti. C. qui milit. nō pos. l. rura. sicut nec ēt qui cā litis vitande venerit ad militiā, aut alia conditione seruili affectus. l. j. ꝛ. l. omnis. eo. titu. aut si miles secreta hostibus nunciauit qui vt ꝓditor capite puniť. l. oēs. §. expilatores đ re mili. vel miles qui metu hostiū langorē simulauit. d. §. expilato
7 res, q desertor cēseť. † Itē si dn̄s habuerit preliū cāpestre iustum ꝛ miles eius euʒ morantē in prelio dimiserit ex ꝓposito. c. j. quib. mod. feud. amit. nam ista culpa est in dominū cōmissa, ob quam feudo priuať qꝛ infideliter facit, qđ nō hʒ locū in alio prelio, vt si dominus ꝑꝑ insidias, aut rumorē aliquē arma tollit vt ibi, vel si inimicis domini sui in eus ꝑniciē amicitiā copulauerit, vel aliter ꝯ dn̄m suū se habuerat ꝑꝑ quod inimicus dn̄i presumatur, ꝼʒ gl. ibi nam ratione iuramēti qđ prestat vasallus domino, si ꝯ faciat, diciť infidus. C. ad. l. iul. repe. l. fi. ꝛ dř propterea dn̄m offendere, vt in. §. fi. q̄ fit prima cau. benefi. amittē. ꝛ dixit And. in. d. c. j. ꝙ est crimē lese maie. qui ēt grauat ꝑꝑ hoc opi. suam apud gentes.
8 c. j. fuit prima cau. benefi. amit. † Insup ēt miles, qui status sui cōtrouersiā patiť, ꝙ interim ꝑ milite nō hř vel ab hostibus redemptus si nō luerit. l. q status. de re mili. ēt si prepositus custodie ꝑsone principis vel ducis, vel belli, vel ad excubias castroꝝ illa deferet fraudulēter. nam capite deberet puniri. l. qui excubias. e. titu. ꝛ. l. j. de offi. prefec. vigi. similiter, ꝛ miles qui tpe belli omnia arma alienauit, qꝛ hoc crimen est simile desertioni. l. desertorē. §. miles. ꝛ. l. q cōmeatus. §. arma. e. ti. Itē miles predā diuidēs cū hostibus, vel q dat opā vt hostes capiāt fideles impij ꝛ illos đꝑdentur q deberet viuus comburi. l. si quis. de re milita. lib. x. que sunt vera, nisi esset restitutus in integrū ex principis indulgentia. l. cū te. C. qui mili. nō pos. li. xij. etiam si esset publice excōicatus a suo sup̄iore rebrozatus, aut si de heresi notatus, vel esset fidei fractor, ꝛ de hoc ꝯdēnatus, qꝛ efficitur infamis. l. fi. C. de infami. ꝛ tʒ gl. expresse in. l. si pignore. §. si post. de pigno. acti. ꝙ veniēs ꝯ fidē suā fit infamis, si de hoc condēnatus est. ꝛ in. c. ꝯstitutus, de
9 transa. ꝛ glo. in. d. c. peruenit tʒ † ꝙ veniens contra fidem est infamis, sicut si ꝯ iuramentum. ꝛ idem tʒ in. c. fi. ne prela. vi. suas. ꝛ facit text. in. c. nos sanctoꝝ. xv. q. vj. nā graue est fidem fallere, vt in. c. peruenit. in glo. de fideiusso. ꝛ in. l. j. ff. de constitu. pecu. ꝛ quod met. cā. c. ad aures. vbi datio fidei equiparatur iuramento. ꝛ Innocen. in. c. ꝛ si christus. de iureiuran. vbi promittens sub fide habetur, ac si iurasset super euangelijs, vel super reliquijs. ꝛ Archi. xxij. q. fi. c. iuramentum. ꝛ Cy. hoc tʒ in. l. fi. si aduer. vendi. lʒ maior imponatur pena venienti contra iuramentum q̄ʒ contra fideʒ glo. in. c. clericus. de iureiuran. ꝛ And. de iser. in. §. Item sacramenta. de pace iur. firman. ꝑ tex. xij. q. v. qui periurat. ꝛ hoc ēt tenet Spe. in titu. de iureiur. §. j. ad fi. ꝛ lʒ Bar. ꝛ alij in auc. sacramenta puberū. si aduer. ven. teneant ꝙ quo ad periurium requiratur tactus euangeliorum, tm̄ milites ꝛ armigeri seruant ius canonicū, ꝙ veniens contra fidem sit grauiter puniendus, ꝛ debeat fidem seruare. ꝛ tenet Archi. in. d. c. iuramentū ꝙ quo ad obseruantiam hř, ac si per euangelia iurasset, non quo ad penā. ꝛ est
10 decisum per binas decisiones rote. † qꝛ idem dico in alijs nobilibus, qui habēt maculā seu labē seu aliā infamiā notabilem ꝙ nō pugnent cū alio nobili mundo ꝛ sine labe. qꝛ ꝑꝑ labem delicti qs infamať, ꝛ ꝑ infamiam perdiť nobilitas ꝛ dignitas. l. ij. ꝛ. l. quoties, de digni. lib. xij. qui nō posset repelli ꝑꝑ hoc vbi pugna fieret in crimine lese maie. ar. l. famosi. ff. ad. l. iuliam ma. vbi dicitur ꝙ q̄ʒuis famosi ius non habeant accusandi, nec ēt milites aut serui, tamen admittunť ad accusationem lese maie. criminis, sicut ēt mulieres in tali crimine admittunť, qꝛ mulier coniurationē Catiline detexit. l. fi. ad. l. iul. maiest. Sic ergo in crimine lese maiesta. quilibet alias inhabilis ad duellum prouocabit, quo casu hodie licitum est duelluʒ, ꝛ sine licentia principis pugnabitur. tamen an in crimine sit duellum fiendū qn̄ diceret quē de principe male loquutū ex leuitate, puto ꝙ nō ad. d. l. famosi. in fi. vbi glo. ꝛ quod no. in. l. i. si quis impe. maledixe. similiter qs repelliť a pugna no
11 biliū, si esset bastardus, vel spurius. † primo qꝛ isti sunt in fide inhabiles, ꝛ in bello inconstantes, qꝛ sunt inhonorabiles hominibꝰ. lvj. distinc. diuulgatum. ꝼm Bonifaciū ad regē Angloꝝ, qꝛ consuetudo magnatū ꝛ nobiliū nō nouit bastardos, qꝛ nō sunt de domo magnatū, nec iura sanguinis habent Bar. in. l. fi. de ver. sig. ꝑꝑ bonos mores custodiendos ꝼm Bal. in. c. naturales. si đ feu. fue. controuer. qꝛ tales bastardi nō faciunt preclaram ꝛ famosaʒ ciuitatem, sed legitimi ꝛ naturales. in auc. de nup. in prin. ꝛ. l. j. ff. solu. matri. qꝛ ēt bastardi nō ꝑpetuant memoriā parentū. Bal. in d. l. j. nec parentes merentur priuilegiū ꝑꝑ numeꝝ eoꝝ. l. excusantur. §. etas de excusa. tuto. per Bal. qui ēt non sunt in aliquo capite agnatorum ꝛ cognatoꝝ. l. spurius. vnde cognati ꝼm Bald. in. l. in testamēto. de testa. mili. qui ēt nō dicunť proprie filij. l. filiū de his qui sunt sui. nec ēt sunt parentes nobiliū Bal. in. l. cū legitimū. de sta. homi. ꝛ qꝛ ad eos legis affectio nō extendiť. cle. j. de
12 baptismo. que † dicit bastardos nō includi in dispositione legali quo ad commoda ꝛ honores. ꝛ Cy. in. l. q̄sqs. ad. l. iuliam maie. ꝛ de interdic. mat. l. libertū. ꝛ Bald. in. l. generaliter. C. de insti. ꝛ substitu. vbi dixit ꝙ homo in dignitate positus per tacitam conditionē liberoꝝ non intelligiť sensisse de filio naturali ꝛ ad quos non transiuit paterna nobilitas. l. cū legitimi. de statu homi. ꝛ. l. libe. đ senato. ꝛ Leui. xxj. ꝛ qui ēt nō includuntur in onere feudi. capitulo naturales. si de feudo fuerit cōtrouer. ꝛ qꝛ sunt ignobiles ꝛ infames, ac vilis conditionis. vt notat Azo in summa. de infami. etiam si sint legitimati secundum Bald. in dicta. l. generaliter. ꝛ Bal. in. l. bone fidei. C. de iureiurando. qꝛ ignominiosum est habere tales filios. l. penulti. C. quēad. te. ape. qui etiam non possunt portare arma domus, secundum Bal. in. d. l. generaliter ꝛ in. l. filium. s̄. alle. ꝛ non dicuntur de genere, sed sunt degenerati. Bal. in. l. fi. de sta. lib. ꝛ in. d. l. filium, dixit ꝙ nō portant arma legitimoꝝ, nisi eis concedanť. ꝛ tʒ Dy. de lega. ij. l. cum pater. §. mater. nec appellatione coniunctoꝝ continenť ꝼm Inno. ꝛ Joā. and. in. c. nonnulli. de rescrip. facit. l. spurij. vnde cogna. ꝛ. l. hac parte. nec etiam sunt consortes. l. iij. de li. cā. de procu. l. sed ꝛ hec. cum si. nisi ipse bastardus esset armiger, ꝛ in armis versatus, ꝛ be
13 ne morigeratus, † qꝛ vbi proprium honorem prosequeretur repelli non posset a pugna, sicut etiam nec alias ignobilis, ꝑ ea que diximus in. c. nobilis a progenitoribus.

SVMMARIUM

1 Bastardus vel spurius legitimatus an repellatur a pugna.
2 Legitimatio non veritas est, sed fictio quedam, ꝛ priuilegiū potius q̄ʒ ius commune.
3 Princeps legitimans spurium facit eum habilem ad honores, ꝛ dignitates.

¶ An bastardi legitimati possint repullari in pugna.

94 re.l.C.de nego.mili.li.xij. † pro eadem sententia facit quia miles in assumptione militie debet cingi ense, & stigma eius brachijs imponi, & scribi in numero aliorum militum, & examinari, & iurare non aufugere mortem propter rempublicam, secundum gl.in.l.pe.ff.ex qui.cau.maio. & in insti.de testa.mili.in prin.& in.§.fi.in auct.de manda.prin.vbi gl. in terminis in verbo si quidem dixit, quod milites hec non seruantes nec gaudent priuilegijs militaribus, cum ergo milites nostri temporis in eorum creatione hec omnia non seruent, non debent haberi pro ve-
95 ris militibus.d.l.nominationes.C.de appell. ¶ † Plus dico quod dato & non concesso quod in assumptione militie hec omnia solennia interuenirent, tamen si militari arti non incumbunt debent carere militaribus priuilegijs.l.fi.C.de testi.mili.in ver.is solis qui in expeditionibus occupati sunt &c. & in vers. circa expeditionis necessitatem in alijs locis vel in suis edibus degunt minime eos ad vendicanda memorata priuilegia &c. cum ergo hec solennia non interueniant hodie in assumptione militum nostri temporis, nec etiam dent operam arti militari, non gaudent priuilegijs eorum, & ita in terminis nostris reperio voluisse Specu.& Jo.an.in ti.de procu. §.j.ver.item quod est miles &c.in ti.de accu.§.j.ver.item excipitur quod est miles &c.& hosti.& Jo.an.in.c.cum desideres de sen.exco.& d. Anto.& Jo.de imo.in.c.rainutius in materia substitutionis reciproce extra de testa.& domini cano.in.d.c.cum desideres, & Jac.de arena. Cy.Bart.Bald.& Sal.combononien.in.l.prima.C.de iu.& facti igno.& Jaco.de bel.combononien.in.d.§.fi.de man.princi.& Gulielmus de cu.Barto.Bald.& Angel. in.d.l.filiusfamilias §.veterani & Barto.in.d.l.militem de procu.& Bart. in.l.fi.C. de iurisdi.om.iudi.& Bar.in suo tracta.de questio.circa finem & Bal.in.l.milites.C.ex quibus causis maiores, & Bal.in.l.j. testamento la prima circa finem.C.de testa.mili.& Bal.in.l.j.in fin.C. qui bonis cedere pos.& Saly.in.l.non prohibentur.C.qui accu.non pos.& Joan.fabri.insti.de test.militari in prin.& Pau.de castr.l.
96 lices.C.de pac. † Et ex hoc infero quod tales milites possunt torqueri secundum Bart.in.l.milites.C.de questionibus & Bar.in suo tractatu de questionibus & Guido de suzaria in suo tractatu tormentorium in vltima col.in ver.an milites nostri temporis &c.cum quo aliquid dicam de hoc post eum prout pollicitus sum, licet in hoc vltimo, Saly.in.d.l.j.de iur.& facti igno.tenuerit contrarium.

¶ His breuiter dictis acquieui, & statim doctrinam domini mei.& relatam cum hac breui additione mea omnes hinc inde astantes tam doctores quam milites in maxima corona vnanimiter pari voto & consensu & nemine discrepante comprobarunt, laudantes eius ingenium subtilitatem & facundiam, & breuis sermonis tantam vim & subtilitatiam omnesque alta voce dixerunt, hic est ille pater toto memorandus in orbe, Cui cedunt leges militieque duces.&c.

FINIS

Scolasticorum atque aliorum

vniuersitatis omnium ministrorum, iuratorumque priuilegia, a Domi. Petro Rebuffo de Monte-pessulano iurium Doctore & Comite, in hunc redacta cumulum incipiunt.

Mirari profecto iamdudum non desino, cum nemo vnus doctor hactenus de Priuilegijs scholasticorum abunde scripserit, sed eo impendi laborem constituerunt, vnde emolumentum & honor, vt aliter, atque est, arbitrantur, speraretur, nihil aggressuros, nisi magna eis premia proponerentur, ecquis maior, & honos & emolumentum cuiquam accedere possit? ecquis tam egregius labor? ecquod tam longo interuallo duraturum opus, ecquod magis dignum, aut quod equis, vt aiunt albis, precurrat quam scolasticorum priuilegia? Igitur ne ipsi suis priuilegijs destituantur, ea nondum ab aliquo cumulata in vnum congerere, somnus absit ab oculis, vt paremia vtar, conatus sum, tum vt illa iudices seruare, eisdem procurent, tum ne scolastici ob priuilegiorum neglectum, & contemptum molestentur, & studia deserere cogantur. quare vos literarum studiosi equi bonique consulite, & priuilegia vobis data conseruate, & illis abuti, ne eis nimio vestro malo priuemini, nolite, atque mea vobis scripta a liuidorum morsibus defendite. multa enim in gratiam vestram iuuenis hic lusi, que nunc etati nostre parum conuenientia visa sunt, Bar.in.l.si is qui pro empt.ff.de vsuca.in hoc imitatus. vt qui iuuenis ibi scripserat, senex factus corrigere noluit, etiam Pythagore dicti memor, qui cum quendam cleanti dialecticum, multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem audiret, desine inquit, senem magis ad rem pertinentibus auocare, sed nobis iunioribus ista proponito. que cum in mente mea diutius lustrassem, & que infra scripsi, studiose iuuentuti aliquantulum profutura existimassem, ea vtcunque tamen scripta prorsus imutare recusam, confidens bone indolis adolescentes, & peritos, cum eis ista scripserim meos propugnatores, & defensores in his omnibus fore. Interim premittam aliqua, in primis quod hoc verbo scolaris vti non verebor, cum imperator in aucten.habita.C.ne fi.pro pa.& in rub.de priuil.scolari.& alijs in bene multis locis vsus fuerit, sic & Quintil.lib.ij.de of.disci. hoc modo inquit.cetus scolarium leti & alacres conuenient.ita & passim nostri doctores etiam de Ro.lingua bene meriti, licet quidam in dicendo superstitiosi negent latinam dictionem esse, & pro ea vtantur dictione scolasticus, sed ego passim, & vna, & altera dictione vtar, ne cuius aures vocabulum offendat, primum omnium ipsorum scolasticorum priuilegia tradam, demum quedam ipsis necessaria seu requisita, postremo predicte auctentice elucidationem subijciam.

SVMMARIVM

1 Scolares in diebus festis studere possunt omni iure & J.nu.5.&. 8.12.&.15.
2 Apostoli in die dominico illuminati fuere, & eis omnis scientia data est.
3 Scolares ignaui libenter festa celebrant vt ludant, ideo docti non euadunt.
4 Lectio diuinarum scripturarum duplex donum confert.
6 Studium labor spiritualis dicitur.
7 Laborare licitum est circa pontes in diebus festis ob vtilitatem publicam principaliter non ob lucrum.
9 Studens ecclesie seruire dicatur.
10 Famuli an diebus festis suis dominis seruire teneantur.

11 Homines ex septem causis ad seruiendū prouocantur.
13 Cato de tribus penitentiam egisse dicitur.
14 Omne scientificum quanto profundius queritur, tanto gloriosius inuenitur.
Carneades ꝛ solon quantum studio dediti fuerint.
16 Nullus actus spiritualis exercitij est contra sabbati obseruātiā.
17 Jura in diebus festis an interpretari liceat.
18 Consuetudo studij Tholosani circa lectiones extraordinarias in diebus festis.
19 Homo lectione continua sicut cibo pinguescit.
20 Diebus festis an causa lucri studendum, ꝛ consulendum sit.
21 Scientie prohibitie in diebus festis studendū nō est nec fabulis.
Studium dicitur maledictum propter quod missa, ꝛ diuina officia dimittuntur.

1 Primum Priuilegium est. † ꝙ licet ab omni opere diebus feriatis cessare debeamus. Leuit. xxiij. ca. nihil ergo operis facietis in eo, ꝛ exo. xij. ac Hier. xvij. c. nolite eijcere onera de domibus vestris in die sabbati, ꝛ omne opus non facietis. tex. in. c. j. de fer. cum simil. scolares tamen totis, vt aiunt, neruis studere, ꝛ legere possunt, ꝛ debent, ꝙ firmabo ꝛ iure diuino, ꝛ canonico, ꝛ ciuili, per historiographos ꝛ poetas. Prio, vt a diuinis incipiā. exēplo Christi, Lu. iiij. vbi intrauit Christus fm consuetudinem suam die sabbati in synagogā, ꝛ surrexit legere, ꝛ traditus est illi liber Esa. prophete ꝛ vt reuoluit librum, inuenit locum. ꝛc. nēpe diebus festis benefacere licet, Mat. xij. c. ꝛ Marc. iij. c. sed studēdo quis benefacit, a cogitationibus malis subtrahitur, ꝛ euitat otium, ꝛ sic in consequentiam peccatū, ac discit. vnde firmat Hiero. in. c. nunquā, de ꝯsec. dist. v. ama sciētiā ꝛ carnis vitia nō amabis. ꝛ in. iij. parte. epist. xv. in manibus tuis diuina sit lectio, ꝛ crebre orationes vt omnes cogitationum sagitte, quibus adolescentes percuti solent, hmōi clipeo repellantur. apoc. j. c. fui in spiritu in die dominica. †
2 insuper illo die apostoli fuerūt illuminati, ꝛ eis est data omnis scientia. act. c. ij. ꝛ eodē die illuminatus Saulus, ꝛ ei datum donū scientie. Act. ix. c. ꝛ Tho. apo. certior factus est de resurrectione Christi illo die. Jo. xx. c. in fin. ꝛ qcqd a dn̄o est insigne constitutū, in huius diei dignitate fuit gestū. ca. quod die. lxxv. dist. hinc est quod Bernard. super canti. sermone. xiiij. prosequens illud Joannis. xiij. Uos vocatis me magister ꝛ domine primum gratie, secundum maiestatis, dicit non minus esse anime scientiam prebere, q̄ escam corpori, quare his diebus, nō est cessandū a studio. Lucas in. l. j. colū. ij. C. de agrico. ꝛ censi. libro. xj.
3 † dicēs ignauos scolasticos libēter festa obseruare, ꝛ in illos dies saltare, ꝛ ludere, contra tex. in. c. irreligiosa. de cons. dist. iij. ob id vnus ex mille, qui incipiunt sic studere ꝛ ludere, vix fit doctuꝫ euadit virum, teste Corn. consi. cccxl. quod dicta colū. iij. in. j. vol. Jō glo. nu. xxviij. sic narrat, quod fabri ꝛ artifices ociātur in die sabbati, lectores autem diuine legis, vel doctor ab opere suo non desinit, nec tamē ꝯtaminat sabbatū. Refert Floren. in. ij. parte summe, tit. ix. cap. vij. circa fi. Huic sentētie adstipulatur Petrus subertus sancti Papuli, olim episcopus, in suo tracta. de cultu vinee dn̄i in. iiij. parte. cap. v. Et ista vr̄ etiā rō pp illuminationeꝫ intellectus, ꝛ pp memorie fragilitatem, ne diebus festis dediscant, quod alijs diebus didicerunt, ꝛ vt a malis ꝓuenietibus ab ocio remoueantur. docto. in. d. c. j. de ferijs. Jo. lupus in repet. c. p vestras. §. xxvij. fo. lxxij. col. j. de dona. inter vir. ꝛ vxo. †
4 vnde Jsidorus de summo bono. c. viij. lib. iij. in hec verba ait, geminū cōfert donum lectio sanctarū scripturarū, siue qꝛ intellectū mentis erudit, seu ꝙ a mundi vanitatibus abstractū hominē ad amoreꝫ dei ꝑducit, excitati enim sepe illius sermone substrahimur a desiderio vite mundane, ꝛc. hec ille. ꝛ paulo post, erit eniꝫ antea quisqꝫ prōptus ad intelligēdū, que legit, ꝯsequēter idoneus ad ꝓferēdū, q̄ didicit, lector strenuus potius ad agēdū que legit, quā ad sciendum erit promptissimus. ¶ †
5 Jure etiam canonico permittit̄ scolaribus studere, ꝛ festis diebus legere. c. primo. ꝛ ibi doct. ꝛ capi. licet, de ferijs, vbi pro pace ꝛ necessitate diebus festis, aliqua etiā seruilia exercere licet, ergo ꝛ pro scientia, qꝛ doctum esse tēdit ad dei honorem, ꝛ publicum bonum Barb. in. d. c. j. facit cle. exiui.
6 §. licet, de verb. sign. † vbi studium dicitur labor spiritualis, sꝫ spiritualia illis festis exercentur, vt pꝫ, ergo ꝛ studiū. Tertio facit, qꝛ in vinea domini laborare studendo dicuntur, ca. fi. in fi. de magis. ergo, ꝛc. ¶ †
7 Quarto sic, possunt homines circa pōtes faciēdos vel reparandos diebus festis laborare, dūmodo hoc faciant ratione publice vtilitatis principaliter, ꝛ nō propter lucrum, vt no. Alber. in dictio. in ver. feria, ꝛ Ang. de clauasio in sua summa, in verbo, ferie. §. xxxij. sed in literato maior vtilitas publica vertitur, vt dicunt do. in. l. i. ff. solu. matr. quia per scientiam eorum totus mundus illuminabitur, vt hic. Ergo etiam illi diebus poterunt laborare studendo, legendo, ꝛ etiam repetendo, dum tamen modo non pertubetur, dimittatur, vel impediatur diuinum officium, vt. j. dicetur, alia huic iuri confinia de industria missa facio, ista sufficere ratus quo ad ius pontificiuꝫ. ¶ †
8 Jure ciuili cōprobatur, primo omnia his diebus exerceri possunt, sine quibus mūdus regi non potest. l. omnes, in prima, ꝛ ibi glos. C. de ferijs. sed mundus sine scientia regi non potest, vt in hac aucten. dicitur, ergo his diebus potest exerceri literarum studiū. Secūdo facit disciplina militaris illis diebus exerceri potest. l. diuus. ff. de ferijs, ergo ꝛ multo magis disciplina literaria, cū equiparentur in proemio insti. ꝛ in. l. aduocati. C. de officio diuerso. iudic. immo studiū est magis ꝛ vtile, ꝛ meritoriuꝫ, ideo poterit exerceri id temporis.
9 ¶ † Tertio facit. l. j. C. de agrico. ꝛ censit. lib. x. ꝛ Fulgo. in. l. qui sub pretex. C. de sacrosan. eccle. vbi qui studet dicitur ecclesie seruire, quia studet, vt postea melius ecclesie seruiat, ꝛ eā protegat.
10 ¶ † Etiam famuli in illos dies tenētur ad seruiendum suis dominis. arg. l. j. ꝛ. l. colonos, ꝛ ibi no. C. de agri. ꝛ cēsit. lib. xj. l. seruus. §. seruus, ꝛ. l. si peculium. §. quedam. ff. de statu liber. ¶ Fallit in festis insignibus. c. rogationes, de consecr. dist. iij. ꝛ deutero. c. v. vbi dicitur, ꝙ tam dominus q̄ seruus, ꝛ ancilla debent sabbato quiescere, quod intellige ab operibꝰ seruilibus, vt. s. dixi, sed opere non seruiles possunt fieri etiam diebus illis, vt scribere. l. ij. C. de ferijs, parare comestiones, cū in illis diebus serui etiam velint comedere, ita tꝫ Angel. de clauasio in sua summa, in verbo, ferie. secundo intellige dūmodo necessaria ad culturam corporis eis famulis relinquantur. l. cum patronus, in fine, ꝛ. l. suo victu, cum. l. seq. ꝛ. l. medicus, ac. l. penul. ff. de ope. liber. facit. l. cū antiquitas. C. de testa. c. diffiniuit. xvij. q. vlt. necessaria corpori non sunt subtrahenda. c. non mediocriter. de consecra. dist. v. doctor. in. l. prima, col. ij. C. de agrico. ꝛ censit. lib. xj. ¶ †
11 Notandū est ꝙ septem ex causis ad seruiendū prouocant̄ homines. Primo, beneuolentia. Secundo, beneficiorum magnitudine. Tertio, dignitatis prestantia. Quarto, spe, id sibi vtile futurū. Quinto, metu vite, vt parere coguntur. Sexto, spe largitionis promissionisqꝫ capti. Septimo, mercede conducti, vt cōiter fit. lucas in. l. vna. C. de magi. scrinio. lib. xij. ¶ †
12 Probatur per poetas, ꝛ historiographos, et primo Uirgil. in Geor. vt eius etiam testimonio vtamur, surgat. quippe etiā festis quedā exercere diebus fas, ꝛ iura sinunt, riuos deducere nulla religio vetuit, segeti pretendere sepē, insidias auibus molliri, incendere vepres, balantēqꝫ gregem fluuio mersare salubri. a fortiori ergo fas erit illis diebus studere, imo dicit Macrob. lib. primo saturnalium, cur non religionis honor putetur dicari sacris diebus sacrum studium literarum: item adduci potest quod dicit seneca, vt mihi videor. xviij. epist. festis maxime diebꝰ animo imperandū est, vt tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuerit. ꝛ plato, vt per Laertium in vita illius continetur, sic inquit, fac finem discendi, ꝛ viuendi, discēdo igitur ne deficias, litere enim incipienti animo tanq̄ baculus infirmo corpori reperte sunt. ¶ Ex hoc d tribus solitus erat his verbis dicere, ꝙ aīa doluerat, de ꝓdigo diuite, qui venit ad paupertatē, de honorabili, q dedecus incurrit, ꝛ vltio die sapiētē quē sapientia deserit. †
13 Sic Cato de tribus penitentiā egisse dicit. primo ꝙ arcanū mulieri dixisset. scdo, si per aquā traiecisset, dū per terrā ꝓficisci poterat. tertio, si aliquot dies ꝑ incuriaꝫ sine studio transiuisset. Refertur in addit. ad Panor. in capitulo oliꝫ. de except. ideo dicit Faust. in Distic.

Nulla dies abeat, quin linea ducta supersit,
Non decet ignauum, preterijsse diem.

¶ Cassiodorus in. ij. epist. sic inquit. in addiscēdo decoꝝ est termiminuꝫ habere, hic honesta ꝓbat̄ ambitio, cuius ēt nimietas plꝫ,
14 † oē eniꝫ sciētificū quāto ꝓfundius queritur, tāto gloriosius inuenitur. ꝛ Ualerius lib. viij. titu. vij. de studio, ꝛ indust. refert de carneade philosopho, qui nonaginta expletis annis ita se doctrine operibus donauit, vt cū cibi capiēdi causa recubuisset cogitationibus inherens, manum ad mensam porrigere obliuisceretur. qd de Solone dicemus: qui in agone existens, assidentibus amicis, ꝛ inter se ꝯferētibus satis iā pressuꝫ caput erexit, interrogatꝰ cur id egisset: r̄ndit. vt cū istō qcqd est, d quo disputatis pcepero, moriar. migraret ꝓfecto inertia ex hoibus, si eo aio vitā ingrederet quo Solō ea egressus est. alia adducit exēpla Ualer. vbi. s. ꝛ Textor in sua officina in rub. alij q literaꝝ, ꝛc. ¶ Memorie ēt proditum est, ꝙ festis diebus pueri modesti cum verecunda grauitate maiorum laudes carmine decantare, grādioresqꝫ natu sūmo obsequio

sequlo veteri, illosq; a gnuuijs domũ reducere solebãt, teste Alexan. libro tertio genalium. capit. xj. Item apud Liuium libro. iij. habetur, ꝙ indicto iustitio nemo vnus qcquam rei priuate agere poterat, s; publice sic, sicut militare, studere, ⁊ alia publica exer
15 cere. †Et ista est cõis sententia tam theologorum, quam doctorum vtriusq; facultatis, prout citantur in. d. c. j. licet Azo. in summa de ferijs ẽrium teneat, ⁊ Anton. in. c. j. Sententie tamen prime inheret Arch. in. c. ieiunia, de consecra. di. iij. ⁊ Thomas in. ij. se
16 cũde. q. cxxij. arti. iiij. vbi dicit. †ꝙ nullus actus spiritualis exercitij est contra obseruantiam sabbati, vtputa, si aliquis doceat verbo, vel scripto. ⁊ in hac sententia quiescendũ est. ¶ Amplia, diebus festis studendum, siue festa in honorez dei, virginisue matris sint, aut sanctorũ. glo. in. l. omnes in prima. C. de fer. etiam die pascatis, dũmodo non omittatur diuinum officium necessariuz, tex. in. l. vna, in fi. ⁊ ibi glo. in verb. festis diebus. C. de insti. ꝯfirman. vbi recitatio ꝯstitutionis fieri potest, ergo ⁊ illa põt videri, ⁊ multo fortius ꝑ rationes iam dictas. ¶ Secundo amplia etiam propter delectationem, ⁊ recreationes gratia studere quem posse illis diebus. vt Albe. in. d. l. diuus, dicit se habuisse rome tempore indulgentie a penitentiarijs, ⁊ hoc vt euitetur otium, ⁊ cogitatio
17 nes male. ⁊ sic peccatum. ¶ †Tertio amplia, ꝙ non soluz possuz secrete, videlicet in cubiculo seu camera studere, s; ẽt lectores legere, nam Christus sabbato docebat. Luc. vj. c. ⁊ assidue docere debemus. c. de quibusdã. xxxvij. dist. etiam si accessorie habemus lucrũ. Panor. ⁊ alij in. c. j. de fer. qr id quod fit principaliter, consideratur. l. si quis nec causaz. ff. si certum peta. l. prima, de auctoritate tuto. summa angel. in verbo, ferie. §. xxiij. ⁊ seq. Hier. in. iij. parte epistolarum, in regul. mona. c. xv. inquit. dominicis diebus orationi, ⁊ lectioni vacetur, ⁊ maxime quãdo legitur, vt lectores potius discant, quam doceant, vt sunt baccalaurei quidam, ⁊ ad illuminationem proprij intellectus, immo etiam scolasticus poterit die dominico repetere lectiones, quas in tota hebdomada audiuit, vt est sententia corse. in reperto. in verb. ferie. ver. si diebus. ⁊ ne obliuiscatur, cum, memoria sit labilis. l. peregre. ff. de acqui.
18 poss. †⁊ hoc seruatur Tholose, vbi diebus festis exceptis dominicis, ⁊ virginis marie, ⁊ apostolorum, legitur volumen aucthenticorum, ⁊ tres libri codicis, ac liber feudorum, ⁊ incipiunt dictũ volumen in vigilia diue Catherine, ⁊ continuat vsq; ad hilaria, que dicunt carnisprinium, prout ibidẽ ego legi, ⁊ postea in quadragesima diebus festis incipiunt, ⁊ sabbati post meridiẽ institutiones quas cõtinuant vsq; ad festum beati Joannis, actiones vero legunt in singulos dies ab hora decima vsq; ad vndecimã, ⁊ a qnta
19 ad sextam, per quadragesimam, †sicut enim quotidiano cibo alitur, ⁊ pinguescit homo diebus cõtinuis, ita ⁊ lectione. Lucas de penna in. l. prima, col. ij. C. de agricolis, ⁊ censit. lib. xj.
¶ Fallit quando esset studium solenne, vtpote solennis disputatio, ad quam ⁊ rector ⁊ doctores confluunt, nam tunc saltem de mane, vt possit vacari audiendis missis, fieri non debet diebus festis in honorem dei. c. placita. xv. q. iiij. Aluar. in proemio feud. col. ij. vidi tamen post prandium publicas disputationes, in illos
20 etiam dies fieri. ¶ †Secundo fallit quando quis principaliter gratia lucri studeret, vt aduocatus aut doctor, nec hoc quidem ꝑmittitur. Alber. ⁊ alij in. l. ij. C. de fer. melius tamen esset studere, ꝙ aleis ludere, vel ad alios ludos prohibitos, vt nunc communius fit. ¶ Quod restringe, quando necessitas suaderet consulere, vt quando aliquis venit de longinquo ad habenduz consiliũ, qr tunc necessitas facit licitum, quod erat illicitum. l. prima. ff. de offi. consul. panor. ⁊ alij in. d. c. primo. Summa angel. in verbo ferie. §. xxv. ⁊ de illo lucro debet ille ꝯsulens facere aliquam elemosinam. Moder. Tauri. in. l. prima, in fine. ff. de offi. eius, ⁊ ꝯsuetudo seruat, vt omnibus diebus non respuantur consilia per aduocatos. Item illis diebus non debet recusari consiliũ miserabilibus personis, nec pupillis, pauperibus, ceterisq; id genus hominibus. docto. in. d. c. primo, Jas. ⁊ Moder. in. d. l. prima, in fine. ff. de officio eius. in glo. in verbo, nõ aliter. ⁊ Jaso. in. d. l. diuus, quod bene obseruat conciuis noster. d. Joannes Boerius aduocatus regius in suprema generalium Montispessulani curia, qui diebus festis nunquam, nisi his personis consulit, licet ad eum confluant infiniti homines, ad petendum consilia, propter suam
21 eminentem scientiam. ¶ †Tertio fallit quando vellet studere illis festis scientiam prohibitam, vtputa necromanciam, nam tunc prohiberetur, vt dico infra in alio priuilegio, vel fabulas turpes, vel libros amatorios, ⁊ ad incentiuũ libidinis inducẽtes, ⁊ alios legi prohibitos. c. nonne. c. sacerdotes, ⁊. c. l. gat. xxxvij. dist. Jo. fab. in proemio insti. ⁊ ideo legimus Hieronymum a malo angelo percussuz, dũ libros Ciceronis legeret. c. legimus. xxxvij. dist.

22 ¶ † Quarto fallit quando vellet studere legereq; omissis horis, ac missa, ⁊ alio diuino officio non expleto, tunc non posset, qr dicitur maledictum studium, propter quod relinquitur diuinum officium. Nota in. c. primo de ferijs, Joan. Tierri. in sua disputatione, an sit licitum diebus feriatis dare operã lr̃is legalibus ⁊c.

SVMMARIVM

1 In ecclesia an ⁊ quando studendum sit.
2 Spiritualia in ecclesia tractari possunt.
3 Missam audire ⁊ horas dicere simul an quis possit.
4 Studere in ecclesia scientias prohibitas quis non potest nec libros ad libidinem prouocantes.

1 SEcundum †Priuilegiuz est, ꝙ sicut potest studere diebus festis, ita ⁊ in templo, cum sit bonum argumentum de tempore ad locum. l. vinum. ff. si cert. peta. ⁊ gl. in clemẽ. ij. in verbo regularem, de censib. dicit, ꝙ sicut licitum est ob necessitatem comedere carnes tempore ꝓhibito, ita ⁊ in loco, ⁊ hoc argumentum procedit quando est eadem ratio, alioquin non secũduz Jaso. ⁊ Moder. in. d. l. vinum. Ideo non poterit debitor capi in ecclesia, licet die feriato sic, quia potest ibidẽ custodiri ⁊ citari verbo, sed tempore feriato si non caperetur fugeret, ⁊ sic non est eadem ratio secundum Curtium ibidez, ⁊ sic studuisse testatur Jo. and. in addit. ad specu. in tit. de filijs presbi. ob id vidi multos ẽt doctores in templo dum officium vespertinum celebrabatur literis incumbentes. Item studium dicitur labor spiritualis. cle. exiui. §. licet, de verb. sig. ⁊ supra, in proximo priuilegio dixi. †ꝙ spi
2 ritualia in ecclesia tractari possunt. c. decet. de immuni. eccl. in. vj. ¶ Fallit, quando vellet studere in tempus misse celebrande, tunc enim sicut non potest audiendo eam dicere horas, ad quas tenetur, ita nec studere. quia sunt due obligationes, vna de audiendo missam attente. c. missas, de consecra. dist. i. altera de dicendo ho
3 ras. c. j. de celeb. missa. †⁊ vtraq; requirit attentionem, ⁊ deuotionem exteriorem, que non possunt esse simul. arg. c. ex literis, de ꝓba. ⁊ ibi glo. ⁊ docto. facit. l. si consul. ff. de adopt. gl. in. c. si eps. ꝺ supplen. neg. prela. ⁊ hoc quando ad vtrumq; tenebatur ex precepto, alias secus, nam dicitur, qui ad vtrunq; festinat, neutrum bene peragit. tex. in. l. fin. C. de assesso. licet de consuetudine secus seruetur, vt quilibet etiam inter audiendaz missam dicat horas, ⁊ in foro ꝯsciẽtie credo ꝯsuetudinẽ excusare, nisi qs ꝯtemneret.
4 ¶ †Secundo etiam fallit, quando vellet studere scientiam prohibitam, vt dictum iam extitit, vt necromanciam, vel vellet studere fabulas, seu libros prouocantes ad libidinẽ, vt Oui. de ar. amã. aresta amorum, vel alios similes, tunc non posset nec quidem extra ecclesiam. c. legimus. xxxvij. dist. quia donum dei decet sanctitudo. c. decet. de immu. ec. lib. vj. ego tamen putarem conuenientius eẽ, vt in ecclesia qs oraret omnibus alijs dimissis, ⁊ ita semper faciendum putaui, vt nobis omnia ex vsu sint.

SVMMARIVM

1 Scolaris potest expellere fabrum in domo commorantem, si eũ in studio perturbet.
2 An autem possit expelli per vicinum infirmum.
3 Quid de scolare impedientem alium scolarem alte legendo.
4 Quid in scolare pseudo alium perturbante.
5 Quid si fabri sunt penes ecclesiam an possint expelli, si perturbẽt diuinum officium.
6 Disposita in doctoribus in materia fauorabili locum habent in scolaribus.
7 Fabro eiecto an debeat solui extimatio domus.
8 Odoribus malis ipediens doctorẽ vel scolarẽ an expelli possit.
9 Faber meleando an dicatur aliquid in alienum immittere.
10 Conductor recedens a domo metu malorum spirituum an teneatur ad pensionem.
11 Scolaris discolus non gaudet priuilegio expellendi fabrum.
12 Legatum factum alicui si studuerit quomodo intelligatur.

1 TErtium †Priuilegium. Licet quis non debeat expelli de domo sua inuitus, cũ sit tutissimum refugium. l. pleriq;. ff. de in ius vocan. vbi plene Socin. ⁊. l. nemo de domo, de regu. iur. Tamen scolaris poterit expellere fabrum, vel alium in sua ẽt domo commorãtẽ, si eũ in suo studio ꝑturbet, vt nũcupatiz scribit bart.

& alij in.l.j.in fi.ff.solu.mat. Huic sniæ accedit Jo.de platea, in.l.ij.C.qui etate.lib.x.& l.j.de excusa.artif.ibidé panor.in.c. bone. in.j.nu.xj.de post.prel.& c.fi.de iud. Jo.montoló in suo iuris pró pt.in verb.faber.in.j.facit tex.in.l.edificia.C.de edificijs pub. vbi edificia coherétia edificijs menibus, vel opibus publicis pñt diruí, ac psterni rõne vtilitatis publice, sic eadé rõne expellet faber, & ego ipse expuli in montepessulano quédá textoré existété iuxta collegiú du vergier, & semp alta voce canété & collegiatos impediété, ná illú queni corá iudice, corá quo ista allegaui, qbus auditis p iudicé factú illi extitit preceptú vt canere ita alte cessaret, vl discedere haberet, sed cú canere ita solitus eét, egreferens discessit, & istud fit ratione vtilitatis publice, que versatur in scolaribus

2 ná faber pp vtilitaté priuatá dz ab exercitio abstinere † vcz pp vicinú infirmú, si strepitus ei noceat, tú qz gratia hominú oia sunt cõparata.l.in pecudú.ff.de vsur.tú qz salus hominis estimari nõ põt.l.penul.§.fi.ff.de dona.ad hec qz cuiqz benefacere tenemur. c.nõ satis.lxxxvj.dist.arg.l.necare.ff.de liber.agnoscend. Luc.de penna, in.l.vna, in fi.C.de stud.liber.vrb.Rome, lib.xj.sequit de cius, in.l.j.nu.lxxij.ff.de officio eius cui máda.est iurisd.multofortius ergo in scolaribus, in qbus versatur vtilitas publica, vt dixi. Nec refragatur q priuilegia nõ intelligunt qcessa alicui cum dáno & iniuria tertij.l.impuberi.ff.de administra.tuto.respõ. que vtilitatis publice cá fiunt, & si in qrumeliá alterius cedant, nõ reputatur iniuriosa.l.qd reipublice.ff.de iniur.nec põt dici in damnú vel iniuriá fabri qcessuz, cú in vtilitate publica qtineatur etiaz vtilitas fabri, vt nota.in.c.licet, de regula.de ripa in.d.l.j. nume.

3 xxix.cú se.ff.solu.matr. ¶ † Amplia, siue faber, vel alius scolaris aliú impediat, vtpote, ita alte legédo, q alius studere nõ valeat, ná tũc poterit cõpelli officio iudicis vt taceat, vel recedat. vt dicit Alex.in.l.j.col.pen.ff.sol.matri.per tex.in.l.vna, ibi ne discipuli inuicé qdé possint obstrepere.C.de stud.liber.vrb.Ro.li.xj. & ibi, Alex.in additio.ad Bar.qué sequit Jas.in.l.j.§.fi.ff.de fer. & Pet.de lesnauderie in opusculo de doct.in.ij.pte nu.xxv. An

4 ge.claua.in sua summa, in verb.locatio.q.ix. ¶ † Immo pseudo scolaris alios ptrurbans est expellédus ab vniuersitate, & est triduo excõicatus.c.in loco.v.q.iiij.qué sing.not.Ro.sing.dclxxij. qñ vniuersitas, & prepo.in.c.dilectis, col.iiij.de appella.

5 ¶ † Amplia, idé eé si fabri vel maleatores sint iuxta ecclesiá, & pturbent diuinú officiú, qz ét pñt expelli, sicut si iuxta studiú, & fortius, ná pp vnú quodque tale, & illud magis.c.pridé.xviij.q.ij.cú istud vergat, ét ad vtilitaté publicá fm Alex.in.l.j.C.de stud.liber.vrb.Rom.lib.xj.in addit.ad Bar.panor.in.c.bone.i.nu.xj. de postu.prela.Silue.de prierio in summa siluestrina, in verb.lo

6 catio.iij.q.& seq. ¶ † Nec obstat qd dicit Jmol.in.d.l.j.nõ pcedere nisi in doctoribus, qz nõ est par vtilitas studiosorú, que est in doctoribus ergo ipsi nõ hñt hoc priuilegiú.cui respon.nõ eé minoré vtilitaté in studétibus rõne habita ad ipsos futurú, q in doctoribus, qz doctores scolares fuerunt, & scolares doctores efficientur. Jté in proemio decreta.qferunt priuilegia simul doctoribus & scolaribus, & qui pturbaret studétes, nõ eént doctores, qui ex illis fiunt. Jdeo puto primá sniaz veriorem, pro qua ét facit.l.legatis.§.ornatricibus, & ibi nota.ff.de lega.iij.etiá ita iudicatur de eo q est in via ad actú, sicut de eo q iá est in actu.l.abesse. & l.qui mittunt.ff.ex qbus cau.maior.que.n.de pximo insunt inesse vidétur.l.lecta, versi.dicebá.ff.si cer.pet.Fel. plene in.c.cú adeo, de rescrip. vbi plene dicit de destinato ad clericatú, an debeat gaudere priuilegio clericali.preterea in materia fauorabili disposita in doctoribus habent locum, in studiosis, secus in odiosa, docto.in

7 proe.decret.Jas.in.d.l.j.col.penul.q alibi declarabo. ¶ † Sed queritur qd dz fieri huic fabro eiecto: nũqd debeat ei solui dom° extimatio, qñ expellit: vidi in ciuitate caturcen.de quodá ligni fabro cuius domus erat iuxta scolas, ná fuit cõpulsus exire satisfacta sibi prius domus estimatione expẽsis ciuitatis.p tex.in.l.itez verberatú.ff.de rei vendi.& no.in.l.imperiú.ff.de iurisd. omnium iud.& l.venditor.ff.j.§.cõia predio.ibi neqz commoditas rei iure dño adimat. vel alia domus eidé fabro in alio loco dz dari reip. expen.& illa relicta erit reipubl.gl.no.in.l.si locus.§.fi.ff.queadmo.ser.amit.quá sequit masuer.in sua pract.rub.de serui. in pri. & Dec.in.l.id qd nostrú.ff.de reg.iur.ná serui deferétes illos, qui fabricant falsaz monetá ciuitate romana donabant, & eoz domini preciú a fisco pcipere solebát.l.serui.C.quib.ex cau.ser.p premio liber.accipiunt, vbi Bal.& Jas.qsi.ccxxiij.circa versi.xj. facit in.ij.vol.& qsi.xlvj.p fisco, nu.iiij.vol.iij. Qd intellige verú, qñ illa domus relicta a fabro vsui publico deputaret, secus si tm expelleret faber, qz tunc ipse locare poterit domú suá alteri strepitú nõ inferenti, vel vendere.distingue tamen, vt per doct.in.d.l.j.ff.

8 solu.matri. ¶ † Amplia, etiam si quis impediret doctoré aut scolaré in malis odoribus, non licet enim alicui immittere in alienuz quicquam, quáuis in suo possit facere quod libet.l.sicut.§.aristo. ff.si seruit.vendi.ideo sulfurarij & alij artifices possunt prohiberi, ne fetidam artem exerceant in domo vicina.l.ij.§.ideo ait, si odore.ff.ne qd in loco publi.cepol.in tracta.de seruit.vrba.predio.c. xxxj.& de ripa in tracta.de peste in.iij.preseruatiuo pestis, ver. ad

9 alia remedia. ¶ † Et ideo faber maleando, & murmur inferendo dicitur aliquid immittere in alienum, ob id prohiberi dz, vel expelli.panor.in.c.cú inter in vlti.no.de consue.q est veruz qñ per strepitú impediretur vsus vicine domus, prout est scolaribus, secus in artificibus, qui propter strepitum non cessant operari, de ripa in.d.l.prima, colum.antepenult.ff.solu.matrimo.immo cantando operantur, & irascendo quandoqz cuz vxoribus melius laborant, & comedunt.

10 ¶ † Amplia, etiam si esset diabolus, qui potest prohiberi ne strepitum faciat in domo, vt firmat Barba.in capitulo primo, de pba.si tamen inueniretur seruiens, qui hanc i li inhibitionem facere auderet, immo si conductor recesserit metu malorum spirituú, non tenetur ad pẽsioné pro tempore, quo non potuit ob strepitú illoz inhabitare, teste Christo.porc.in rub.de loca.in fi. in instit.

11 ¶ † Fallit quando non esset scolasticus actu, sed vagus & discolus, tunc non gauderet hoc priuilegio, per glo.& ibi docto.in verbo commorantibus, in proemio sexti.sic miles non militans non prohibetur esse procurator.l.militem.C.de procura. Alexá.in.l. centurio. columna quinta.ff.de vulg. Claud.in.d.l.prima, columna penultima, nempe vagus scolaris non fiet magister.glo. sing. in.l.prima.C.de tyro.libro duodecimo.secundum Bened.in repet.c.Rainutius, in verbo, adiecte nu.xxxix.de test. quia in isto discolo nulla versatur vtilitas publica, igitur hoc priuilegiuz, ces

12 sante causa cessabit.argu.l.quod dictum.ff.de pactis † nam si testator reliquerit castrum alicui, si studuerit, intelligitur si profecerit, & doctus euaserit, vt scripsi in.§.preterea, in verbo, studuerint, in fi.de colla.in concorda.

¶ Quod intellige verum, quandiu scolasticus erit vagus, sed si de nouo vellet reassumere studium, arbitrarer euz hoc priuilegio vti posse.arg.l.penult.C.de consulib.libro duodecimo, & iuramẽto illius esset credendum, q studere de nouo affectat, cú a voluntate dependeat, & qui dicit aliquem discolum, hoc probare debet quia delictuz non presumitur.l.merito.ff.pro socio.& quilibet psumitur bonus.c.penulti.& fi.de presump.

SVMMARIVM

1 Causa perturbantium scolares die feriato tractari potest, & numero. 3.

2 Idem in qualibet causa vbi tractatur de pietate, vel vtilitate publica.

In studio vtilitas publica versatur.

1 Quartum † Priuilegium est, q hec causa contra perturbantes scolasticos, vel studium poterit agitari, etiam die feriata, secundú Hostien.& panor.in.c.fin.in fin.de iud.& hoc ratione publice vtilitatis ne diu cesset, ex hoc enim vtilitas prouenit, tam in communi, quia patria repletur sapientibus, quam in particulari, quia quilibet postquam sunt docti, potest eos audire, & addiscere.teste Hostien.in summa.in.§.fina.versicu.quid sit magister Specula.in eod.titu.§.sequitur, versiculo secundo probat.Fely.

2 in.capi.nonnulli, columna.xxj.nume.xvj.de rescript. † & in omni casu, in quo de pietate, vel de publica vtilitate tractatur, potest die feriato procedi. Barto.in dicta.l.diuus.ff.de fer.& docto.in .l.prima.ff.solu.matrimo.sed in studio pietas, vt dixi versatur, & vtilitas publica. vnde dicit Hostien. his verbis, in proemio sue summe.§.vnde, versiculo ciuili, q licet vita contemplatiua sit certior actiua, & magis secura, capitulo nisi.§. nec putes, de renuncia. tamen ista est multum vtilis, ob id iudices, & legiste vtentes legibus, vt decet, non minorem ducunt vitam, quam fratres minores, vel alij religiosi. Refert Jason in.l.prima.in princ. columna penultima.ff.de iusti.& iur.& Lance. Galiaula in repet. l.centurio, columna quarta, de vulga.& in euangelio dicitur, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.

3 ¶ † Fallit in ferijs introductis in honorem dei, docto.in dicto cap.fi.de iud.& l.j.ff.solu.matr.& Hostien.in sua summa, ver. qd si magister, licet Jason in.d.l.prima, col.penult.teneat ea diebus feriatis

feriatis et in honorē dei posse tractari, cui nō assentiunt doctores nec ego per tex. in l. fi. C. de ferijs, ibi sit ille dies a cognitionibus alienus, & istud seruatur in pratica, bene tñ descēdere in sniaz Jaso. qñ esset vrgens necessitas, que cōpelleret. argu. ca. l3, de ferijs.

SVMMARIVM

1 Cause studij summarie tractari debent.
2 Causa alimentorum dicitur pia.

1 q **Quintum** †Priuilegiū est, q̄ hec cā studij dz summarie. & de plano, ac breui tractari, & finiri, sicut cā dotis, cū equipareitur. l. j. ff. solu. mat. & ibi docto. & not. in l. ij. de re iudi. & in eqparatis statutū in vno pcedit, et in altero. c. d multa, d pb. hoc expresim firmat Bal. nouellus in tracta. de dote, in. ix. parte priuilegio. xij. & priuil. xv. & maxime quādo tractatur de viatico scolaris, & sic de alimentis ipsius, †quia hec causa dicitur pia, cū de
2 pauperū alimētis tractetur, Bar. in tract. de alimentis, versi. quero vtrū legatū, glo. in l. si quis titio. ff. de lega. ij. tex. in auct. vt cū de appel. cogno. §. aliud, in verbo egenis alimenta impēdant, col. la. viij. glo. in c. ij. de sepul. & ne studentes litigando fame pereāt. l. si longius. §. fi. ff. de iudi. quod male seruant qdā iudices in hoc regno, qui processus ordinarios, & dilationes ordinarias in his concedant causis, quod non est faciendum, sed summarie, & per modum prouisionis scolasticis est prouidendum.

SVMMARIVM

1 A sententia lata contra fabrum expulsum non appellatur.
2 Appellatio non admittitur in non recipientibus dilationem.

1 r **Sextum** †Priuilegium est, q̄ a sententia lata, super ista expulsione non poterit appellare faber, vel alius, contra quem est lata, qz studium dilationem non patitur, Bald. in l. vna, col. iij. C. si de momenta. posse. fuerit appella. Alexander in additionibus ad Bar. in l. vna. C. de stud. libera. vrb. Rom. lib. xj. & in d.
2 l. j. †& quando res dilationem non recepit, non est licitum appellare. l. fi. ff. de appellat. recipiend. idem tenet Jason in l. prima. §. fin. de ferijs, Deci. consilio. lxx. & pro tenui, in fine. Rauen. in rubrica, de fo. competenti, folio. xcix. alioqui pendente appellatione studium deserere cogeretur, tam vt prosequeretur appellationem, q̄ ob strepitum, qui illi interim malitia fabri inferretur, ita vt studium in totum abijcere, & se a tantis malis explicare procuraret. ¶ In Francia pratica est, q̄ appellatione non obstāte mādetur executioni materia prouisionalis, sicut est ista, iudex enim p modum prouisionis decernet istum fabrum expellendum, & sic expelletur primo faber, vel alius sine preiudicio appellationis, q̄ si postea velit prosequi poterit, dicta rub. des sentences executoires, non obstant opposition ou appellation, in ordina. regijs, vbi alij casus describuntur, & ibi multa descripsi.

SVMMARIVM

1 Scolares possunt compellere dominos domuum ad locanduz.
2 Ciuitas potest compellere aliquē ad vendendam domum vel locandum si non habet locum collocandi peste infectos.
3 Scolaris an & quando possit compellere aliquem ad locandum sibi equum vt domum eat & j.
4 Scolaris quando teneatur de morte talis equi.
5 Scolaris an teneatur si equus sit effectus macer, quia non dedit auenam.
6 Et an teneatur dare fideiussorem pro equo conducto.
7 Quid si fideiussorem non inueniat.
8 Scolaris potest cogere ad sibi locandum cameram.
9 Rector taxat immensum pretium locationis domus vel camere.
10 Scolaris quo tempore pensionem soluat.
11 Conductor fiscalis vel emphiteota quando pensionem soluat.
12 Conductor ad triennium quo tempore soluat.
13 Precium operarum quando soluatur.
14 Merces quando soluenda sit edificanti domum.
15 Scolaris an teneatur pro equo extimato dato & mortuo. Et quid operetur extimatio.
16 Scolaris an pro equo deteriorato teneatur.

1 s **Septimum** †Priuilegium est, q̄ quāuis rem suam non teneatur dominus inuitus alteri locare. l. licitatio. §. primo. ff. de publica. l. si cum hermes, & l. inuitos. C. locati. hoc tamen non habet verum in scolaribus, qui si non inueniant domos, possunt compellere habentes ad illis locandum, allegatur dictum Guil. de cugno, in l. decernimus. C. de episcopis & cleri. licet hoc non dicat, hoc tamen expresse firmant Bal. Alexan. & Jason. in l. prima. in fin. ff. sol. matr. Alex. in additio. ad Bar. in l. j. C. de digni. lib. xij. cui adstipulatur Petrus de lesnauderie in opusculo de doctoribus, in secunda parte, nu. xxvij. loquuntur tamen in doctoribus, sed idē dicas in studiosis, cū eadem sit ratio, scilicet publice vtilitatis, que ita versatur in ipsis, si sicut in doctoribus, vt s. dixi, ergo idem ius erit statuendum, iuxta. l. illud. ff. ad leg. acqui. & l. j. §. j. ff. de fonte, & l. si postulauerit. §. ratio ad leg. iuliam, de adult. & in studentibus ita firmat Soc. in tracta. fallen. regu. ccccxxxv. vendere. & Jas. in d. l. j. in fin. & in additio. ad porcum. in §. fi. nu. v. institu. de loca. & ripa in tracta.
2 de peste, fo. cxxiij. versi. sed quid si extra muros †dicens idem. si ciuitas non habeat locum ad collocandum infectos peste, nā poterit compellere ad vendendum, vel locandū habentem illum locū aptum eadem ratione, scilicet publice vtilitatis, arg. l. si quis sepulchrum. §. j. ff. de religio. & sumptib. funer. sicut potest quis cōpelli, vt vendat fundum, vt ibi erigantur furce, not. in l. imperiū.
3 ff. de iurisd. omnium iud. ¶ †Amplia, istud nō solum procedere in domo, sed et in equo, nempe si scolasticus velit recedere de studio, potest compellere habentem equum, si illum dominus q̄sueuerat locare, ad sibi locādū, vt belle dicit, patruus meus Jacob. rebuff. in l. cursum. C. de cursu publico, lib. xij. arg. illius. l. nā hospes postq̄ signa hospitij erexit, cogitur hospites recipere. l. vna §. j. vbi Bar. hoc expressiz asserit. ff. furti, aduersus nautas, multo fortius is, qui q̄sueuit locare equū, tenebitur tñ studiosus dare pensionē q̄suetā pro locatione prestari, sm eundē ibi. arg. l. exce-
4 pto. C. loca. §. primo. insti. eo. titu. †Nota etiam q̄ si studens verberauerit equo fustibus, & nō calcaribus, vel flagellis, & equus illis ictibus moriatur, periculo scolastici peribit, lege. j. C. de cursu publ. lib. xij. corset. in singula. incipien. q̄ductor. qz equi calcaribus & flagellis solent cedi, & percuti, nō lignis, secus si alio modo pereat, dū tñ dolus vel lata culpa absit. Bal. cōsi. xxij. Bannitus,
5 in. iij. volu. †Quid si scolasticus non dederit auenam equo, quem locauerat, & eo factus est macer, an teneatur? respon. nō per tex. in l. animalia. C. de cursu publico, lib. xij. & ibi platea hoc expresse firmat. nā studētes nō solēt equos locatos auena impinguare,
6 cū modicā eis impendere soliti sint. ¶ †Fallit qñ literatus esset ignotus, tunc illi ignoto non tenebitur dñs equū locare non datis sibi fideiussoribus, quippe priuilegiū debet intelligi sine preiudicio alicuius. l. impuberi. ff. de administra. tuto. l. ij. §. merito, ne quid in loco publico fiat. l. nec auus. C. de emancipa. liber.
7 ¶ †Quid si scolaris pro illo equo locato non inueniret fideiussorem, crederem expensis suis detur ei nuncius, seu cursor ad sequēdū equū cū pecunijs locationis vsq̄ ad domuz dicti scolastici, vt vidi seruari, nisi ille fuerit pessimus, vt qz diabolus stat a dextris
8 eius continuo. ¶ †Amplia etiam procedere in vno cubiculo, & camera, dum quis haberet plures cameras vacuas, vt teneatur vnam, vel duas locare, cum sit bonum argumentū de toto ad ptē. l. que de tota. ff. de rei vēdi. c. pastoralis. §. j. de offi. del. & ita vidi seruari apud bituriges pp magnū numerū auditoꝝ illuc q̄fluentiū, q̄ displicuit q̄iugatis pulchraz habētibus vxores.
9 ¶ †Et si dominus vellet imēsuz locationis preciū recipere, poterit rector taxare, panor. & alij in c. j. de loca. nisi eēnt aliqui officiales p vniuersitatē deputati ad hoc, vt in vniuersitate caturcē. vbi quotānis tales officiales eliguntur, vt vidi qñ illic erā regens, & i mōtepessulano iudex parui sigilli taxat ex priuilegio eidē q̄cesso, p Carolū Frācie tūc regē, anno dñi. 1352. in mense Januario, & apud Bituriges q̄seruator regius hoc munus exercebat, doctoribus pñtibus, atqui in vniuersitate Parsien. hospitiorū taxatio fit p duos magistros electos ab vniuersitate, & p duos burgēses, si interesse velint, vt apparet ex bulla Grego. ix. directa regi Frācie data in ecclesia lateraneñ. viij. Calendas maij, pōtificatus sui
10 qnto, in chartophilatio vniuersitatis reposita. ¶ †Sz quo tpe teneat studiosus soluere hospiti pēsionē? Joan de platea, in l. j. C. de primipilo, li. xij. gl. & doc. in l. ij. & l. edē. C. loca. si dicūt, q̄ prio inspiciēda est q̄uētio, nā q̄ctus ex q̄uentione partiū legē accipiūt. l. q̄ctus. ff. de regul. iuris. l. prima. §. si conueniat. ff. depositi, cessante autem conuentione q̄suetudo regionis est inspicienda, que est optima legū interpres. l. si de interpretatione. ff. de legibus. l.

excepto.C.locati.Albe.ꝛ alij in.l.ij.C.illo titulo, ꝛ si consuetudo nõ appareat, in fine locationis erit prestãda, arg.l.iulianus.§.offerri.ff.de actio.empti.ꝛ doc.in.d.c.propter. Angel. in verbo locatio.§.xij.in summa ange.l.opus.ff.locati, Jas.in.l.ij.nu.xxxvij. C.de iure empbi.ꝛ pirrus in.l.omnibus obligationibus.ff.de regu.iur.nẽpe locator, qui ad patientiã tenetur, nõ impleuit ꝯtum ante finitã locationẽ ex parte sua, ergo ante nõ põt agere, ꝑ text. in.l.qui hoc anno.ff.de verb.obl.insti.de inut.stipula.§.penul.

¶ Fallit qñ ex iusta cã ante finitã locationem recederet, tunc pro illo tpe quo inhabitauit tm̃ dꝫ soluere.l.inquilino, ꝛ seq.ff.de dãno infec.ꝛ.l.penul.de migrãdo.docto.in.c.pp.de loca. Itẽ fallit qñ qs promitteret hospiti pensionẽ quadraginta aureoꝝ pro anno, ꝛ solueret decẽ aureos in initio, sicut enim primũ quadrãtem soluit in principio, ita ꝛ reliquas solutiones in principio, debet facere, vt concludit per multa Barbat.in consilio.lxxxviij.ex celebri, in quarto volumine. quia a primordio tituli, posterior formatur euentus.l.prima.C.de imponend.lucra.descripti. facit.l. regula.§.finali, ibi, nã initiũ ꝯstitutionis generale est, demonstrat enim ꝛc.ff.de iur.ꝛ facti igno.facit.l.nec semel.§.j. qñ dies lega.ced.vbi qñ tps adijcitur cã multiplicande solutionis, in princip. termini debetur.Bar.in.l.qui hoc anno.ff.de verb. oblig. ꝛ que in prefationibus fiunt, aut dñr, in sequentibus repetita intelligun tur.l.itẽ qꝛ.§.fi.ff.de pact.l.titia.§.idẽ resp.de ver.obl.vel seruari aliqñ vidi apud bonos hospites, ꝙ postquã scolaris soluit quadrãtẽ in princi. ꝙ ꝯductor teneatur expectare vsqꝫ ad finẽ alteri⁹ quadrãtis, vt fiat q̃lis q̃lis cõpẽsatio primi quadrãtis ad bm, ꝙ nõ tenet̃ facer̃ locator si nolit, Bar.in.l.si cui, in prin.ff.de lega.j.

11 ¶ † Tertio limita, nisi esset conductor fiscalis, vel empbiteota, q extra ꝯuentionem in tribus solutionibus potest soluere.l.placuit .C.de colla.fundo.patri.lib.xj.quẽ sing.no.Jas.in.l.ij.in gl. pen. nu.clxxx.C.de iure empbi.ꝛ idem Jas.in.l.qdã, in.iiij.limita.ff.si cert.peta.instãte tñ necessitate fiscus cõpellere debitorem suũ poterit, vt ante tps statutũ soluat, tex.sing.in.l.j.C.de ꝯdi.ex lege bꝫ Jas.in.§.hoc qdẽ, nu.viij.insti.de act.ꝛ in.l.pecuniã.ff.si cer.pet. ac in.l.in diem.ff.de ꝯdict.indeb.relinqui tñ ei dꝫ interusuriũ medij tpis ꝛ vtilitas, glos.in.d.l.j.ꝛ Hippo.sing.ccclv.debitor, not. bene, qꝛ apud bituriges mihi ꝓfuit in stipẽdijs exoluẽdis, lꝫ omnia non sint hactenus mihi soluta, sed processibus me oportet ea

12 recuperare. ¶ † Quarto limita nisi locatio eẽt facta pro tribus annis, qꝛ tunc in fine cuiuslibet anni est solutio faciẽda. Bar.in. l.si seruus cõis meuij.§.fi.ff.de stipu.ser.Jas.in.l.ij. nu.xxxviij. cũ se.in.ij.q.C.de iu.empb.cũ sint tot locationes quot pẽsiones, ar. l.scire debemus.ff.de verb.obli. ¶ Fallit qñ nõ eẽt nisi vna pẽsio pro pluribus annis, vel vnus redditus, de quo per Bar.ꝛ Jmo. in.d.l.si seruus communis, ꝛ per Joan.de platea, in.l.j.C.de primipilo, lib.xij.ꝛ per Saly.in.l.edem, colum.ij.C.loca.

13 ¶ † Quinto fallit, qñ eẽt facta cõuentio opere pro singulis dieb⁹ tunc precium cõuentũ in fine cuiuslibet diei debet solui.l.qui hoc anno.ff.de verb.obliga.ꝛ sic quando fit conuentio pro anno, in fine anni, nisi sit consuetudo in ꝯrium, vt pro quolibet quadrãte solutio fiat, idem si esset facta cũ scriptore conuentio, vt pro quolibet folio papiri, aut quinterno detur solidus, quia cum isti operarij recipiant mercedem pro victu quotidiano, dꝫ eis solui in fine folij, vel quinterni, ar.l.opus, ꝛ.l.insulam.§.fi.ff.loca. Cyn. ꝛ Alber.in.d.l.ij.dicunt istam opinionem esse equiorẽ, Typographis vero de consuetudine diebus sabbati solui solitꝫ est, ꝙ vulgo dicitur, La bancque, ꝛ an illi teneantur de vitio operis, vide tex.in

14 .l.ea lege.§.fi.ff.loca. ¶ † Sexto etiam fallit, qñ esset facta ꝯuentio ꝓ aliquo magno opere, vtpote pro construenda ecclesia, aut domo, tunc conductor non tenetur facere, nisi prestetur ei merces maxime si is pecunias, quas ꝑ opere recepit, velit satisdare de expendendo ad illud opus, tex.sing.in.l.insulam.§.fi.ff.loca.l.si vero non.§.fi.ff.manda.bm Rom.cõsi.ccclviij.cui assentit pirrus, in regula in omnibus obligationibus.ff.de reg.iur.

15 ¶ † Quid si scolaris ꝯducit equum, ꝛ illi traditur extimatus, si ꝑdatur casu fortuito, an teneat̃: glo.in.l.si vt certo.§.nũc videdũ in verb.periculũ.ff.cõmoda.tꝫ qꝺ sic, sed glo.in.l.iij.ff.loca. ꝯriũ firmat hac rõne, qꝛ illa extimatiõ, nõ facit emptionẽ in contractibus de quoꝝ natura est dñium non trãsferri, sicut in isto.l.cũ manusata.§.nemo.ff.de ꝯben. emptio.nã fit cã designandi interesse. Bal.in.l.ex cõuentione, col.j.C.de pactis, sed bene operat̃ extimatio, vt teneatur de leuissima culpa.l.cũ duobus.§.damna.ff.ꝓ socio, sequitur Bal.in proprijs terminis, in.l.j.col.iiij.q.iij.C.cõmoda.ꝛ Saly.ibidẽ, ꝛ conrad.in tracta.de ꝯct.q.lxxxvij.in.iiij. conclu.qui hoc ẽt in foro conscientie procedere affirmat.

16 ¶ † Sed queritur, studens conduxit equum, quem deteriorauit, ꝛ eo modo vult eũ reddere dño, dñs eũ nõ vult recipere, scolaris ligat eum ad portã dñi presentibus duobus testibus, offerens sta re de deterioratione arbitrio proboꝝ ꝛ locationis salariũ prestare offert, sed dominus recusat, nec vult equũ recipere, ꝑditur. an ipse teneatur: ꝯsului Caturci, ꝙ nõ, per glo. Ange.ꝛ Pau. in.l. qui sibi.§.fi.ff.de solu.nã literatus ad duo debita tenebatur, vnuꝫ de restituendo rẽ, alterũ de soluẽdo precium deteriorationis, ꝛ sic offerendo vnũ debitũ, debebat audiri, ꝛ sibi imputet ille locator, qui hoc nõ recepit.l.fi.ff.quib.mo. pignus vel hippo. soluit. not. in.l.quidã.ff.de rebus cred.ad hec deterioratio nõ erat liquida, ideo sufficiebat id quod liquidum erat offerre presenti pecunia, ꝛ ꝓ eo quod non erat liquidum satisdare.l.statuliber rationeꝫ.ff. de statu liber.vbi alia scripsi.

SVMMARIVM

1 Scolaris an possit expelli per dominum si re locata indigeat.

2 Charitas ordinata quomodo dicatur.

